D. Philippi Decii Mediolanensis, LEGVM

interpretis clarißimi, in titulum de Regulis iuris, Commentaria non contemnenda sanè inter iustitiæ proceres. Cui (ultra usitatos prouentus D. HIERONYMI CHVCHALON *Hispani) accesserunt nunc nunc obseruationes aliquot* PETRI CORVESII *Cespitelensis huius literaturæ studiosi: cum notabilibus ad quascũque Leges & §§. & restitutione insuper locorum complurium, cum suo indice perutili ac necessario.*


ACCESSIT ET EODEM auctore breuis quædam tabella in Regula Fœminæ, quò vno intuitu (in quibus illæ permisione vel prohibitione à maribus differant) de facili percipi posit.



LVGDVNI,

Apud Iacobum Giuntam.

M. D. XLVI.


THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

CLARISSIMO VIRO D. IOANNI PELETO Matisconēsi I. V. D. in magno Parisiensi Senatu dignissimo Aduocato: Hebræis, Græcis, ac Latinis literis optimè erudito, Petrus Coruesius S. D.



VT EST in externis sensibus delectus quidam, à causis quæ singulorum functiones mouent, ita ut uarios & certis gradibus dissimiles effectus cōstituant: sic & in internis Animæ actionibus esse puto, Pelete candidissime. Nam ubi tua integritas & modestia, eruditio, & mores, impressa animo meo sunt: quum Taurini ambo legum studijs operam daremus, sic me tui memorem faciunt, & tuæ probitatis admonent quotidie, ut uel in hac quantulacunque occasione te prætermisso, ad alium diuertere, pro nostra amicitia nequaquam dignum duxerim. Cùm igitur mensibus præteritis ne mutus ego inter maximè uerbosos omnino uersarer: & ad exercitationem quæ plurimum utilis in ommibus perhibetur, haberem Decium, seu magis Vlpianum, Paulum, Caium, Scæuolam, & cæteros in titulum de regulis iuris: quibus meo studio aut labore (ut in usu est) ad ea quæ uel parte aliqua subobscurè sunt prolata, uel quæ ita longa iam obseruatione sunt recepta, ut numerosiori semper testimonio confirmanda putent, adderem. & alia ex alijs uelut commentarer, uel probatiora & magis firma redderem: similibus ad similia ex laboriosa hinc inde collectione adiunctis. Vbi est præstitum, cùm uiderem etiam superesse ad

uulgatam obseruationem alicuius patrocinium qui se ad calumnias, si quæ exoriantur, opponeret: uel aliâs cui eiusdem libri tutelam præsentarem: statim illa, illa inquam tua effigies sese ultro mihi exhibuit, fiduciam inquirenti exhibens titulo multiplici. sed amicitia, eruditione, & probitate in primis, ita prioribus nostris annis adinuicem expertis, ut ea cuicunque amplitudini & ponderoso titulo præponere nihil mihi gratius fuerit. Verùm ut de causa instructus animosius munus proprium obeas, mihi in opere obijci potest, quòd præter communem usum à uetustioribus interpretibus recedam interdum, ad philosophos Platonem & Aristotelem in his maximè quæ alterius sunt considerationis. Mihi errare cum illis (si tamen erratum uelint) fortè gratum erit. Quatenus uerò & philosophis & iureconsultis in eodem subiecto conuenit, & causas non dißimiles habent: uel ex quo etiam in naturam & rationem (quæ anima legis est, ut inquiunt iureconsulti) efficacius intendunt illi: eo etiam illorum testimonia nedum recipi, sed & pro maximis habenda putarem. Verùm multa superessent quæstione hac in medium proposita: supple tu pro tua prudentia reliqua, quando longum esset hoc loco & superfluum tibi maximè cui multò plura sunt cognita. Vale, & Coruesium semper tui amantißimum reputa.

TABVLA PRINCIPALIVM ET EMERgentium quæstionū, ac omniū quæ notatu digna sunt præclarißimæ lecturæ Iuris utriusque luminis & monarchæ D. Philippi Decij Mediolanensis, super necessario & utilißimo titulo de regulis iuris. ff. edita, per dominum Hieronymum Chuchalon Hispanum, per modū nu. & charta. pro cōmuni omniū studentium utilitate & laborum suorum leuamine.

K

§.Dolo

Secun

FINIS INDICIS LEGVM,

ET PARAGRAPHORVM.

INDEX ALPHABETICVS

præcipuarum materiarum in cōmentarijs D. Philippi Decij super Tit.de regu.Iuris contentarum.

De litera A.

Alimenta.

De litera B.

Bona

De litera C.

Commod

Con

De litera. D.

Alia

Quæ

Donatio

De litera E.

De litera. G.

Generi

De litera. H.

Qui

fallit

Non

Iura

In lega

De litera L.

dubita

De litera M.

Matri

Meum

De litera N.

puniri.

De litera P.

Etiam

De

tra priui

Priuilegia

De litera Q.

De litera R.

Ratiha

Regu

Rei

De litera S.

nec

Multa

consti

FINIS TABVLAE.

ERRATA.

Folio.60.in addi.ſuper ver. ſimplici, vbi eſt B pro A.

Folio.413.in addi. Ambiguum noſti, pro noƈti.

Folio.81.in regula ius noſtrum magna, lege pugna.

CVM enim consyderet ius hominum potentias, pro quarum qualitate uel gradu secundũ æquitatem singulis statuat, & ordinet pro uiribus. & Fœminis quidem hoc loco una ratione uel causa, aliqua sint prohibita: & item ratione alia eisdem permittantur, quæ hominibus non licent: non inconueniens uisum est hac figura ea ab inuicem distinguere, & unico intuitu cõtemplanda proponere: ita præmisso, ut prohibitio suam causam habeat, ex eo quòd illis ad quæ prohibentur in communi non sufficiant, uel incapaces sint: Permissa uerò ut illorũ imbecillitati & pudicitiæ, his quasi adminiculis succurratur.

Fœminis igitur est

- Prohibitum
  - 4 Iudicare.
  - 8 Magistratum gerere.
  - 12 Postulare.
  - 14 Pro alio intercedere, uel se obligare. nume. 15.
  - 16 Procuratoris officium exercere.
  - 17 Arbitrari.
  - 18 Tutelam aliorũ liberorũ exercere, ut nec officiũ curæ. nu.
  - 20 Executrix (eius quod explicari in iudicio debet) esse.
  - 22 Tributum exigere.
  - 23 Officium argentarij facere.
  - 24 Deferre in fiscum.
  - 25 Actione populari agere.
  - 26 Testimonium pro testamentis ferre.
  - 33 Testificari etiam in priuata scriptura, & in causa crimina[li] nume. 34. item in feudis. nu. 36.
  - 37 In legibus uel statutis condendis, adesse.
  - 38 Item nec consuetudinem inducere possunt.
  - 41 Ordinari ad ecclesiasticos ordines.
  - 42 Sacrata uasa tangere, etiam si monialis sit.
  - 43 Prædicare & docere.
  - 53 Filios in potestate habere.
  - 54 Pupillum substituere.
  - 55 Tutorem filio dare.
  - 56 Adoptare.
  - 57 Legitimare.
  - 58 Posthumum hæredem instituere.
  - 62 Ius uindictæ.
  - 64 In feudo succedere.
- Permissum
  - 76 Citius testamentum facere.
  - 77 Prius matrimonium contrahere.
  - 78 Citius ætatis ueniam obtinere.
  - 79 Ob uaria crimina non carcerari.
  - 82 Vt non cogatur personaliter comparere.
  - 83 Vt excipiatur ab statuto, quòd nullus de magnatibus intr[et] palatium.
  - 84 Vt electionem in diuisione fienda habeat.
  - 85 Vt excipiatur ab statuto, quod de bannito loquitur.
  - 86 In legato facto monasterio, quod in dubio de fœminis inte[l]ligatur.
  - 87 In crimine læsæ maiestatis, ut melioris sint conditionis qua[m] uiri.
  - 88 Vt mulier prægnans, prærogatiuam habeat.
  - 89 Quòd pro excommunicatione non cogatur.
  - 90 Vt pro minori metu excusetur, quàm masculus.
  - 91 Vt in dote priuilegium habeat, & melioris sit conditio[nis] quàm masculus.
  - 92 Quòd in muneribus, statutum de capiendo delinquen[tes] fœminas excipiat.
  - 93 Vt ob fragilitatem sexus, eisdem expreßius succurr[a]tur, [&] quòd in illis iuris ignorantia facilius præsumatur.
  - 94 Vt prærogatiuam habeant in casu. l. sicut pa[tro]. ff. de operi. pub.
  - 95 Item in casu. l. iij. §. si filiofamiliâs. ff. commod.

Extra uerò hos casus (in quibus expresse inter masculum & fœm[ina]s differe[ntia] constituitur) à pari procedunt regulariter masculus & fœmina: A[deo] ut qui i[nter] eos differentiam constituunt, naturæ accusatores existant. nume[...]

D. Philippi Decii Iu-RECONSVLTI

clarißimi, in titulum de regulis iuris Digestis Commentaria nouis aliquot additionibus hac postrema editione à Petro Coruesio Cespitelensi in gratiam studiosæ posteritatis illustrata, & à mendis quamplurimis restituta.

***

NOTABILIA RVBRICAE.

Continuationem non ideo minus ad præcedentia fieri, licet vt generalia hæc, particularibus adiungantur.
Ad Glos. Rubricæ supplendum esse, Clausulam generalem omnia comprehendere, videlicet, quæ specificata non sunt.
Regulæ iuris cùm velut ex præcedētibus præpositionibus colligantur, non inordinatè hoc loco sunt dispositæ.
Generalis clausula seu titulus cùm vt plurimùm præponatur, quare hîc factum sit econtrà?
Generalis clausula, quando ponitur post casus speciales, quòd veniat ad ampliandum.
Ista verba de Regulis iuris: quòd dupliciter sumantur secundū Bart.
Regulam absolutè pro ordine sumi, quòd regat & rectè ducat.



AXIMA ET INCOMPARABILIS videtur præsentis tituli vtilitas; & ex eo facilè iudicari potest, quòd vtriusque iuris censura in regulis, aut regularum exceptionibus resoluitur. idcirco studendo vtilitati vestræ quātum possum, eius interpretationem in lectionibus extraordinarijs videbimus. Et quia in regulis breuiter proceditur, in qualibet regula

A Adde quod varia hoc loco pôt esse huius verbi acceptio : & referri aliâs ad præcedentem titulũ de verb.sig.cui ordine succedit.prout interpretes obseruant. & Alciat. post alios in rub.ff.si cer.pet.Aliâs vt in glos.hîc vt tanquam generales diffinitiones ad particularia præcedentia in toto iure referantur & continuent:vt velut specialiora illa,sub horum genere veniant vt per Caium in Regu.clxxxviij. Semper generalibus.infra eod. & per.l. si seruitus. ff. de serui. vrba.prae dio. Petr.Cor.

eius resolutionem conclusiuè,& ad tex.explicabo.
¶ †Primò, continuatur[a] iste tit. vt in glo.dum inquit, non 1
esse nouum vt quibusdam specialiter enumeratis,generalis A
clausula subijciatur, quæ omnia comprehendat.l. si seruus
seruum.§.inquit lex. in versi.sed non est nouum.ff. ad leg.
aquil.facit tex.in.c.qui ad agendum. de procura. in. vj. &
in.c.quoniam contra falsam.de probatio.
¶ Sed tamen in casu isto non benè adaptatur quod glo.dicit, quòd omnia comprehendat. † Nam generalis clausula 2
[b] quæ subijcitur,nõ refertur ad præcedentia,de quibus spe- B
cialiter dictum fuit.l.doli clausula.ff.de verb.oblig.l.sanctio legum. ff.de pœnis.l. alimenta.§. basilicæ.ff.de ali.& ciba.leg.l.quid sit fugitiuus.§.quod aiunt. cum glos.ff. de ædil.ædic.vnde esset supplendum quòd omnia comprehendat quæ non sunt specificata. Et ideo continuatio melius adaptari potest.
¶ †Primò,vt colligitur per glo.in rub.eo.ti.in vj.Nã cùm 3
regula ex iure prius scripto colligatur.l.j.ĩ. eo.conueniens fuit,quòd vltimo loco hîc ponatur.facit glo.insti.de act.in prin.dum ibi ponit continuationem. Et quod not. Bald. in l.j.in prin.per illũ tex.ff.de iusti.& iur.Vel.ij.vt Abb.dicit in rub.extra eo.in antiquis.quia pro decisione casus occurrentis,prius ad casus particulares recurritur si reperiantur, & in subsidium,ad communes regulas iuris: meritò titulus iste hîc reseruatur.
¶ Circa continuationem glo.oppo.secundum glo. in rub. 4
eo.tit.in.vj.† Quia nõ videtur verum quòd generalis clau
sula siue titulus generalis,vltimo loco reseruetur [c] quia ple C
runque à principio ponitur titulus generalis : vt patet in rub.extra de proba.& de reb. eccle. non alie. & in rub. de serui.& in rub. de bono.pos.cum simi. Gloss. respondet in d.rub.eo.tit.in.vj.quòd in isto tit.hoc factum fuit,vt osten deretur

B Quãdo generalis clausula cõprehẽdat casus speciales:vide Abba.c. sedes. de rescrip. in fi. col. & ibi do. Phili. peñ. col.Hier.Chu.

C Reseruet vltimo loco.Adde licet per Tribonianũ & cæteros iuris compilatores ita dispositi tituli hi fuerint : quòd præposteratio illa generis ad speciem nõ vitiet, vt per D. Frãsc. Curtij. in trac.de iure iur.ppter calũ. nũe. xvj. dicẽs quòd læuis solennitas vitiare non soleat.pro quo alle. Sali. Pau.de cast.& Mod. in l.j.circa fi.ff.de ven. inspi. Petrus Coruesius.

deretur quòd ius non ſumitur ex regula. Sed quòd regula ex iure ſumatur l.j.ĵ. eod. &.ſ̄. dictum eſt. & iſta reſponſio videtur bene procedere quantum ad ſituationem iſtius tituli. Sed per hoc non reſpondetur ad quæſitum glo.de alijs titu.generalibus qui plerunque præmittuntur. vnde aliter reſpondendum videtur vt dicamus quòd quando legiſlator magiſtraliter procedit, tradẽdo doctrinam ad inſtructionem iuuenum à generali titulo inchoandum eſt: quia ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis: vt not. Bald. per illum text.in l.j.in.j.not.ff. ſi cer.peta.facit tex.in l.j.in prin.& quod ibi Bald.ff.de iuſti. & iure. Et hoc modo benè procedit generalis tit. de prob.
5 de ſerui.de bono.poſ.cum ſimilibus. † Sed quando clauſula generalis ponitur poſt aliquos caſus ſpeciales, venit ad ampliandum: quia omnes caſus ſpecificari nõ poſſunt: quia plura ſunt negotia quàm vocabula l. natura.ff.de præſcri. verb. Et tali caſu, vltimo loco clauſula generalis ponitur. d.c.qui ad agendum.d.l.doli clauſula.cum ſimi. Iſta tamen latiorem poſtularent indaginem, quia vario modo iura loquuntur: ſed quia incidenter hîc occurrit non inſiſto.

6 ¶ † Vlterius ad intelligẽtiam præmittendũ eſt, quòd regula ſumitur dupliciter. vt not. Bar.in l.j.in prin.ĵ.eo. Et pluribus alijs modis regula dicitur. vt tradit Archidia.iij.diſtin. in cap. regula.

7 ¶ Et breuiter placet vt dicamus † quòd regula abſolutè
A pro ordine[a] accipitur, eò quòd regat & rectè ducat: vt colligitur in.d.c.regula.iij.diſtin.in princi. variatur tamen ſecundum ſubiectam materiam vel ratione qualitatis adiunctæ. Nam quandoque pro modo & ordine viuendi accipitur dicto.c.regula poſt prin. Et iſto reſpectu quælibet lex (etiam laicorum) regula appellatur lib.ij.in fin.ſ̄. de legi. & in prooemio decreta.in prin.in ver.ideoq;.

A ¶ Ordine. Qui dicantur propriè habere regulam. Vide Philip. Fran.in rub.e.ti.lib.vj. Hier. Cucha.

¶ Quandoq; pro ordine eccleſiaſticorum. xlvij.diſt.in.c. quoniam, quandoq; ratione adiuncti declaratur: vt quando dicitur Regula Minorum.liiij.diſt.in.c.multos.ibi, ſecundum regulas patrum.&.xij.diſt.in.c.de his.ibi, regulas magiſterij.& in.c.quemadmodum.§.fi. de iureiurã.ibi: ſe-

cundum regulam Euangelij.& facit tex.lxj.distin.in c.bene nouit.dum loquitur de sacris regulis.Ad idem tex.in.§.sancimus. in authen. quomodo opor. episco. & in authen. de mona. in.§.fina. Et sic patet quòd regula semper ordinem significat: & secundum subiectam materiam variatur, vel ratione adiuncti, vt hîc elicitur de Regulis iuris. Et ista verba de Regulis iuris, duobus modis intelligũtur, videlicet transitiuè,& intransitiuè: vt not.Bart.in l.j.ĵ.eo.& ibi in.ij.no.declarabitur. Philippus Decius Valentiæ.

NOTABILIA.

1 Regula quid sit, ex Paulo iure consulto & vnde sumatur? & nu.2.
3 In Regulis breuitatem commendari, modò ex ea non obscuræ fiant.
4 Regula quòd colligatur ex iure,& quibus casibus.
5 Regulam habentes in casibus non determinatis à iure, quòd fundatam habeant suam intentionem.
6 Regula seu dispositione generali, comprehendi etiam personas priuilegiatas.
7 Lex vel statutum generale, quòd locum habeat in causa dotis vel contra milites limita tamen de dote vt nu.8.
9 Regula quomodo constituatur ex multis similibus causis ad vnam rationem? Item ex oratione indefinita.nu.12.13.& 17.
10 Plerunque dictio, quòd faciat regulam.
11 Præsumptionem à communiter accidẽtibus insurgere vt plurimũ.
14 Aequitatem naturalem suadere, pacta seruari.
15 Regula, quando perdat officium suum?
16 Generaliter disponere, quòd minus sit, quàm regulariter.
18 Testes ante litem contestatam, regulariter non recipi.
19 Indefinitè & generaliter idem.
20 Verbum generaliter, quòd minus importet quàm vniuersaliter.
21 In generali legato, non includi venalia.& nu.25.
22 Exceptio quòd sit de genere regulæ.limita vt nume.23.24.& 26.
27 Constituto procuratore generaliter ad omnia, non veniunt quæ mandatum speciale requirunt.
28 Exceptione facta à Principe, quomodo eius intentio declaretur & amplietur?
29 Inducta ad diminutionem, quando augeantur?
30 Exceptio, quando inepta reputetur? item quando ampliet vel non ampliet regulam? nu.31.32.& 33.
34 Regula, quòd nunquam virtute exceptionis amplietur, si iuris correctio sequatur.
35 Exceptionem ad similes casus porrigi.
36 Renouatio priuilegij vel instrumenti, cùm speciales casus sint, sine causa fieri non possunt.
37 Exceptio taxatiuè facta, ad alios casus non extenditur. secus simpliciter vt in præceden.nu.35.

A ¶ Differens significatum vno nomine, apud variæ doctrinæ professores, sibi Regula vsurpat. Architectis enim pro mensura est, vel proportione quadam, qua certis gradibus continuam quantitatem distinguunt vel librant aliâs. Alijs instrumentum quo in olei factura vtebantur, de qua per Budæū in l. sed addes. §. illud nobis in pandec. vol. j. Logici eâ pro maxima habēt seu pro demonstrabili propositione. Iurisconsultis verò, propriè Regula est vt Pau. hîc diffinit gn̄alis & breuis narratio & de huius materia vide plenè per Anchar. in prooemio regularum. in vj. & in. c. canonum statuta in prin. & quòd ex iuris naturæ præceptis collectæ sint. per Ioan. Oldendor. in tracta. diuerso. docto. vol. vij. de iure natur. gen. & ciui. Petrus Coruesius.

REGVLA I.

1 REGVLA † EST a *quæ rem, quæ est, breuiter enar-*
A *rat: Non ut ex regula ius sumatur: sed ex iure quod est regula fiat.* Per *regulam igitur breuis rerum narratio traditur,* Et *(ut ait Sabinus) quasi causæ coniunctio est: quæ simul cum in aliquo uitiata est, perdit officium suum.*

¶ ISTA LEX non summatur, quia eius dicta sunt pro summario. Et diuiditur per gloss. in quatuor partes, prout quatuor ponūtur dicta, quæ de se patent, ex quibus colligam quatuor notabilia, & in his totā materiā l. cōplectar.
2 ¶ Primò noto. ibi breuiter enarrat †, quòd in regula breuis narratio & summaria esse debet. Et ideo per illum tex. dicit Bal. in l. gallus. §. j. in. iij. oppo. ff. de lib. & posth. quòd in legibus tradentibus regulam, nihil superfluum esse debet. Et dictum Bal. intelligitur expresius procedere, in legibus tradentibus regulam: quia idem est in alijs legibus, in quibus omnis superfluitas reijcitur: vt not. Bal. per illum text. in l. j. ff. quod met. cau. facit text. in. §. quibus. in. j. constitu. C. vbi Bald. & in proœ. decreta. §. penul. ibi: resecatis
3 superfluis. † Et generaliter etiam in alijs breuitas commendatur. l. fi. §. j. C. de appel. l. fi. §. de preci. impe. offe. & l. fi. C. de dona. facit tex. in l. j. in prin. ff. de offi. præfe. præ. xxiij. dist. in prin. & . lxij. dist. in prin. Et ideo dicit gl. j. in l. j. ff. quod met. cau. quòd gaudent breuitate Moderni. facit tex. in l. j. § si cer. pet. ibi pauca. & in l. j. de præscrip. ver. ibi agam paucis. ¶ Et hoc intelligitur dummodo obscuritas non inducatur: vt not. Bal. in l. fi. C. de appel. Et ne contingat quod Hora. dicit. Dum breuis esse laboro, obscurus fio. vt per glo. in proœ. fforum. col. penul. in ver. compendium. Obscuritas enim reprobatur. l. si legatario. §. fi. ff. de fideicom. lib. l. ita fidei. ff. de iure fisci. Et præsertim in lege
B b quæ debet esse clara. iiij. dist. c. erit autem lex. & . c. fi. de

B ¶ In lege, Sed an tunc quis excusetur ab ignorantia eius, vide Abb. & doc. c. fi. de consti. Hiero. Chuchalon.

consti. Et nihil magis proprium est legis, quàm claritas. §. nos igitur. in authen. de test. imper.

¶ Secundò no. ibi: sed ex iure quòd est, regula fiat † quòd regula[a] nõ facit ius, sed ipsa colligitur ex iure quod est. Et istud verum est, quò ad illos casus qui regulam præcedunt ex quibus ipsa regula constituitur & formatur. & hoc modo dicitur regula iuris transitiuè: quia de regula fit transitus ad ius: ita quòd ius est separatum & distinctum ab ipsa regula. Secus est quo ad alios casus, qui ante regulam determinati non reperiuntur, in quibus regula facit ius: vt patet in regula Cathoniana quæ dicitur regula iuris. l. cum legato. ff. quando dies leg. ce. & facilius vt not. in l. j. ff. de regu. Catho. Et videmus quòd sæpenumero fit decisio casus occurrentis per regulam iuris. c. inter dilectos. de fi. instru. in fi. c. si diligẽti. de fo. compe. cum si. vt per glo. in rub. eo. titu. in. vj. Et isto casu dicitur regula iuris intransitiuè: quia ipsa regula immediatè est ius: & non transitus: quia tali casu ius non est distinctum & separatum ab ipsa regula. Sed ius & regula,[b] est vnum & idem. Et ita colligitur ex his quæ Barto. hîc dicit post gloss. & alios quos refert. Et idem Barto. in l. j. ff. de regu. Catho. & no. per glo & Dy. in rub. eo. tit. in. vj. Et in isto casu, non comprehenduntur alij casus per viam extensionis. iuxta. l. j. non possunt. de legi. sed ab ista regula quæ facit ius immediatè includuntur. quia sicut genus cõprehendit species propriè. vt no. Bal. in l. ij. C. de iur. aur. annul. facit tex. in l. semper in generalibus. j. eo. ita regula cõplectitur casus, qui post regulã superueniunt.

4 A B

¶ † Vnde in casibus non determinatis, fundatam habet intentionem ille, qui habet regulam pro se: vt not. per glo. in l. omnis diffinitio. j. eo. & in rub. eo. tit. in vj. Et ideo dicit Bart. in. l. quoties. ff. si quis cau. quòd res dicitur certa esse pro eo, qui habet regulam pro se. Et idem Bart. in l. ij. col. j. ff. si quis in ius voc. vbi alleg. Inno. in. c. præterea. de dila. Et hoc dictum pro notabili reassumit Matth. in not. xix. no. ꝙ sententia cum similibus vt dixi in consil. viij. in prin. Et dicit Bald. in. c. j. in. ij. col. de alie. iudi. mu. cau. fac. ꝙ secundum regulam pronuntiandum est, nisi contrarium probetur. 5

A Regula. Ad de gl. & doc. in rub. de reg. iur. in. vj. & Bal. in sua margarita, in ver. regula. Hiero. Chuch.

B ¶ Regula. ergo videt̃ quòd sentẽtia lata cõtra regulam, sit ipso iure nulla sicut quãdo est lata contra ius vt l. j. & ij. C. quãdo ꝓuo nõ est necesse. & c. j. de re iud. de quo vide eũdem do. Phili. c. i. cõsuluit lo. j. in finalibus verbis de appella. Hieron. Chu.

probetur.allegat nota.in l.qui restituere.ff.de rei vend.Et idē Bal.in l.si tutor in fi.C.de ser.cōmu.manu. Albe. in.ij. parte statutorum.q.clviij.si ex forma statuti circa fi. bene facit tex.in l.ab ea parte.ff.de proba.& in l.suus quoque.in vers.puto generaliter.§.de hæred.insti.& in.c.ad decimas. de resti.spo.in.vj. ¶ Et ampliatur ista conclusio vt regula etiam attēdatur contra personas vel causas alias priuilegia
6 tas:† quia regula & dispositio quæ generaliter loquitur,
A etiam comprehendit personas priuilegiatas[a],vt not.Bald. per illum tex.in l.in fraudē.in fi.de test.mili.Et facit tex.in
7 ea.l.in.§. si quis.& quod ibi colligit Bal. ¶ † Ex quo infert quòd lex vel statutum generale etiam habet locum in causa dotis,vel contra milites. Et hoc verum esse intelligitur nisi loquatur in tali materia,in qua causa vel persona priuilegiata sit.Et ita loquitur & procedit quod no.Sali.per illum tex.in l.fi.in prin.in versi.exquo not.bonum argumen
8 tum.C.de iur.do. † vbi inquit quòd statutum generaliter disponens,quòd instrumenta publica non probent nisi registrata fuerint.tale statutum non habet locum in instrumēto dotis.Et bene dicit Sali.per illum tex. vbi patet ꝙ in tali materia,causa dotis priuilegiata est:quia(vt ibi dicitur) causa dotis non debet insinuari.Secus ergo est si causa dotis non esset expresse priuilegiata:quia tunc in statuto generali includeretur , per supradicta.Et latius dixi in consi. v.vbi ita consului Florentiæ,& dixi etiam in l.ij.C. vnde lib.Et ad prædicta videndum est quod scripsi in.c. consului.el.j.de appel.

¶ Tertiò noto ibi quasi causæ coniunctio,ꝙ regula est con
9 iunctio causæ,id est rationis.† Regula enim constituitur, coniungendo rationem plurium casuum eandem rationem habentiū.Et sic rationes quæ erant plures numero,in quāpluribus &varijs casibus, ad vnum,per traditionem regulæ rediguntur.vt glo.& doc.hîc dicunt.& in rub.eod.titu. in.vj.Et no.Archi.in.c.regula.iij.dist.Et talis regula cōstituitur ex his quæ vt plurimū ita se habēt.arg.l.nā ad ea.de legi.ita gl.no.cōcludit in l.iulianus.§.j.in verbo plures.ff.
10 de act.emp. † Et ideo dictio plerunq; regulā facit vt not.

Priuilegiatas. A ¶ Et quòd dispositio generalis tātum valeat respectu omnium, quantū specialis respectu quorundam.vide Pau. de cast.in l.qui ædificiū. ff. de serui. vr.præd. Et quando dispositio generalis censeat etiā disponere in casibus specialiter promissis vide eūdem Pau. de cast.in l.j §. hoc antem. ff. de ope.no.nuntia. Item an in dispositione generali veniant illicita. idem latissimè tractat in l.si quis. ff. de condi. insti.

Alb.iij.q.clviij.in.ij.parte ſtatutorum.allegat.l. plerunq; ff.de iur.do.Et idem Albe.in dictio.in verbo plerunq;.vbi allegat bonum tex.in l.j.§.j.& plerunque ita eſt.ſ.de tute. & ra.diſtra.& in l.iij.ſ.de offic.præfe.vigi. Et ad idem eſt tex.in.§.fi.inſtit.de legi. patro.tute. † Sic etiam præſum- 11
ptio inſurgit,à communiter accidentibus: vt nota.per glo. in l.neq; natales.C.de proba.cum ſi.vt dixi in.c.in præſentia.col.xvj.de probatio.

¶ †Similiter regula conſtituitur ex oratione vniuerſali vel 12
indefinita: vt declarat glo.& Bart.hic.& glo.Dyn. & doct. in rub.eo.tit.in.vj.† Nam indefinita prolata à lege æqui- 13
pollet vniuerſali[a] vt not.Barto.in l.ſi pluribus de leg.ij. & A
gl.in.c.vt circa.in prin.de ele.in.vj.Et no. quod dicit Bar. hîc & in.d.l.ſi pluribus.quòd indefinita æquipollet vniuerſali,ex interpretatione. alleg.l. ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrba. prædi.Ibi humanius eſt, verbo generali omne lumen ſignificari.Et doc.communiter ita tenent.

A ¶ Vniuerſali. Adde latiſſimè Dy. in rubri. iſto titulo & ibi per Ancha. & Philip. fran.& doc. in l.ſi ita.de le. ij. Alexan. conſi. vij.in.j.vol. & in conſi.cx.eo. vol.Hier.Chu.

¶ Nouiſsimè tamen Bartho.Soci.in contrariũ inducit tex. in l.ij.ff.de libe.& poſthu.vbi ipſe dicit,quòd ibi in materia odioſa,indefinita nõ æquipollet vniuerſali ex benignitate.Ergo videtur,quòd regulariter æquipolleat vniuerſali de proprietate verborum. Sed reſponderi poteſt ꝙ ibi loquitur de benignitate,particulari ratiõe odij:& excluditur regula communis,quæ tamen etiam de benignitate procedit: †ſicut dicitur ꝙ æquitas naturalis ſuadet quòd pacta 14
ſeruentur.l.j.in prin.ff.de pac.Et eadem æquitas naturalis ſuade,ꝙ quandoq; pacta non ſeruentur in aliquo caſu particulari.in l.j.in prin.ff.de mino.

¶ Quartò noto ibi cùm in aliquo vitiata eſt,†quòd regu- 15
la quandoque vitiatur & tunc perdit officium ſuum. Et ſic ſunt duo dicta. Circa primũ facit: quia regula & illud quod regulariter fit,plerunq; habet exceptiones: vt inquit gloſſ. in rub.eo.titu.in.vj.Et not.Abb.poſt Car.per illum tex.in c.quoniam frequenter.in prin.vt li.non conteſt. facit tex. in l.regulariter.ff.de peti.hære.in l.regula.ff.de iur.& fac. igno.in.c.pe.de re iudi.cum concor.vt tradit Ioan. and.in rub.extra eo.titu.in antiquis.

¶ Secus

¶Secus eſt, ſi generaliter aliquid diſponatur: quia tunc
16 omnia ſine aliqua exceptione, includuntur.† Cùm plus ſit
A diſponere gñaliter quàm regulariter[a]: vt no. Abb. per illũ
text. in. c. venerabilẽ. de elec. ibi: regulariter & generaliter.
Et idem Abb. dicit in. d. c. quoniam frequenter. in prin. quẽ
Moder. ibi ſequuntur. Sed iſta differentia quam doĉto. com
17 muniter tenent, non videtur vera: † quia regula conſtitui-
tur ex oratione vniuerſali vel indefinita: vt. ſ. diĉtum eſt.
Ergo regula vel verbũ regulariter, videtur ſignificare vni
uerſaliter vel indefinitè: hoc eſt generaliter, ſecundũ quod
verba regulæ loquuntur. Et probatur in. d. c. quoniam fre-
18 quenter. in prin. † vbi dicitur quòd regulariter ante litem
conteſtatam, teſtes non recipiuntur. Et iſta regula habetur
indefinitè in rub. vt lit. nõ conteſt. Et ſic regulariter & in-
definitè, pro eodem ibi ponũtur: ergo idem videtur de ver
19 bo generaliter†: quia indefinitè & generaliter idem eſt: vt
20 colligitur in l. j. §. & generaliter. ff. de lega. præſtan. † Et
hoc idem confirmatur: quia minus importat verbum gene
raliter, quàm vniuerſaliter, vt not. Bart. in l. generali. §. vxo
21 ris. ff. de vſufruc. leg. in fin. vbi inquit † quòd in generali le-
gato, non includuntur venalia: ſecus eſt in vniuerſali.
B Ergo non videtur verum[b] quòd verbum generaliter,
excludat exceptiones: quia idem importaret quòd vni-
uerſaliter.

¶Circa ſecundum diĉtum, quòd regula perdit officium
ſuum, ſi in aliquo vitiata ſit. Et in effeĉtu ſenſus eſt, quòd
exceptiones ſunt contra regulam: id eſt contra illud quod
in regula diſponitur: vt hic, & in l. in his. vbi Bartol. ff. de
legib. Et not. Angel. in conſilio ccxc. Thema eſt. colum-
na tertia.

22 ¶†Et licet exceptiones ſint contra diſpoſitionem regulæ:
ſunt tamen de genere regulæ: quia ſi regula loquitur de ho
mine, etiam exceptio debet fieri de homine. Et nõ eſſet con
grua exceptio ſi diceretur. Omnis homo currit niſi aſinus:
vt concludit Dyn. in rub. eo. titu. in. vj. circa fi. Bart. hic. &
in diĉta l. in his. ff. de leg. Et propter hoc, quia exceptiones
ſunt de genere regulæ, dicimus quòd exceptio declarat re-

A ¶Regulariter. Adde etiã Alex. c. ſinodũ xvij. diſt.

B ¶Verum. Pro iſta opi. videtur tex. in. c. qui ad agendũ de procu. li. vj. Hiero. Chu.

a 5

A ¶ Nō satis video qua occasiõe Author sequut⁹ gl. ad materiā exceptionū se cõuertat. cùm in text. de ea verbum nullum: quin apertius sentire velle videaт̃ Paulus eodẽ modo quo à suis causis regula constituitur, ita & à contrarijs vitiari, seu officiū suū perdere: aliorum est ò iudiciū. Quod verò regula nedū declaretur exceptione, sed etiam firmetur, tenent Io. Boschei in tracta. diuer. doc. vol. v. de legit. nup. li. vij. in. xxiiij. not. & Barb. in eodẽ tract. vol. x. in tit. de praestan. Cardi. §. ij. not. x. & de materia ei⁹ plura, vt quid operetur exceptio & quotuplex sit: vide per do. Mart. de fano. & per. d. Lanfrā. ab aria. eo. tracta. & titu. vo. iij. per totū Petr. Corue.

gulam: [a] quia ex qualitate exceptionis, declaratur de quo genere regula loquatur. l. nam quod liquidè. ff. de penu lega. Et hoc modo per illum text. ad declarationẽ regulæ arguit Alexā. in l. senium. C. qui testa. fa. pos. & Roma. in consil. cxvij. Circa id. A

23 ¶ † Similiter licet exceptiones sint contra regulam, in casibus exceptuatis: tamen in alijs casibus non exceptis, exceptiones confirmant regulam: vt not. Bart. in l. quæsitum. §. deniq;. ff. de fun. instru. & in. §. vt autem. vbi glo. & Barto. in authen. de non alie. co. ij. facit tex. in l. tribunus. §. fin. ff. de testa. mil. in. c. nonne. de præsump. &. xxxij. q. vij. in. c. Dominus. & no. Ang. in consi. ccxxxix. quidam emptores. & in consi. ccxc. s̃. alleg. & Roma. in consi. cccxxxvij. Quo ad primum. Et ratio videtur: quia regula sub generalitate omnes casus includit. Vnde si aliqui casus specialiter excipiuntur: alij remanent sub regula. argu. l. cùm prætor. ff. de iudi. in l. maritus. C. de procur. xxv. dist. ij. in. c. qualis.

24 ¶ † Sed quo ad alios casus, qui sub regula non includũtur, exceptio non firmat regulam: quia non facit quòd regula extendatur ad ea, quæ aliâs non facta exceptione sub regula comprehensa non fuissent: vt est tex. nota. in l. generaliter. §. vxori. vbi Barto. ff. de vsufruc. lega. 25 † Nam in legato generali, eorum quæ in domo sunt: non veniunt venalia. dicta l. generali. §. idem quæsijt. l. si chorus. §. j. l. si ita legatum de leg. iij. Si ergo testator legauit vsumfructum eorum quæ in domo sunt: nõ veniunt lanæ venales quæ in domo sunt: vt est casus in. d. l. generali. §. vxori. vnde exceptio ibi facta de argento, licet confirmet regulam: vt. s̃. dictum est: non tamen ampliat vt sub illo generali legato, res venales includãtur: quia aliâs in tali legato, non cõprehendebãtur. Et idem dicit Barto. per illum tex. in l. lucius. §. j. ff. ad treb. Flo. in l. mora. la. j. §. j. per illum tex. ff. de vsu. Et not. Abb. in. c. in nostra. per illum tex. de sepul. cum simi. vt latè congerunt Moder. in. d. c. quoniam frequenter. Et vltra dicta ibi, hoc tractat Signo. in consil. viij. Quæstio proponitur. versi. ij. præmitto. Imol. in consil. lxxxiiij. visa. Roma. in consil. cvij. s̃. alleg. & in consil. ccclxxxix. circa primum. col. fin.

col.fin.Abb.in consil.xx.Casus in effectu.in fi.lib.ij.& in consil. lxij. In controuersia.col.v.eo.lib.ij.Aret.in consil.cxliiij. Visa.col.ij. Alexã.in consil.xxxix.Viso statuto.col.iiij.lib.iiij. & in consil. cvj.Visis. col. iij. lib.v.And.sicu.in consil.xix.col.iij.lib.j.& Maria.in consi.xlvij.in princip,col.ij.& Cor.Peru.in consil.lvij.placet. lib.j. Et huius conclusionis
26 ratio manifesta videtur:quia † exceptio facta est,ad restringẽdam regulam:ideo illam ampliare nõ debet.l.legata inutiliter.ff.de leg.j.l.si mancipia.de fun. instru.

¶ Et prædicta conclusio vera est & procedit,quando fuit facta exceptio de eo,quod in regula continetur:quia tunc exceptio satis operatur: quia regulam restringit:prout loquitur tex.in dicta l.generali.§.vxori. secus si exceptio facta sit de eo,quod in regula non comprehendebatur: quia tunc,ne exceptio superflua & inutilis reddatur, regulam ampliare
27 intelligitur secũdum qualitatem exceptionis.gratia exempli † si cõstituo procuratorem generaliter ad omnia ,non veniunt illa quæ mandatum speciale requirunt.c.quid ad agendum.de procur.in.vj.sed si facio procuratorẽ ad omnia,nisi quòd iuramentum nõ possit deferre. Et sic excipio vnum casum,in quo speciale mandatum requiritur.Illa exceptio declarat regulam & ampliat:vt omnia alia includantur,in quibus mandatum speciale requiritur.Ita concludit Domi. post Lap. in. d.c. qui ad agendum.§.j.de procu.in.vj.& sequitur Alexan.in l.fi.ff.quod quisq; iur.Et dixi in.c.consultationibus.in fi.per illum tex.de offi. delega.

¶ Et ad hoc facit quod not.Alex.in consil.ccxv.nec arguendi. col. viij.
28 in versi.x.cõsidero.lib.ij.† Vbi inquit,quòd quãdo princeps excipit vnũ casum,in quo noluit tertio præiudicare, ex tali exceptione declaratur & amplatur intentio principis : quòd in alijs voluit tertio præiudicare. Ex quo infertur ꝙ in casu.l.generali.§.vxori.si facta fuisset exceptio de re venali,quæ in tali legato aliâs non comprehenditur:tamen virtute talis exceptionis,regula generalis,legatis etiã ad res venales,extẽderetur: vt exceptio congrua sit & aliquid operetur.argumento.l. si quando. de lega.j.c.si papa.de priuilegijs.in sexto.

¶ Et quia in dubio interpretatio debet fieri , vt actus valeat.l quoties. supra eo.Nec isto casu habet obstare ꝙ exceptio non debet regulam ampliare:cùm facta sit ad istum effectum vt regula restringatur:vt suprà di
29 cebatur. Quia ex quo aliâs exceptio non valeret, † inducta ad diminutionem,operantur augumentum quando aliter dispositio non potest habere locum.l.proculus.ff.de vsufru.l.denique.§.interdum. & ibi Barto. ff.de

ff.de pecu.lega. Et ista declaratio sanè procedere intelligitur, quando verba regulæ quæ debent ampliari,non repugnant:quia generalia sunt, & de sui natura comprehendunt exceptionē:vt patet in.d.l. generali.§. vxori.& in quæstione in qua loquitur Do.Alexand.in locis.s̄.alleg.

¶ Secus si verba regulæ repugnarent:quia tunc regula per exceptionem nullo modo ampliatur:sed potius exceptio inepta iudicatur & reijcitur: vt notabiliter tradit Paul. de castro in l.in his.ff. de legi. vbi dicit quòd disponente statuto, quòd debeat solui gabella de omni instrumento continente summam centum librarum.excepto instrumento procurationis.Et sic regula statuti loquitur de re æstimabili,& exceptio de re inæstimabili.† Nam propter qualitatem exceptionis regula statuti nō ex- 30 tenditur ad instrumenta facta de rebus inæstimabilibus:sed potius exceptio inepta reputatur:secundum Pau. de cast. quod ex eo videtur : quia verba regulæ non conueniunt:quæ precisè loquitur de rebus inæstimabilibus.Et in simili casu idem tradit do.Ioā.Bap.de sancto Seuerino in l. omnes populi.col.lxxvj.in versic.xv.quæritur.ff.de iusti.& iur.

¶ Sed in casu.d.l.generali.§.vxori.& in quæstio.in qua docto.Alex.loquuntur in locis supra alleg.Verba regulæ erant generalia: & secundum qualitatem exceptionis,extensionem patiebantur. Et hoc modo varia docto. dicta adaptari & concordari possunt.Et secundum istam resolutionem,dubia videtur decisio Pet.de ancha.in.c.ij.de offi. vica. in.vj.in ver.quæro episcopus concesit dicens,quòd si episcopus vicario concessit vt posit omnia quæ potest ipse episcopus,excepta collatione beneficiorum:non tamen poterit alia quæ reseruata sunt episcopo.Et sequitur Areti.in consil.viij. abundè satis in fin.& Moder. in. d.c. quoniam frequenter.in princip.

¶ Nam cùm exceptio facta sit de collatione beneficiorum, quæ est de reseruatis episcopo.c.fi.de offi.vica.in.vj. talis exceptio videtur ampliare regulam,ad omnia alia quæ reseruata sunt episcopo:quia verba regulæ non repugnant,sed conueniunt:dum dicitur: quòd omnia concesit per supradicta:secundum Domini.in.d.c.qui ad agēdum.Nam quando verba conueniunt & restringuuntur, propter verisimilem mētem disponentis:vt in.d.c.qui ad agendum.& in.d.c.fi.de offic.vica.Et excipiatur casus,in quo requiratur specialis prouisio. Ex tali exceptione, apparet de mente disponentis.Ideo verba generalia generaliter vt sonant, intelliguntur:nec tali casu regula ampliatur.Sed potius dicendū est,quòd verba generalia non restringuntur.

¶ Et

31 ¶ Et ex prædictis colliguntur tres concluſiones.† Prima eſt, quòd exceptio non ampliat regulam, quando eſt facta de eo quod in regula conti-
32 netur. d.l. generali. §. vxori.† Secũda quòd exceptio ampliat regulam, ſi facta ſit de eo, quod in regula non continetur: quando verba regulæ con
33 ueniunt: vt not. Domini. in. d.c. qui ad agendũ.† Tertia concluſio, quòd ſi verba regulæ repugnant, exceptio facta de eo quod in regula non comprehenditur, non ampliat regulam, ſed vitiatur: vt not. Pau. de caſtro in
34 dicta l. in his. † Et ad ſupradicta notandum eſt, quòd nunquam regula virtute exceptionis ampliatur, ſi correctio iuris ſequeretur: vt eſt glo. in l. ſi. ff. quod quiſq; iuris. quæ ita intelligitur ſecundum Alexan. ibi. Et eo dẽ modo ſi abſurdũ reſultaret. vt no. Alex. in cõſi. cvj. viſis. col. iij. lib. v.
¶ Poſtremò non eſt omittendum, quòd ſicut regula limitatur non procedere in caſibus exceptis (vt ſuprà dictum eſt) pariter non habet locum in
35 caſibus ſimilibus: † quia exceptio facta in aliquibus caſibus, ad ſimiles porrigitur: vt not. per glo. in l. j. C. de condictio. indebi. & not. Bart. per illum tex. in. c. poſt tranſlationem. §. quanquam. de renun. Et ad hoc allegatur tex. quem ibi Abb. ponderauit in. c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti. Alexan. tamen in l. ſi conſtante. in prin. col. vj. ff. ſolu. matr. dicit ꝙ ille tex. non eſt caſus exceptuatus à regula: imo procedit ſecundum regu
36 lam: vt habetur in. c. ſi. de fid. inſtru. Sed replicari poteſt, quòd imo † renouatio priuilegij vel inſtrumenti, videtur ſpecialis caſus ex quo fieri nõ poteſt ſine cauſa. d. c. ſi. Et facit tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pe. ff. de eden. & tex. in. d. c. cum dilecta. expreſsè arguit à ſimili.
¶ Et Alexan. ipſe hoc modo arguit, allegando illum tex. in l. ſingularia. col. iij. in verſ. præterea. ff. ſi cer. pet. & in l. certi condic. §. ſi nũmos. col. j. eod. tit. & in l. j. col. xviij. verſi. iuxta prædicta quæritur. ſ. de offi. eius.
¶ Et pro vlteriori declaratione huius cõcluſionis, habemus conſiderare duos caſus. Primus eſt in alijs exceptionibus, quæ per alia iura includũtur. Et tunc clarum eſt, quòd ille non excluduntur etiam ſi exceptio facta ſit taxatiuè per dictionem tantum vel duntaxat. quia propter hoc nõ tollũtur aliæ exceptiones, comprehẽſæ per alia iura: quia hoc modo alia iura corrigerentur; quod non eſt dicendum: vt not. Barto. in l. iij. §. cum titio. de adi. lega. in l. ob æs. poſt gloſſ. C. de prædi. mino. & in l. ſerui nomine. ff. de vſucap. & in l. ſi. conſtante. in princ. col. vij. ff. ſolu. matrimo. Et idem tradit Ange. in l. ſi hominem. §. in ædilitijs. ff. de ædili. ædic. & in l. paulus. §. hæres rogatus. verſi. & hinc eſt. ff. de vſu. & in l. ita nobis. C. de adult. Abb. in. d. c. cum dilecta. col. ij. Alexand. in l. j. C. de contrata.

& l. j.

& l.j.§.per seruum.s̃. de acqui. poss.& hoc etiam habet locum si verba taxatiua essent geminata: vt not .tradit Alexan.in consi.cxxx.in causa.col.iij.versi.nec obstat. lib.iiij.

¶ Secundus casus est, quãdo aliæ exceptiones nõ includũtur, per alia iura. Sed quæritur, an exceptio facta in vno casu, porrigatur ad alium similem casum per viam extensionis. † Et tunc si exceptio facta sit taxatiuè, non videtur 37 quòd ad alios casus extendatur: vt not. Bald.in.d.l.ita nobis.col.j.& in l.itẽ videndũ.§.fi.ff. de peti.hære.& in l.j.§. sed excipiũtur.in fi.ff.de ferijs.Et ad hoc faciũt,quæ dixi in l.j.s̃.de contrata.vbi conclusum fuit, ꝙ dictiones taxatiuæ excludunt omnes alios casus de proprietate sermonis.

¶ Si verò exceptio facta sit simpliciter,in alijs casibus: tũc videtur habere locum cõclusio suprà facta: quòd ad similes casus porrigatur.Et hoc tamẽ altiorẽ postularet indaginẽ: quia pẽdet à profunda materia extensionis.Et talis conclusio procedit,attento iure cõmuni. Sed in statuto distinguitur: vt not.Abb.in.c.ad audientiam. de cleri. non residen.

Et ex his,hæc prima regula expedita sit.

Philippus Decius Valentiæ.

NOTABILIA.

1 Munera ciuilia & publica,pro eodem accipi.

2 Ciuile officium tanquam genus esse ad cætera, vt pote publicum & priuatum sub se comprehendens.

3 Hanc regulam (more aliarum)ex pluribus particularibus colligi.

5 Consuetudo & statutum,quòd à pari procedant.

6 Mulierem ex priuilegio principis,habilitari posse ad ciuilia munera.

7 Priuilegium principis potentius,quàm sit cousuetudo.

9 Doctorum & militum vxores,dominas appellari.

10 Fœmina naturalis tãtùm,si legitimo nubat, legitima etiam efficitur fallit in Abbatissa.nume.11.

13 Prohibito postulare,non prohibetur consulere in camera.

17 Prohibitio in testamentis facta quòd locum etiam habere videatur, in codicillis.

18 Mulier testificari non prohibetur,in testamento ad pias causas.

19 In testamento ad pias causas,non requiri testes legitimos.

30 Testamentum militis legitimis probationibus probari debet.

31 In testamento inter liberos mulierem testificari posse.

32 Glossa in auth. quod sine. C. de test.an locũ habeat casu quo instituatur Bastardus?

35 Mulier in causa criminali,quando testimonium ferre possit?

39 Mulieris consilium,quòd non improbetur & nume.40.

Sequere numerorum ordinem vt in sequenti tabula.

Mulier

A ¶Foeminæ. Ratio differentiæ esse potest (quare non eisdem omnia liceant æqualiter sicut viris) quam tradit Plato in quinto dialogo de repub. vel de iusto li.xxxj.circa prin. vbi sic ait. Omnium quidem operum, natura compos est fœmina, omnium & vir est compos: in omnibus autem imbecillior fœmina, & idem in. vj. de legi.li. xxxiiij. Genus aliud hominum est & differẽs: nobisque occultius & versutius natura est, ꝓpter imbecillitatem atq; ita minus ordinari potest nimirũ ideo si eodem fine Vlpiano hoc loco cum Platone conuenit, in eam sentẽtiam Alciat. etiã Lactantiũ & Varronem sequutus, mulierem à mollitie deriuat. in cõmen. de verb. sig. in l. xiij. mulieris appellatiõe. itẽ titu. eod. li. iiij. eandem etymologiam approbat, & quòd deterioris sint cõditionis quàm masculi: ꝓbat Papinianus in l. in multis. ff. de statu homi. Petr. Coruesi.

44 Mulier habere potest ius patronatus.
45 Fragilitate sexus, fœminam deterioris conditionis esse quàm sit vir.
46 Tortura quòd à fœmina incohetur, quia timidior sit.
47 Mulier prius mortua præsumitur.
48 Consensu consanguineorum in contractibus per statutum requisito: quòd non intelligatur de fœminis.
49 Ex Aristotele quod mulieres consilium habeant inualidum.
50 Mulier masculo comparata, eidẽ inæqualis, vt in sequentibus exemplis de deposito. 51.
52 Fœmina deterioris conditionis, eo quia maritum lugere teneatur.
59 Fœminarum testamentis, non datur contra tabulas.
60 Mulierem viro subijci debere, & in eius obsequio versari.
61 Maritus vxorem corrigere, & leuiter castigare potest.
63 Mulierem, honestas magis ornat.
65 Fœminæ nedum sunt deterioris cõditionis quàm masculi, sed & qui ab illis descendunt. limita vt nu. 67. 69. 70. & 71.
66 Beneficium principis, latè interpretari debet.
68 Lata interpretatio fit non solum in priuilegio sed & in materia odiosa: si verborum proprietas id requirat.
72 Genus, quandoque pro agnatione accipitur.
73 Descendentes ex fœmina nobili, non dicuntur nobiles, & rationem adducit. nume. 74.
76 Mulier aliquot casibus, melioris conditionis quàm masculi.
80 Mulieres quæ & quibus casibus carcerentur. & nu. 81.
97 Mulier nullam prærogatiuam vltra masculum habet nisi quatenus expressum in iure reperitur.
98 Statutum pœnam imponens casu aliquo: fœminam comprehendit.

REGVLA II. VLPIANVS.

A FOEMINAE[a] *ab omnibus officijs ciuilibus uel publicis remotæ sunt: & ideo nec Iudices esse possunt, nec magistratum gerere: nec postulare: nec pro alio interuenire: nec procuratrices existere.*

¶ISTA REGVLA diuiditur in duas partes. In prima iurisconsultus ponit dictum generale. In secũda illationem facit. Secunda incipit ibi. Et ideo. Et quia regula breuiter loquitur, alio summario non indiget.

1 ¶In textu ibi: ciuilibus vel publicis. † Pro eodẽ accipiuntur ciuilia munera & publica. l. fi. §. hæc omnia. ff. de mune. & hono. ibi ciuilia seu publica appellantur. Et per illum text.

tex.ita dicit Alexan. in consil. ccxiij. Circa primum.col.ij. lib.v. Et ideo tex. in l.ij.ff.ad Velleia. simpliciter dicit, ꝙ ciuilia officia adempta sunt fœminis.in contrariũ tamen videtur tex. hîc vbi tex.illationem facit. Primò ad officia publica: deinde ad priuata, prout est officium procuratoris de quo loquitur. Et ideo dicendum videtur † quòd ciuile offi- 2 cium dicatur genus, & sub eo comprehendatur quodlibet officium siue publicum siue priuatum: vt colligitur in.d.l. j.ff.ad Velleia.& in l.j.cum glo.in verbo ciuilia.C.de profess.& medi.lib.x.Et facit tex.in l.j.ff.de mu.& hono.& in l.ei qui.§.quamuis.& in l.munerum.in prin.eo.tit.Et quando reperitur ꝙ distinctè dicatur de officijs ciuilibus & publicis, illa copula &, ponitur tanquam inter genus & speciem: vt in rub. C.de serui.& aqua. & hoc modo intelligitur tex.hîc & in l.medicos.C. de profes.& medi. lib.x. ibi ciuilibus vel publicis.

¶ † Et ista regula more aliarum, ex pluribus casibus[a] parti- 3 A cularibus colligitur, in quibus deterior videtur cõditio mulierum, quàm masculorum: vt dicitur in l.multis.ff.de statu homi.Nam aliqui ponuntur hîc: & quamplures alij vtiliter applicari possunt.

¶ Nam primò hîc dicitur, ꝙ † mulier iudicare non potest. 4
b Et hoc moribus introductũ est.vt dicit tex.in l.cum præ- B tor.§.fi.ẜ.de iudi.&.iij.q.vij.in.c.tria.in prin.&. xxxiij.q. iiij.in.c.mulierem.in fi.

¶ Et hoc verum intelligitur, nisi iure hæreditario hoc sibi competeret: quia tunc iudicare & iurisdictionem exercere potest[c] vt inquit Ang.hîc: & in.d.l.cum prætor.§.fi.vbi re- C fert se vidisse Reginam Ioannam sedentem in solio regali, & sententiam proferentem contra illos de Balso. Et not. Innocen.& Abb. post alios in.c. dilecti. de arbi.& idem Abb. in.c.significauit.de rescrip.in.c.dilecta.de maio.& obediẽ. Alexan.in consi.j.col.vj.lib.v.

A ¶ Casibus. Vide Spe.titu. de ꝓcu.in prin. vbi ponit. xxxvij. casus in q/bus mulier est deterioris con/ditionis quàm masculus. Hiero.Chu.

B ¶ Non potest. Ratio prohibitionis est: nõ quia sint in/capaces, sed ꝓpter honestatẽ: vt tenet Abb. c.dilec.de arb. ij.col. & glo.l. j.§. sexum. ff. de postulan. Hier. Chuch.

C ¶ Iurisdi/ctionem exercere potest. Adde vt per Paulum de castro in l. cum prætor.§. non autem nu. vj. & vij.ff. de iudic. quæ dicit procedere si iure proprietatis hoc sibi competat, vt de Regina Neapolitana & de Comitissa Matilda obseruatum fuit: secus si conferretur vt officiũ publicum: quia non potest vt hic & per Claud. Cantiun. in tit. de officio iudicis. in vij.volu.tracta.car.106. nume.3.pagi.2. Petrus Coruesius.

¶ Secundò

¶Secundò hoc procedit,nisi consuetudo esset in contrarium:quia virtute consuetudinis,mulier iudicare potest:vt probatur in.d.c.dilecti.de arbi. & not. per gl.fi. in.c.cùm deuotissimam.xij.q.ij.& xv.q.iij.in.§.j.in versi. mulieres. Et not.Bald.in l.fi.in prin.C. de arbi.& in l. de quibus. supra de legi.

¶Abb. tamen videtur hoc limitare in. d.c. dilecti. in.iij. notabili.vt solum habeat locum in mulieribus habentibus dignitatem:prout tex.ibi loquitur.Et idem videtur sentire glo.in.c.noua.de pœni.& remissio.in gl.fi.dum inquit nisi fortè aliqua nobilis hoc habeat ex consuetudine.

¶Sed tamen idem dicendum est in quacunq; muliere:quia moribus & consuetudine,talis prohibitio inducta est:vt dicitur in.d.l. cum prætor.§.fi. & in.d.§.qua.iij.q. vij.Ergo videtur,quòd contraria consuetudine[a] tolli possit vt in simili casu arguit Bald. per illum tex. ibi:moribus. in l.ij. in prin.ff.de vulg.& pup.Et idem Ange.per illum tex.in l.more.ff.de acqui.hæred.

¶†Et quod dictum est de consuetudine,idem esset in statuto:quia à pari procedũt.vt not.in l.de quibus.ff. de leg.

¶†Tertiò etiam mulier ex priuilegio principis,habilitari potest ad iudicandum:secundum Bartolum hîc:& idem tenet glo.in l.j.vbi Bart.C.de mulie.& in quo loco.lib.x. Et idem glo.in d.c.dilecti.de arbi.in verbo remotæ. & in.§. j.xv.q.iij.in verbo mulieres.& in l.imperialis. in verbo dignitatem.C.de nup.

¶†Nam si consutudine induci potest(vt dictum est) à fortiori cum priuilegio principis:vt no.in.c.super quibusdam. de verbo.sig.l.hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de aqua quoti. & æsti.

¶†Secundò mulier magistratum gerere non potest:vt hîc & in l.& qui originem.§.corporalia.ff.de muneri.& hono. Et ista conclusio procedit in magistratu seu dignitate,cum administratione,quam mulier habere nõ potest:nisi ex certa scientia principis sibi concederetur:vt no.Bart.hîc &.ff. dixi.Secus est in dignitate,quæ non haberet administrationem:quia illam,mulier habere potest:vt no.Bar. per illum

A ¶Consuetudine. Idem tenet Barba.c.cũ cõtingat. de foro.compe. col. ij. in fine Hier. Chuchalon.

A ¶ Melioris. Adde Spec. ti. de ꝓba. ver. & econtra. in. iij. col. vbi ponit xj. casus in quibus fœminę sūt melioris conditiōis quàm masculi. Hier. Chu.

B ¶ Crescit. Quare citius pubescit mulier quàm masculus? vide Bart. in l. ij. C. de his qui veniam impetra. Hie. Ch.

C Carcerari. Vide Ias. l. iij. C. de iure emphi. & in l. j. dicto. & per maximè Phili. frā. in. c. mulieres. de iud. libr. vj. in prin. Ias. in l. plerisq;. & in l. neq; impuberes. de in ius vocan. Barb. in. c. lator. de pigno. col. j. Socin. in tracta. fallen. in regula. ccxxix in. ij. fallen. Hiero. Chuca.

bet locum in honeſtis mulieribus::ſecus eſt in meretrice, quæ capi & carcerari poteſt.vt no.Ang.poſt Pet.in l.quoniam.C.de cuſt.reo.Et idem nota.Bal.in l.conſentaneũ. col.fi.C.quomodo & quando iudex.alleg.tex.in argum. in.§.fi.in authen.de teſti.& ea quæ parit.

¶ Et hoc verum eſt, niſi eſſet in matrimonio: quia propter honorem matrimonij,licet inhoneſtè viuat,non poteſt carcerari. vt not. voluit Ioan. and. in tit.de iniur.in prin.in addi.Spec.ar.l.ſi vxor.in.§.diuus ff.de adul.no. Ro.in l.ſi verò.§.de viro.in ſecunda fallen.ſ.ſolu.matri. Alexan.in l.plerique.ff.de in ius vocan.

¶ †Secundò fallit in muliere,obligata pro adminiſtratione tutelæ: vt not.Bartol.in authen. matri & auiæ.C. quando mul.tuto. offi. & in l. ſi quis ſub conditione.ff. de teſt.tute. 80

¶ †Tertiò fallit quando recuſat redire ad virum:quia capi poteſt & extrahi de domo: vt ad virũ ducatur.vt notabiliter tradit Abb.poſt Cardina.in.c.literas.col.fina. de reſtitutio.ſpoliato. 81

¶ †Quintò mulier non cogitur comparere[a] perſonaliter,ſaltem non ex omnibus cauſis ex quibus maſculus cõpellitur vt not. Bald. in l.fi.C. de procura.in verſi. vltimò quæro hîc. 82 A

A ¶ Comparere. Dic quòd regulariter nõ tenetur comparere niſi in caſibus à iure expreſsis:ita Ancha. per textũ ibi in.c.mulieres.de iudi. lib. vj.in.j.notabili. & Paul. de ca.l.ij.ff.ſi quis cautio.§. ſi nõ propter.ij. col. & ibi Alexan. & Bald.l.fi.C. de procura. Hier. Chucha.

¶ †Sextò ſtatutum quòd nullus de magnatibus intret Palatium nõ intelligitur in muliere.vt not.Bal.in l.in multis.ff.de ſtatu homi. 83

¶ †Septimò mulier in diuiſiõe quæ fieri debet, habet electionem.vt not.Barto.in l.j.per illnm tex.C.de his qui ſe defe.lib.x.quod dictum videtur procedere ſpecialiter in illo caſu:vt ſentit Barto. ibi. & Ioan. de Platea. qui dicit quòd mulier in illo caſu,habet duo priuilegia. 84

¶ †Octauò ſtatutnm quod loquitur de bannito,non habet locum in fœmina:quia ratio ſtatuti,non videtur procedere in fœmina.tradit Ang.in conſil.lxvij.primum eſt. colum.j. 85

¶ †Nonò ſi legatũ factũ ſit mõaſterio,in dubio de monaſterio fœminarũ & moníaliũ intelligitur.quia locus ma- 86

gis

A ¶Prægnans. Mulier prægnans, est maioris pretij, quàm nõ prægnans. Alb. l. si quid j. col. de leg. ij. & an possit citari post partũ. vide eundem l. nõ exigimus. § si quis. j. co. quid si quis cau. Itẽ potest examinari lite non contestata. Feli. ca. quoniã frequẽter. vt lite non contest. vij. co. & post partum retinet eadẽ priuilegia. ita Alexand. dicta l. non exigimus. & non tenetur in iudicio comparere. Pau. de castr. l. ij. §. si non propter. si qs cau. ij. col. itẽ nõ cogitur ad testimoniũ. Alexã. l. imperator. de sta. hominũ. itẽ non potest torqueri: vt hîc de quo latè p Hippo. de Marsilijs in l. j. ĩ prin. in. v. col. versi. ix. requiritur. et in l. edictum. in. iij. col. suprà de quæst. Hiero. Chucha.

gis pius reputatur: vt no. Bal. in. d. l. in multis. in fi. de sta. ho. alleg. Cy. in l. cũ multæ. C. de dona. ante nup. in vltima quæstio. vbi de hoc idem Bald. & Ange. sequuntur.

87 ¶ †Decimò in crimine læsæ maiestatis, filię fœminæ sunt melioris cõditionis: vt in l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. facit tex. in. c. quicũq;. de pœ. in. vj. Et in simili si filij banni torũ expelluntur de ciuitate, non intelligitur de filiabus: vt not. Bal. in l. quicunq;. C. de serui. fugi.

88 ¶ †Vndecimò si mulier prægnans[a] sit habet prærogatiuam: vt habetur in l. prægnantis. C. de pœnis quia pœna differtur, & torqueri non potest. de quo Bar. ibi & Bald. in l. imperator. ff. de statu homi. & idem Bald. in l. interpositas in fi. C. de transac. & Io. de Ana. in. c. j. col. ij. de his qui fi. occi.

89 ¶ †Duodecimò est melioris conditionis fœmina: quia pro excommunicatione, non cogitur Romam petere. c. mulieres. de senten. excom.

90 ¶ †Decimotertiò, quia mulier pro minori metu excusatur quàm masculus: secundum glo. in. c. cum locum. de sponspa. de cuius intellectu videndum est, quod dixi in c. fi. de ap. & in. c. causam matrimonij. de offi. deleg.

91 ¶ †Decimoquartò, est melioris conditionis respectu dotis,[b] quæ est valde priuilegiata l. j. ff. solu. mat. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. & in §. fuerat. insti. de actio.

92 ¶ †Decimoquintò, in muneribus corporalibus. l. iij. §. corporalia. ff. de mune. & hono. Et ideo statutum de capiendo malefactorem, non intelligitur in mulieribus. vt not. Ioan. de pla. in l. patrimonium. C. de mune. patrim. lib. x.

93 ¶ †Decimosextò, propter fragilitatem sexus mulieri magis succurritur quàm masculo: quia mulier plerunq; contra propria commoda laborat. l. iij. C. de nuptijs. Et ideo in muliere, facilius iuris ignorantia præsumitur. vt not.

B ¶Dotis. Cuius priuilegia vide latè ibi per doc. et per Bal. nouel. in suo tracta de dote. vbi ponit de priuilegijs cõpetentibus constante matri. & etiam soluto.

A ¶ Decimooctauò. adde tu quòd mulier quæ est nupta, si habeat rem cum clerico efficitur de foro ecclesiastico, ita Feli. c. cum sit de foro compe. col. vij. idem etiam de laico habenti rem cum moniali: secundum Maria. Socin. quem refert ibi Felin. Hierony. Chuchalon.

B ¶ Filiæ nuptæ. Hanc opi. tenent. Bar. Ang. Platea. d. l. quoties Feli. c. nouit. j. col. de iud. Barb. c. proposuisti. de fo. cõpe. ñ. col. Corf. singu. in ver. priuilegiũ. Ias. & Rom. in l. cum quædã. hîc alleg. & Roma. l. j. in prin. ad illa. Barto. brix. in suo reperto. in versi. poster. Curt. in addi. ad Alex. in. d. l. cũ quædam & hæc est cõmunis opin. tamẽ contrariã opi. tenet Alex. in. d. l. cũ quædã. &. d. Phili. hîc circa quod primo est vidẽdum an text. in d. l. quoties. ꝓbet id ad quod alleg. per Bar. & docto. & an Barto. dicat id ad quod allegatur. quo ad primum dico quòd text. in dicta l. quoties. probat opinionem Bartol. & docto. duobus modis. primò in verbo liberi. vbi dicit quod si liberi alterius iudicis iurisdictioni se submiserunt, quòd perdunt dictum priuilegium, ergo patet, quòd tam filij quàm fœminæ mutando forum perdunt priuilegium. Secundò inquantum dicit matrésve eorum in viduitate &c: vult quòd matres & sic ascendentes per lineam fœmininã quibus competit priuilegium ex persona filiorum, quod gaudeant dicto priuilegio. si permanserint in viduitate aliâs secus. ergo videtur quòd contrahendo matrimonium, perdant priuilegium. & sic idem videtur in filia nupta: & hoc modo probat id ad quod Bart. allegat quicquid dicat Phili. Corf. in dicto suo consil. clxxvij. in fi. col. iiij. vol. de quo vide Barb. qui tenet hanc opinionem & dicit se ita consuluisse in clementi. j. de elect. col. x vij. versi. ego vidi dubitari. Hieronymus Chuchalon.

Barto. in l. fin. C. de iuris & fact. igno. Et facit quod not. Bal in rub. C. de rerum permut. circa fin. vbi dicit quòd in muliere & rustico, præsumitur simplicitas: non obstante iuramento: quia iuramentum captiosum est. Et facit ꝙ supra dictũ fuit de Velleiano & fragilitate mulieris.

¶ †Decimoseptimò, in casu l. sicut patronus. ff. de operi. lib. 94

¶ †Decimooctauò,[a] in casu l. iij. §. si filiofamiliâs. ff. cõmo. & de his no. Specu. in titu. de procur. in. §. j. 95

¶ Et ad supradicta notandum est, quòd priuilegium datum alicui pro se & filijs masculis & fœminis, non competit filiæ nuptæ.[b] Ad hoc allegatur dictum Barto. in l. quoties. C. de priuile. schola. lib. xij. vbi Ange. & Ioan. de plat. sequuntur.

¶ Sed Maria. Soci. in consi. incip. reuerendus dominus de Rauella. (prout Moderni referunt in. c. nouit. col. j. de iud.) reprobat illud dictũ: quia mulier nupta, retinet tamen originem & famaliam patris: vt no. Bart. in l. fin. §. penul. ff. ad munici. Et contra Bart. etiam tenet Alexan. in l. cum quædam puella. col. fi. ff. de iurisdi. om. iudi. Et latè id cõcludit Cor. Perusi. in consi. clxxvij. circa quod, est primò videndum. col. fin. lib. iiij.

¶ Sed

¶Sed non est laborandum: quia Bar. in dicta. l. quoties. non dicit illud, ad quod allegatur. Et verissima conclusio videtur, quòd filia nupta gaudeat priuilegio dato patri suo & filiabus: quia licet mulier nupta sit, remanet tamen in potestate patris. vt nota. per gloss. instit. ad Tertul. §. j. in ver. parentes. & not. Baldus in l. si vxorem. in princi. C. de condi. inse. Et retinet originem & familiam patris: vt not. Barto. in dicta l. fina. §. penult. ad municip. & Bald. in dicta l. cum quædam puella. Et ideo bona prohibita alienari extra familiam, non prohibentur alienari in filiam nuptam. vt Alexander concludit in consil. lvj. consideratis verbis. col. penul. lib. j. & latè hoc tradit. Soci in consi. ccxxvij. præsens consultatio. col. ix. Et cum prædictis etiam concordat Alexã. in consilio. xx. viso processu. in fine. lib. ij. in consilio. cj. ex inspectione. in princi. lib. ij.

96 ¶†Extra casus suprà notatos, in quibus expresse inter masculos & fœminas, differentia constituitur: à pari procedunt regulariter masculus & fœmina. Qui enim inter eos differentiam inducunt, naturæ accusatores existunt, vt dicitur in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & in l. lege duodecim tabu. C. de legi. hæred. & in. §. nostra constitutio. instit. de exhære. lib. ibi inter masculos & fœminas nihil interesse existimans. & in authen. defuncto. C. ad Tertul. ibi exclusa prorsus omnino differentia sexus. & in authen. in successione. C. de suis & legi. ibi. non distinguendo sexus. Ad idem text. in. §. consideremus. in fine. in ver. non autem. in authen. de trien. & semis. ibi. non autem distinguemus de filijs, siue masculi, siue fœminæ sint. Ad idem textus in l. mulier an masculus. ff. ad Trebel. in l. penul. C. qui bon. cede. possunt. vbi vtriusque sexus, & in. l. quoties. §. imperator. ff. de pollicit. ibi: non tantùm masculos, sed etiam fœminas. & in l. j. §. & generaliter. ff. de lega. præst. ibi. sed nec personas prosecutus est vtrum ex virili sexu, an ex fœminino descendunt. & in l. secunda. §. j. ff. vnde legi. ibi: non tantum masculorum: sed etiam fœminarum. & in. l. omnes omnino. C. de agrico. & censi. lib. xj. ibi sine nullo sexus discrimine. & in l. vel quæ pater. §. liberis. ff. de religio. ibi: liberis vtriusque sexus. & facit textus in c. j. in fine. de vi. & honest. cleric. vbi fœminis sicut masculis laicis, ingressus ecclesiæ ad orãdum pariter conceditur. & mulier in contractibus principalibus, masculo æquiparatur: vt not. Bal. per illum text. in l. & si à muliere. C. de insti.

97 ¶†Et sic mulier nullam habet prærogatiuam vltrà masculum, nisi

A ¶In iure. Adde Iaſ.l.ſi quis maior.C.de tranſac.& Specu.tit.de procur.verſic. porrò.col.iiij.vbi ponit plures caſus in quib⁹ maſculus & fœmina ad imparia nõ iudicantur.Hieronymus Chuchalon.

B ¶Bald.Adde eundem in l.ne paſsim.C.de iur.& fact.igno. vbi dicit, quòd lieres ligantur ſtatutis niſi expreſſè reperiantur exceptæ.Hiero.Chucha.

C ¶Maſculinum.à mare diminutiuum eſt & mas dicitur ꝙ fortior ac generoſior ſit, vt inquit Nonius Marcell. licet non ſemp ſexũ ſignificet, ſed quicquid vegetũ ac robuſtũ eſt.huius appellatione fœmininum contineri, nõ ex proprietate ſermonis, ſed ex extẽſione demonſtrat Alcia.in.l. pronuntiatio.ff.de ver.ſigni. & in l.iuſta.eo. titu. niſi ꝑ interpretationem (per quam ex ſimilitudine ratiõis fit extẽſio) cõmuniter receptum eſſe, maſculinũ: fœminam ſub ſe cõprehendere, vt infrà in ſequenti numero 2. Pet.Corue.

quatenus expreſſum in iure[a] reperitur.l.fi.vbi Bal.C.de iur.& fac. igno.vnde, quod diſponit in monachis,etiam habet locum in monialibus. in his quæ ſunt eis proportionabilia:vt no.Abb.in.c.fina.per illum text. in vltimo notabili. de ſtatu reg. de quo. nota.Car. in cle.j. in.v.q. de regu. A

98 ¶†Et eodem modo,ſtatutum quod imponit pœnam in aliquo caſu,etiam habet locum in fœmina:vt not.Bar.in l.iura.in fi.ff. de leg. vbi loquitur in ſtatuto pœnalis,ꝙ quis nõ vadat de nocte ſine lumine. Nam etiã cõprehendit mulierem:& idem not.Bar.in l.j.in fi.ff.de pecu.poſt Cyn.in l.j.in antepenul.q.C.quæ ſit lon.conſue. & Bal.[b] in l.quicunq;.col.iij.C.de ſer.fugi. B

¶Et idem in ſtatuto,quod imponit pœnam pro violentia illata cum armis vel ſine:quia etiam mulierem includit.vt not.Imo.Ro.Pau.de caſt.& Alex.in l.ſi conſtante.§.fi.ff.ſol.mat.Et facit quod not.per gl.magnã quam Bald.& doct.ſequuntur in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. quæ tenet pœnam illius leg.etiam habere locum in muliere.Et facit glo.in l.j.C.de rap.virg.

¶Aliqua iura ex ſupradictis alle.Spe. in.d.tit.de ꝓc.§.j.

¶Et quia ſuprà proximè dicta in effectu pendent ab illo articulo,quando maſculinum[c] concipit fœmininum: hîc non impertinenter pro complementò huius.l. applicari poteſt & plenius & meliori ordine quàm hactenus ſcriptum ſit declarabitur. C

NOTABILIA.

1 Maſculinum quòd fœmineum concipiat, ſecus de proprietate ſermonis.vt nu.2.

3 Limitatur regula prædicta ſex modis.vt nu.4.5.& 6.

7 Regula vt maſculinum fœmininum comprehendat,an habeat locum in omni materia?

Regula

A ¶Masculinum. Hanc regulam ponit Soci. in suo tracta. fallen. in regu. cclv. fol. xxxix. vbi ponit. ix. limita. & vide latè Iaso. in. l. si quis id quod. de iurisdict. om. iudi. qui loquitur quasi in omnibus casibus quibus hic dñs Philippus Decius Card. in clem. j. de elect. & in cle. j. de sepult. Hiero. Chuch.

8 Quid in vltimis voluntatibus?
9 Quid in contractibus? & nu. sequen. & nu. 11.
11 In legatis masculinum concipit fœmininum.
13 Communis opinio in dispositione legali.
14 Quando tractatur de interesse reipublicæ (cum sit materia fauorabilis) extensio fit etiam in pœnalibus.
15 Lex de masculo disponens per modum qualitatis, fœminam non comprehendit.
16 In materia correctoria masculinum non cuncipit fœmininum.
17 In statutis an regula hæc locum habeat?
18 Quid in priuilegijs & rescriptis? & nu. 19.
20 Quid in verbis iudicis, dum sententiam profert? & an in officijs idem sit. & nu. 21.
22 Fratris appellatione, an comprehendatur soror?
23 Appellatione coniunctorum, propinquorum, & posterorum, quòd vterque sexus comprehendatur. nu. 24. & 25.
26 Auunculi nomine, materteram non comprehendi.
27 Fœminino, masculinum non concipi.
28 Appellatione personæ, masculum contineri.

Quod Masculinum, concipiat Fœmininum, dependens ex præcedenti regula.

SIT ERGO conclusio & regula† affirmatiua, quod masculinum[a] concipit fœmininum: quia dicit tex. in l. qui duos in fin. de legatis. iij. quòd sexus masculinus se per fœmininum continet. & in l. seruis legatis. de leg. iij. dicitur, quasi commune nomen vtrunq; sexum cōtineat & hoc procedit etiam secūdum grāmaticos: vt dicit Pau. de cast. in l. quicunq;. C. de ser. fug. Et hoc etiā habet locum in lege diuina,[b] vt not. Abb. per illum tex. in. c. maiores. col. ij. versic. itē noto de baptis. Et ratio huius conclusionis videtur: quia non debet fieri differentia inter masculum & fœminam. l. maximum vitium. C. de liber. præteri. cum simili. §. alleg. Et istam rationem adducit Pet. de ancha. in consil. cxx. pro clariori. Et attenta hac ratione, dicendum est, quòd regula procedat in materia indifferenti: prout tex. loquitur in dicta l. maximum vitium. & ita. j. regula limitatur. Secus ergo videtur, in materia

B ¶Diuina. Et maximè in fauorabilib⁹, vt per do. Ioan. le cirier, tractatu vol. xij. de primogenitu. vbi alleg. text. in. l. si ita scriptum. ff. de lega. iij. et Ludo. Roma. consi. xcviij. et etiam in priuilegijs. secundū Bal. in. c. ad audiētiam. j. col. versicu. quæro nunqiud. de rescrip. Gemi. in c. generali. col. iij. versi. tertio casu. de electi. vj. vbi dicit quod priuilegiū immunitatis concessum filijs, cōpetit etiam filiabus. pro quo facit tex. in. l. j. §. fin. ff. de iur. imm. Pe. Cor.

teria differenti quæ non ita cōueniret fœminis, sicut masculis: quia tunc masculinum non complectitur fœmininum: vt not. Bart. in l. j. ff. de verbo. sig. & in l. j. in fi. ff. de pecu. & idem dicit Bald. in l. seruus. C. cōmunia de succes. & in l. in multis. in ver. & not. quod masculinū. ſ. de sta. homi. Et idem Bal. in l. tres fratres. in ver. & est argumētum. ff. de pac. & in consi. ccj. in prouincia. col. fi. lib. j. & not. Sali. in. d. l. quicunq;. C. de ser. fugi. & Cuma. in cōsi. lxxxiiij. præsupposito. & facit quod. ſ. dictum est in hac l. de statuto requirente consensum propinquorū: quod non intelligitur de fœminis: quia est diuersa ratio in fœminis: vt dictum fuit. Et ista ratione, si statutum præponit agnatos cognatis, non intelligitur de fœminis: vt voluit not. Ioan. de anna. in consi. iiij. visis statutis. in secundo dubio. Et reperio quod Bald. idē dicit in consil. cccclxxxiij. circa quæstionē lib. v. Et ista prima limitatio, etiā habet locū si statutum expresse dicat, quòd masculinum concipiat fœmininum: quia statutum intelligitur si materia adaptari potest. & sit eadem ratio in fœminis: vt not. Bald. in consil. xlvij. factum tale est, lib. v. Et tale statutum, secundū ius cōmune intelligitur & parum operatur vt tradit Cor. Peru. in consi. xj. Stantibus dictis statutis. lib. j. Nisi statutū diceret quod in omnibus casibus, masculinū concipiat fœmininū: vt idem Cor. Peru. scribit in consi. cccvj. quo ad primū. col. penul. lib. j.

A ¶ Interpretatione. Adde Cardi. clemen. j. hîc alle. & in l. j. de bapt. & Bal. in l. fin. C. de hæred. insti. Hiero. Chuch.

¶ † Secūdò, regula procedit ex interpretatione[a] extensiuà: quia de proprietate sermonis, masculinū non concipit fœmininū: vt not. Bar. in dicta. l. j. de verb. sig. per tex. in l. pronuntiatio. in prin. ff. de verb. sig. vbi dicitur quod pronuntiatio sermonis in sexu masculino, plerunq; ad vtrunq; sexum porrigitur: ergo illud videtur per extensionem, propter illud verbū porrigitur. facit tex. in l. ij. de libe. cau. ibi: ad iniuriā nostram porrigitur. Et ad hoc alleg. text. not. in l. in adoptiuis. versic. quæ in filio. C. de adop. vbi expresse dicitur, quæ in filio diximus, hoc in filia extendimus. 2 A

¶ Et ista limitatio sanè intelligitur, in nomine masculino: prout

no:prout est seruus,equus,filius.Secus est in termino cõmuni:prout est homo.Et idẽ si dicatur si quis:quia intelligitur homo:& tali casu in termino cõi, masculinũ cõprehẽdit fœmininũ de proprietate sermonis:vt Bar.concludit in.d.l.j.de ver.sig.per illũ tex.vbi verbũ siquis,cõplectitur tam fœmininũ quam masculinũ.Et hoc propriè,ꝓpter illud verbũ complectitur.Et idem sequitur Bald.in l.gallus.in prin.col.fi.de lib.& posth.Cardi.in cle.j.in.iij.q.de elect.Domi.in.c.generali.col.iij.de ele.in.vj.Alex.in consi.lxj.super eo.lib.j.& idem Alexan.in consil.xxiiij.animaduersis.col.iiij.lib.ij.& idem Cuma.in consi.clxvj.visa.& Benedi.capra.in consi.lxij.Cum viso.circa finem.

¶ Et circa prædictam doctrinam,Bartol. primò dicit Ange.in.d.l.quicunq;.C.de ser.fugi. quod in materia fauorabilis talis differentia nõ attenditur:quia termini sunt communes in substantia:licet non in probatione sermonis.Secundò dicit Domi.in. d.c.generali.col.iij. quòd talis differentia non attenditur:quia ista est interpretatio passiua,quæ habet locum etiam in statutis.

¶ Tertiò dicit Barto.in l.j.col.fi.ff. de pecu. quod licet de proprietate sermonis,masculinum conciperet fœmininũ:illa tamen est oratio indefinita:quæ de proprietate sermonis non æquipollet vniuersali:& sequitur Aret.in consi.xxxix.in facto.col.ij.in ver.pro hac decisione.

¶ Et hoc videtur esse intelligendum,quando præfertur ab homine.Secus videtur si à lege: vt not.Bart.in l.si pluribus.de leg.ij.

¶ Quartò & vltimò considarandum est:quia non videtur quòd Barto. benè dicat in secundo membro.dum inquit æquiparando siue dicatur de homine simpliciter : siue dicatur si quis : quia intelligitur de homine secundum eum.Nam hoc nõ videtur verum:quia licet terminus homo, sit cõmunis:si proferatur simpliciter non tamen sic videtur,si dicatur si quis homo: quia tunc terminus homo, restrictus videtur in masculino per illud verbum si quis. quod est masculini generis. & ita Fulgo. dicit in dicta.l.quicunque.

¶ †Tertiò regula limitatur,vt habeat locũ quando genus masculinum in nomine appellatiuo exprimitur:puta vel seruus.Secus si nomine proprio:vt not.Bart.in.d.l.j.de verb.sig.per.l.si quis ita.§.j.cum gl.in ver. filio.ff.de testa.tute.& idem Ang.dicit in. d.l. quicunq;. Et idem est,si expressè dicatur de masculo.quia tunc fœmina non cõprehenditur. vt Abb.tradit in consil.xxxvij.videtur primo in.j.lib.vbi inquit quod terminus masculus,tantum conuenit viris & non fœminis. idem Anto. de

but.

butr. in consil.xlvj.rectè decisum est. & Ioan. de ana.in consi.xxij.ad approbandam.

¶Et idem si dicatur de viris: quia non veniunt fœminæ,[a] vt not.Bart.per illum text,s.de legi. & Bal.in l.scripturas.per illum tex.C.qui potio.in pign, habeantur: de quo.s.dictum fuit.Et ad hoc etiam allego bonum tex.in c.maiores.de bapt.ibi:tā viri quàm fœminæ baptizātur. A

A ¶Fœminæ. Vice latè Iaso. in. l. si quis id. iiij col. de iur. om.iud. ver.x. limita.et Alex. in l.j. de ver.significat.q dicit ꝙ etiā in statutis ratione vsus, masculinū virorum cōcipit fœmininum. Hiero.Chu.

4 ¶† Quartò limitatur,nisi constaret de voluntate disponentis: quia tunc masculinum non continet fœmininum: vt no.Bar.in.d.l.j.de ver.sig.per.l. Lucius.§.quæsitum. de lega.iij.ibi: nisi aliud sensisse testatorem probetur.Et idem dicunt Ange.& Sali.in dicta l.quicunque.

¶Et hoc clarum videtur,quando apparet de voluntate: idem tamen est, etiam si hoc ex coniecturis colligatur: quia voluntas testatoris quæ apparet ex coniecturis, etiam attenditur.l. licet imperator.vbi Barto. de lega.j. l.cum auus.de condi.& demonst.l.cum proponeretur.in fin.l.qui solidum.ff.de lega.j.

¶Et exemplum poni potest in notabili quæstione,quam ponit Pau.de castr.post Fulgo.in l.j.col.fin.C. de condi. inser.vbi inquit, quòd si pater instituit filiam in re certa, & filium vniuersaliter instituit, ecclesia substituta: si filius institutus sine filijs decederet.Nam tali casu,illa conditio filiorum intelligitur de masculis: quia non est verisimile,quòd testator voluerit neptes esse melioris conditionis, quàm filias proprias.arg.l.si viua matre.C.de bō. mater. de quo dicendum est: vt tradit idem Pau. de cast. in consi.lxxvij. Casus frequenter contingit. & in consil. ccclv. Viso dicto testamento. & Rapha. cuma. in consi. cxvij.in testamento. in princip. cum similibus: vt dixi in consi.xv. Et nouissimè, latè in hoc insistit Soci. in l.cum auus.in.xiij.char.ff. de condi.& demonst.

¶Et in proposito de dictis coniecturis, tradit Bald.in l. tres fratres.x.nota.ff. de pact.cum simil.vt Alexan. tradit in consi.cxxvij.viso testamento.lib.j.

¶Et ad coniecturandum voluntatem testatoris, non parum facit qualitas testatoris: quia si ipsa fœmina sit, non est veri

est verisimile quòd voluerit fœminas excludere: vt in nota.casu singu.scrip.Pet.de ancha. in consi. cccxxxix.Pro maiori intelligentia.col.iiij.Et de isto cousilio fecit mentionem in.c præsentia.in.v.char.de proba.

¶ Et ex hoc colligi potest limitatio ad text.in l.j.de iur. immuni. quòd dispositio illius legis non haberet locum, si priuilegio immunitatis concessum fuisset ab aliqua muliere: puta à Regina vel ducissa: quod addēdum est ad ea, quæ dicta sunt suprà circa intellectum dictæ l.j.§.fi.de iure immunitatis.

¶ † Quintò, limitatur, quando esset facta meniio distinctè de vtroque sexu: quia tunc masculinum non concipit fœmininum: vt no.Bal.in l.in multis.in fi.ff. de sta.hom. quia expressum facit cessare tacitum.l.cum ex filio.§.j.ff. de vulga.substi. Et reperio quod Bald.hoc idem dicit, in consilio.clxxxvj. quia allegationes. lib.j. secundum nouam formam.

¶ † Sextò, regula non habet locum stante statuto, quòd verba intelligi debeant ad literam. Nam tali casu, masculinnm non contineret fœmininum: vt not. Bal.in consi. ccccl x.Ioannes, lib.v.& Cor. Perusi. idem tradit in cōsi. xiiij.in præsenti consultatione.col.penul.lib.ij.

¶ † Præmissis prædictis limitationibus (quæ generales sunt) nunc videndum est an regula habeat locum in omni materia.[a]

¶ Et ad maiorem declarationem, possunt formari decem quæstiones.

A ¶ Materia. Vide Barb. in clem.j.de elec. in.xj.col.Hiero.Chucha.

¶ Prima, quid in vltimis voluntatibus?

¶ Secnnda, quid in contractibus?

¶ Tertia, quid in dispositione legis?

¶ Quarta, quid in statutis?

¶ Quinta, quid in gratia vel priuilegio?

¶ Sexta, quid in rescriptis?

¶ Septima quid in sententia?

¶ Octaua, quid in officijs?

¶ Nona, an appellatione fratris, veniat soror?

¶ Decima, videndum erit, de quibusdam quæstionibus

in specie.

¶ Postremo econtrà. An fœmininum concipiat masculinum.

¶ † Circa primã, in vltimis voluntatibus[a] iura clara sunt: quod masculinum comprehendat fœmininum: quia legatis mulis, etiam mulæ continentur. l. qui duos. de leg. iij. & legatis seruis, seruæ veniunt. l. seruis legatis. eo. tit. de leg. iij. & in. §. j. in authen. de nõ eligen. ibi duos filios, masculum & fœminam. Et in substitutione not. Petr. de ancha. in consil. cxx. pro clariori. 8 A

A ¶ In vltimis voluntatibus. Adde vt per d. Ang. à Gãbel. in titu. de testa. in gloss. lxxix. nu. 8. vbi alleg. Cyn. Bal. Ang. & Sali. in l. quęcunque. C. de ser. fugi. et Dy. & Bar. in l. j. ff. de verb. sig. & Bal. qui ponit multas remissiones in l. gallus. in princ. de liber. & posth. in glos. quæ in ver. abundare. & Imo. et Rap. in l. si ita scriptum de lega. ij. & plenè Ias. de his in l. si qs id qđ de iuris. om. iud. & in l. quæ. de leg. de lega. j. et in l. pactum. inter hæredẽ. ff. de pact. Petrus Corue.

¶ Et conditio illa, si decesserit sine filio. etiam de filiabus intelligitur: vt no. Ioan. and. & doc. in. c. Raynald. de testa. cum si. vt dixi in consi. xv. in prin.

¶ Et ex ista cõmuni opi. confunditur, quod dicunt Moder. Papi. videlicet Ias. in l. si quis id ꝙ. col. iiij. ff. de iur. om. iudi. quòd si testator reliquit fundum Titio, & filijs successiuè & non stantibus filijs, substituit ecclesiã, quòd ecclesia non excluditur stante filia: quia ecclesia substituta, tollit præsumptionem filiorum de qua in l. cum auus. ff. de condi. & demon. & l. cum acutissimi. ff. de fideicom. vt not. tradit Pet. de anc. in consi. xlvj. prima facie. nam talis decisio quam ponunt Moder. in. d. l. si id quod. fundata in præalleg. consil. Pet. de Anch. nõ est vera: quia est contra communem opi. quæ habet, quòd in vltimis voluntatibus masculinum concipit fœmininum. vt suprà dictum est.

¶ Non obstat dictum Petr. de Ancha. quia ad propositum nõ benè adaptatur: quia fauor ecclesiæ ita excluderet masculos sicut fœminas: in casu in quo loquitur Pet. de Ancha.

¶ Propterea contrarium eius, quod dicit Petr. de ancha. tenet Bal. in. d. l. cum acutissimi. quòd illa. l. etiam habeat locum, ecclesia substituta. de quo dicendum est vt latè Soci. scribit in. d. l. cum auus. in. vj. chart. in versi. secundum correlarium.

¶ Et prædicte conclusio. quòd in vltimis voluntatibus masculinum cõcipiat fœmininũ procedit in materia fauorabili.

rabili. Secus est in materia odiosa[a] puta si facta sit exhæredatio de filio, nõ habet locum in filia, l.j.§. sed & si incertũ.ff.de vent.in pos.mit. & not. Bart.in.d.l.j. de ver. sig. Et isto casu verificari potest, quod dicit gl.in.c.generali.de elec.in.vj. ꝙ in fauorabilibus, masculinũ concipit fœmininũ & non in odiosis. Et ita simpliciter etiã Bald. dicit in consil. ccxxvj. præmissis verbis. col.fi. lib.v. & Cuma.in consi.clxvj.visa.

¶ Sed tamen aduertendũ est, quia tex.in.d.l.j.de vent.in posses. mit. videtur loqui qñ verba masculini generis geminata sunt: vt colligitur ibi si mihi filius vnus nascatur. quo casu dici põt, ꝙ illa verborum geminatio, hoc operetur: quia verba geminata præcisam ostendunt voluntatem disponẽtis. vt not. Bal. per illũ tex.in.c.cũ te.de resc.

¶ Vel secundo responderi potest, ꝙ ille tex. videtur loqui in casu claro: quando constabat de voluntate testatoris, ꝙ noluisset filiam exhæredare sed solum filiũ: & tunc bñ adaptatur casus: de quo ibi loquitur: quia incertũ est, an nascatur filius vel filia. Et licet hoc modo tex. cauillari posit: negari tamen non potest, quin in. d.l.j.§.sed & si incertum. pro constanti præsupponebatur quòd exhæredato filio, non sit filia exhæredata: & sic bene probatur ibi cõmunis opinio quia materia odiosa est. Et facit tex.in l.ij.in l.cum quidam. de lib. & posth.

¶ † In secunda quæstione, communis est opinio: quòd in cõtractibus, masculinũ nõ concipiat fœmininum. vnde si quis recipit in emphiteusim fundum pro se & filijs, non veniunt fœminæ: vt voluit Guid. de suza.in l.veteribus. per illum text.ff.de pact. quia verba, interpretantur contra illum qui illa protulit. Et idem tenet Archidi. vij.q. iiij.in.c.si quis suadente. cum similibus. vt Alexan. tradit in consil.lxj. super eodem lib.j.& in consil. cxiij. viso instrumento.lib.ij.& in consil. cciiij. consideratis verbis eodem.lib.ij.& dixi in.c.in præsentia. de proba.co.xvij. & idem tenet Imola in consil.xxxviij. in casu præmisso. & Cuma.in consi.clxvij. vbi dicit hoc præsertim procedere, in contractu stricti iuris.

A ¶ Odiosa. Nam in odiosis & pœnalibus, regulariter fœmina sub mare non comprehẽditur: nisi delictum vel actus sit indifferẽs, qui eodem modo posit cõmitti per fœminam, sicut per virum: quoniã tunc comprehenditur vt hic & late per Ias. in l.à Iudic. C. de iudic. Pet. Coruesi.

¶ Et quod dictum est, etiam sequitur Roma. in consil. xxxv. visa facti serie. & Cor. Perusi. in consil. lxxiiij. de duobus. col. fi. & in consil. clxxj. post redditum consilium. col. fi. lib. iij. & in consi. ccxxxiij. in hac consultatione. lib. iiij.

¶ †Prædicta conclusio habet locum: quando in contractu dicitur de filijs: secus si dicatur de liberis: quia tunc etiã in contractibus, fœminæ includuntur: vt no. Bald. per illum tex. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de ius voc. Pet. de ancha. in consi. cxxv. visis. Alex. in d. §. liberos. & in consil. lxxx. viso. lib. j. 1

¶ Sed tamen talis differentia, non videtur procedere sine dubio: quia ratio dictæ. l. veteribus. ff. de pactis. etiam videtur militare in liberis: quia sicut appellatione liberorum veniunt fœminæ, cum masculis. d. l. sed si hac. §. liberos. & in l. fi. ff. de censi. & in l. cognoscere. §. liberorũ. ff. de verb. signifi. Eodem modo appellatione filiorum, veniunt filiæ: vt suprà dictũ est. Et tamen in contractibus, non veniunt: per. d. l. veteribus. quæ quidẽ etiam videtur militare in liberis. Nam etiam quandoq; appellatione liberorum, nõ veniunt fœminæ. l. liberos. ff. de senato. vnde concludendum videtur. vt infrà dicam.

¶ Secundò, conclusio suprà facta in contractibus, non haberet locum quando absurdum sequeretur, si fœminæ in contractu non includerentur: vt Alexand. declarat in dicta. l. sed si hac. §. liberos. & in consi. lxj. super eodem. lib. j. suprà allega. & ibi respondet ad illum textum. in. §. liberos.

¶ Tertiò, prædicta conclusio, non videtur habere locum in donatione, quæ latè debet interpretari. c. cum dilecti. de dona.

¶ Et ad hoc allego decisionem Ang. in consi. ccxlij. super primo. in fine Cardi. in consi. lxiiij. quòd dicta vera. & dixi in consi. xxxij.

¶ Postremo aduertendum videtur, quia licet cõmunis sit opi. quod in contractibus, masculinum non concipiat fœmininũ: vt patet ex supradicti: tamen ista opi. non probatur iure: Quia reg. l. veteribus. dicit, quòd in re obscura & ambigua, interpretatio fit, contra venditorẽ & cõtra locatorẽ qui apertius potuit legẽ dicere. Sed hoc in isto casu non videtur adaptari: quia non videtur obscurũ nec ambiguum, quando dicitur de filijs quin cõprehendantur filiæ: quia hoc semper habet locũ, quod masculinũ concipit femininũ. d. l. qui duos. de lega. iij. Et cum ista sit regula. res clara & certa dicitur, pro eo qui fundatur in regula: vt no. Bart. in l. quoties. ff. si quis cau. Et quia hoc est in vltima voluntate: vt suprà dictum

ctum est. ergo pariter idẽ videtur esse in contractibus: quia ratio diuersitatis efficaciter reddi non potest. Nec valet ratio. Alexand. in. d. conf. lxj. dum inquit quod in vltimis voluntatibus fit larga interpretatio. l. in testamentis. ff. de reg. iur. quia illa regula non habet locũ in legatis, in quibus attenditur quod minimum est. l. nummis. de leg. iij. l. apud iuliam. §. seio. de lega. j.

¶ †Et tamen in legatis, masculinum concipit fœmininũ. d. l. qui duos. & l. seruis. Ergo non videtur obscurum legatum, quando masculinum concipit fœmininum. Ergo. l. veteribus. non videtur habere locum in tali casu.

¶ Et ad hoc facit, quòd docto. dicunt de liberis: nam idem videtur dicendum de filijs, ex quo ratio diuersitatis asignari non potest: vt. s̃. dictum est. Et quia etiam in meteria odiosa: vt. j̃. videbimus in dispositione. l. masculinũ cõcipit fœmininum. l. si quis id quod. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Ergo idem in contractibus videtur, † in quibus licet debeat fieri stricta interpretatio. l. quicquid astringendæ. de verb. obli. non tamen verba contractus magis restringi debent quàm si materia esset odiosa. Et de hoc aliquid dicit Cor. Perusi. in consil. clxxvij. circa quod. lib. iiij. & in conf. ccxxxiij. lib. iiij. s̃. allegato.

¶ †Tertia est quęstio in dispositione legali, in qua communiter omnes tenent: quòd regula habet locum, si lex loquitur de eo etiam ìn ea intelligitur. l. j. §. j. ff. de consti. pecu. l. iij. in prin. ff. de nego. gest.

¶ Et hoc etiam procedit in materia odiosa & pœnali. vt dicit Cyn. post Odofr. in l. quicunq;. C. de ser. fugi. Et idem dicit Albe. per illum tex. in l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. & ibi etiam allegat tex. in l. ait diuus. ff. de iure fisci. vbi verbum quicunq;: masculum & fœminam continet. & idem est in ver. si quis. l. j. ff. de verb. signi. & nota per gl. in. c. generali. in ver. vniuersos. de elec. in. vj. & facit tex. in l. si quis in tantum. cum gloss. fi. in princip. C. vnde vi. & in. c. si quis suadente. xvij. quæst. iiij. iuncto. c. mulieres. de sententia excõmunicationis, & in l. si quis maior. C. de transact. cum gloss. in l. cum proponas. eod. titu. & in cleme. j. cum glo. in ver. eos. de sepul. Et ex his verificatur, quod not. Angel. in conf. cclxxxix. viso testamento. vbi inquit: quòd quando masculinũ profertur à lege, semper concipit fœmininum. alleg. Ioan. and. in. c. fi. de electionibus in. vj.

¶ Non omitto tamen quod in casu. l. si quis id quod. nõ videtur materia odiosa: quia interest reipublicæ, quòd delicta puniantur. l. ita vul-

neratus.ff.ad leg.aqui.&.c.vt famæ de senten. ex com.† Et quando tractatur de interesse reipublicæ, materia reputatur fauorabilis & extẽsio fit etiam in materia pęnali. vt not. Bar. in l. quemadmodũ. C. de agrico. & censi. lib. xj. 1

¶ Et ita dicit Cor. Peru. in cons. cxxxiij. lib. iiij. s̃. alleg. Et idem dicunt Moder. in. d. l. si quis id quod.

¶ Sed respondetur quòd illud est verum, quando delictum remaneret impunitum: aliâs secus. vt declarat Barto. in l. ij. §. exercitum. ff. de his qui notan. infa.

¶ Secundò potest responderi, quòd in pęnis causa immediata est fauor reipublicæ. Et causa immediata attenditur, quæ principalis est. Et ita respondet Soci. in l. j. in princip. col. fi. de verb. obli. alleg. Bald. in l. fi. C. de interdi. matrimo.

¶ Prædicta conclusio limitatur, primò vt procedat in materia indifferenti. secus si materia penitus nõ conueniret fęminis: vt in isto casu Domini. dicit in. d. c. generali. cum simi. vt dixi. s̃. in prin. nam ista limitatio semper intelligitur, per ea quæ. s̃. dicta sunt.

¶ Secundò ista conclusio habet locum, vt dictum est etiam in materia odiosa. Et hoc intelligitur in odio rationali: secus est in odio irrationabili prout est quando vnus pro alio punitur: quia tunc masculinum non concipit fęmininum. vt not. Bartol. in dicta. l. j. ff. de verbo. significa. per. l. quisquis C. ad legem iuliam maiesta. & Domini. in. d. c. generaliter. Aret. in cons. xxix. in facto. & facit quod not. Bald. in l. quicunque. col. iij. in versi. sed pone statuto. C. de ser. fugi. vbi inquit, quòd si filij bannitorum non possunt morari in ciuitate. hoc statutum non intelligitur de fęminis.

¶ Sed tamen aduertendum est: quia tex. in dicta. l. quisquis (per quam mouentur docto. ad ita dicendum) etiam videtur fęminas includere. Sed ibi ex dispensatione excipiuntur, quia imperator vlterius ita declarando procesśit.

¶ Secundò in dicta. l. quisquis. non veniunt fęminæ alia ratione: quia est facta ibi distinctio de masculis & de fęminis. & ita illum textum intelligit Bald. in dicta. l. quicunque. colum. iij. de serui. fugit. & facit quod not. idem Bald. in l. in multis. suprà de statu homi. & suprà dictum fuit.

¶ Terið etiam dici potest, quòd in. d. l. quisquis. materia non ita conueniebat fęminis sicut masculis: quia in fęminis non est tanta audacia:

vt no

vt not.Bald.in dicta l.quicunque col.iij.

¶ † Tertia conclusio.s̄.facta,non habet locum, quando lex de masculo loquitur per modum qualitatis, vt quia dicat religiosus vel medicus. nam tali casu masculinum non concipit fœmininum: vt not.Domini. in d.c. generali.per tex.in clemē.eos.vbi Card. in fin.idem tenet de consang.& affinit.per illum tex.ibi:religiosos & moniales. Ad idem tex.in.c.quoniam.§.hoc etiam.de simo.vbi similiter fit specialis nominatio de monialibus & monachis. Ad idem facit tex.xxvij.q.j.in.c.impudicas.& sequitur Alexā.in consi.cxxxv.circa primum.col.pen.lib.j.& Bar.vero.in consi.xxvj.magnificè & generosè.

¶ Sed tamen ista limitatio nō videtur procedere sine dubio,quia si materia cōueniat ita mulieribus sicut religiosis.idem dicendum videtur: vt not. Cardi.in clemen.j.in v.q.de rescrip. Et certè non videtur differētia in nomine appellatiuo,cuius qualitatis vel alio nomine. Et ad hoc facit tex.in l.quicunque.C.de ser.fugit.vbi quod dicitur de seruo fugitiuo,etiam videtur habere locum in fugitiua:& tamen est nomen calificatū:& ita tenendū videtur.

¶ † Quartò: conclusio suprà facta non habet locum in materia correctoria,[a] quia masculinum non concipit fœmininum: vt not. Alexan. in l. gallus.in princi.col.vj.de libe.& posthu.

A ¶ Correctoria.Iason tenet cōtra. l. si quis id.col.ij.de iurisd.omn.iudi. Hiero.Chu.

¶ Postremò etiam aduertendum est, quia licet secundū communē opi.suprà dictū sit quòd in dispositione legis etiam in materia odiosa masculinū concipiat fœmininū: hoc efficaciter non probatur in materia odiosa: quia tex. in l.si quis id quod.cum simil.s̄.allegata non loquitur in masculino præcisè: sed in termino communi quando dicitur si quis: quia de homine intelligitur: vt not. Bald. in d.l.j.de verb.signi. Et hoc tenendo dictum Barto. quod cōmuniter approbatur, licet aliud suprà dictum sit. Et in contrarium facit, quia ex quo propriè masculinū non cōcipit fœmininū: vt.s̄.dictum est, hoc non deberet habere locum in materia odiosa quæ debet strictè interpretari. l.cum quidam. de libe. & posthu. & in regula odiosa. de

regu.iur.in.vj. Et ad hoc facit illa distinctio communis, quòd in fauorabilibus masculinum comprehendat fœmininum: non in odiosis: vt not.per gloss.in.d.c. generali. cum simi.s̃.alleg. & facit tex.in. d.l.j.§. sed & si incertũ. de ventre in posses.mitten.

¶ † Quartò quæritur quid in statutis?[a] Et videtur dicendum quòd etiam masculinum comprehendat fœmininũ: vt not.Bart.in l.iura.in fin.ff. de legi. cum simi.vt tradit Alexan.in l.si constante.§.si.col.fin.ff.solu.matri.& no. Bart.in l.j.in fin.ff.de pecu. vbi absolutè dicit, quò si statutum loquatur in materia indifferenti, masculinũ concipiat fœmininũ. & sequitur Areti. in consilio copiosè & eleganter.col.j.& idem not.Bal.in cõs.xlvij.factum tale. lib.v.Et ideo statutũ de primogenito,habet etiã locũ in primogenita: vt not.Bal.in l.in multis. ff. de statu homi. & sequitur Roma. in consi. xcviij. quo ad id.circa fin. & idem Fulgo.in consi.ciiij.visis.

A ¶ Statutis. Tenet notabiliter do. Anto. de Rossel.in ti. de success. ab intesta.volu.5. tract.nu.220.quod quãdo à statuto profertur adiectiuum indeterminatè vt si caueatur statuto quod agnati &c.ita vt videatur requirere substãtiuũ: quod tũc (etiã ex propria significatione vocabuli) videatur cõprehendere fœmininũ: cũ illius substãtiuũ sit homo, quod est nomẽ cõmune tã ad agnatos viros quàm mulieres: cũ comprehendat non modò ex vi generis sed ex vi substantiui: pro quo alleg. Bald. in.l. quicunque. C. de ser. fugit. &.l. maximum vitiũ. C.de libe.præter.glos. in. l.si quis in tantũ. C. vnde vi. Petrus Corue.

¶ In contrarium tamen facit: quia in statuto saltẽ odioso (quod strictè debet interpretari) nõ videtur quod masculinũ cõcipiat fœmininum.Et ita in statuto pœnali arguit Alex.in cõs.cxxxv.lib.j.s̃.alle.Et idẽ Bar.Verõ.in consi.xxvj. s̃.alleg.& idem in statuto tradit Alex.in consi.xxiiij.animaduersis his. col.antepe. lib.ij. vbi concludit,quòd statutũ de habitatore non habet locum in muliere habitatrice.& idem Alexã.in consi.xxviij.præclarè & subtiliter.col.iij.lib.iij. concludit quòd statutum contra ius commune quod loquitur in filio familiâs,non habet locum in filia: vt not.Cor. Perusi. in consilio xiiij.in præsenti.lib.ij.

¶ Domini.in.d.c.generali. col.ij. distinguit quòd si masculinũ profertur à statuto,sub termino cõmuni: idẽ est quòd in dispositione legis: quia masculinũ concipit fœmininũ.Si verò statutũ præcisè in nomine masculino loquitur in materia exorbitanti: masculinũ non cõprehẽdit fœmininum: secus in materia fauorabili. Vnde infert quòd si statutum excludit matrẽ vt non succedat filio,non habebit locum in filia: & ad hoc facit quod not. Bald.in.l. quicunq;

quicunq;.col.iij.in versi.sed ponetur.C.de ser.fugit. vbi inquit q si statuto cauetur, quòd filij bannitorũ de ciuitate expellantur, non habet locum in fœminis: quia in illis est minor audacia: & statutum de adultero, nõ habet locũ in adultera: vt no.Bal.in cõsi.vj.factũ tale est. lib.v.in fi.

¶ † Quintò videndũ est, de priuile. Et Bal.in.c. ad audientiam.l.j. col. fin.versi.quæro nunquid.de rescrip. dicit quòd vsu veterum, masculinum concipit fœmininum etiam in priuilegijs.& idem Domini.in dicto.c.generali.col.iij.in versi. tertio casu. vbi infert quòd priuilegium immunitatis concessum alicui ex filijs, etiam filiabus competit.

¶ Et ad hoc facit tex.in l.j.§.fi.de immu.vbi excipiuntur descendentes ex fœminis, nõ autẽ fœminæ. Et per hoc videtur dubitandũ de eo quod voluit Signo.in consi.clxxx.in.q. vbi inquit, quòd priuilegium legitimandi filios, datum alicui, non intelligitur de filiabus. Nam opinio cõmunis videtur in contrarium, quia etiam in priuilegijs, masculinum cõcipit fœmininũ. Et cõtra Signo.facit, quia potestas legitimandi, est fauorabilis: & latè debet interpretari: vt no.Ioã.andr.in.c.fi. de simo.per illum tex.& Abb.ibi post alios sequitur.& idem Old.dicit in consi.clij. factum tale est.in prin.& Domini.in.c.quamuis.el.ij.de præben.

¶ Et ad prædicta notandũ est, quod tradit Cor.Perusi.in cõsi.clxxvij. circa quod.lib.iiij.& quod no.Fulg.in cõsi.cxxj.supposita. vbi in mandato papæ de charitatiuo subsidio, moniales includuntur. & Card.consi.cxxxv.puto.& Domini.in.c.ne aliqui.de priuile.in.vj.

¶ Sextò † idem est in rescriptis: vt not.Archid.in.d.c.si quis. xvij.q.iiij. vnde sub illa clausula.& quidã alij etiã fœmina cõprehenditur: vt not. Spe.in titu.de rescrip.præsenta.§.fi.versi.sed quæritur vtrum. col.j.in fin.Imo.in.l.si ita scriptũ.de leg.ij.& Domini.in.d.c. generali. col. iij. versi.quarto casu.& no.in.c.significauit.de rescrip.vbi Abb.hoc tenet, quia rescriptum est modici præiudicij. de quo ibi latè insistit Andr. sicu.colum.iiij.

¶ Septimò † idem in sententia, in verbis Iudicis: vt not. Archid.in.d.c. si quis. xvij.q.iiij. Et illud dictum Alexand. extenditur etiam ad verba arbitri.in consi.j.col.vj.lib.v.

¶ Sed tamen de sententia dubitari potest, quia est stricti iuris: vt not. Innocen.in dicta l.si ita scriptum.de lega.ij.

¶ Et confirmatur, quia ex verbis sententiæ plus inferri nõ debet quàm ex his nõ inferatur.Bar.in l. Iulianus.col.iiij.ff.de condic.indeb.& Fulg. in consi.cxl.præsuppositis.in.ij.dubio.& dixi in consi.xliij.circa fin.Et

de hoc etiam not. Alexan. in. d. consi. j. col. vj.

¶ Octauò † quid in officijs? Bal. in. c. ad audientiam. el. j. 21
circa finem. versi. sanè. in officijs. de rescrip. tenet quòd non. vnde infert, quòd si quis in testamento dedit executores fratres suos, non intelligitur de sororibus: quia fœmina inualidum habet consilium.

¶ Et ex tali ratione videtur, quòd dictũ de officijs, procedat in materia differẽti: prout regulariter est in officijs, vt in hac. l. fœminæ.

¶ Nonò † specialiter dubitatur, an appellatiõe fratris, soror includatur de iure cõmuni? hoc clarũ videtur in dispositione legis: quia iura hoc expresse dicunt. l. tres fratres. ff. de pac. vbi gl. & in l. lucius. §. quæsitũ. de leg. iij. & in l. lucius. in princ. vbi. gl. ff. fami. ercis. & in l. luci⁹. §. meuia. el. ij. ff. ad Trebel. & not. Fulg. in consi. lxxj. mulier. 22

¶ Et hoc procedit etiã si verbũ fratres, ab homine proferatur: vt no. Ang. in. d. l. tres fratres. in. d. §. quæsitũ. & in d. §. meuia. & sequitur Alexã. in consi. viij. animaduersis. col. ij. lib. iiij. Et Pau. de cast. in. d. l. fratres. vbi ipse distinguit an proferatur in numero plurali vel singulari.

¶ Sed magna dubitatio est, an hoc habeat locum in statuto? Pet. de anch. in. c. j. de constitutio. quẽ refert Alexã. in d. consi. lxxxv. tenet, quod non in statuto odioso. & idẽ Pau. de castr. in consi. cccxl. hæreditas prædicta. quem refert Fran. de cur. in consi. ix. Et concludit Pau. de cast. in. d. consi. quod statutum excludens sororem à succesione fratris, non habet locum in succesione sororis. & idem tradit Benedi. Cap in consi. lxij. cum viso. circa fin. qui tenet quòd non: quia non propriè masculinum concipit fœmininum. Et quia sunt diuersa nomina frater & soror, & nõ est idẽ sicut est in filio et filia. Et hoc idẽ in casu substitutionis. nota. Fulgo. in consi. xxxiiij. domina Catherina: quia non propriè masculinum concipit fœmininum: ideo appellatione fratrum, non veniunt sorores. Et idem in statuto exhorbitante tenet Cor. Perusi. in consil. xciiij. circa princi. lib. ij. in princ.

A ¶ In contrariũ. Vide hip. de mar. in suis sing. xxxix. incip. capias vnũ de pane lucrando, vbi allegat plura consilia doctorum tenẽtium hanc partem. Hierony. Chuchalon.

¶ In contrarium [a] autem est decisio Bald. in consi. xlvij. A
factum

factum tale. in verbo dubitatur. lib.v. vbi inquit quòd in dispositione legis & testatoris, appellatione fratris, soror comprehenditur, Et idem dicit in statuto, si eadem ratio sit & idē tradit Alex. in consi.lxxxv. Animaduersis. col. ij. lib.iiij.s̄. alleg. & latè Fran. de cur. in cons.ix. Ticinensi statuto. & Ludo. bolo. in cons.lx. tota difficultas videtur in perscrutando an sit eadem ratio in sorore, quæ est in fratre. Nam vbi esset diuersa ratio, allegata. s̄. in contrarium procederent: & exemplū habetur per Alex. in cons. xv. viso testamento. lib iiij.

23 ¶ †Decimò notandū est, de quibusdam verbis specialiter. Nam appellatione coniunctorū,[a] vterq; sexus cōprehenditur, etiā de proprietate sermonis. Alex. in cons. xv. circa dubitationem. col. fi. lib. ij.

24 ¶ †Idem est appellatione propinquorū. Bald. in consil. cccxxxiiij. in. q. lib. iij. idē est appelatione proximorū: vt not. Ang. in consi. cclxxxix. viso facto. idē ex appellatione descendentiū: quia veniunt masculi & fœminæ. Alex. in cons. clx. viso themate. lib. ij.

25 ¶ †Idem est appellatione posterorū. Ant. de but in cons. ix. viso puncto. in primo dubio. cum similibus: vt. s̄. dixi. & tradidit Pet. de anch. in consi. cccxxxix. pro maiori intelligentia. col. iiij.

26 ¶ Et sub nomine auunculi, matertera nō comprehenditur. Cor. Peru. in cons. cclxxj. lib. iij.

27 ¶ †Vltimò econtrà fœmininū[b] nō concipit masculinū. l. si ita scriptum. de leg. ij. no. per glo. in. §. fi. qui da. tuto. testa. pos. in l. j. ff. de verb. sig. ideo ancillis legatis, masculi non continentur. l. seruis legatis. de leg. iij. Nam hoc esset contra naturam, quam ars quātum potest imitatur. vt dicit Card. in cle. j. in. ij. q. de sepul. in fi. & in clemen. j. iiij. q. de electi. Et ideo nomine Abbatissæ, Abbas non comprehenditur: vt per gloss. in clemen. ascendentes. de statu. mona.

¶ Et hoc intelligitur, nisi esset eadem ratio in masculo quæ est in fœmina: vt dicit Ant. de but. in. c. fi. char. ix. de consuetu. quem referunt & sequuntur Moder. in l. si quis

A ¶ Coniunctorum. Adde secundū Bart. in l. cùm quidā §. quod dicitur. nu. 1. quòd communis vsus loquendi, consanguineum appellat etiā quocūq; modo sanguine coniunctum. dicit tamen Bald. in l. fi. ad fi. de ver. sig. quod nomine consanguineorum, nō venit mater & auia. Pet. Cor.

B ¶ Fœminínū. Vide Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocā. & in consil. xlvj. 4. vo. et cōs. lxvj. Hier. Chucha.

id quod.ff.de iurifdi.omnium iudi.

¶ Sed hoc non videtur verum: quia tunc non esset differentia inter masculinum & fœmininum contra dicta l.si ita scriptum.

¶ Et contra illud dictum Anto. de but.allego tex.notabilem.in.c.quoniam.in prin.de simo.vbi pœna quæ mulieribus imponitur, non habet locum in masculis in quibus tamen erat eadem ratio. Et illum tex.ad hoc ponderauit Ioan.de ana. Sed illud quod dicit Ant.de but.posset habere locum, quando dictum fuisset de fœmina gratia maioris frequentiæ. Ex quo infertur ad quæstionem quam Albe.ponit in.j.parte statutorum.q.ciiij.incip.sed quid si statutum sit in villa, quòd quis non teneat capras sub pœna, an habeat locum in hyrcis? dicit fuisse determinatum Mutiæ quòd non.de conf. Alberti Papi.per regulam.d.l.si ita scriptum.quia fœmininum nō concipit masculinum.

¶ Dicit tamen Albe. quòd vidit contrarium obseruari propter identitatem rationis: & dici potest expressum fuisse de capris, propter maiorem frequentiam vt dixi. Et ad hoc facit glo.in l.j.C.de rap.virgi.

28 ¶ † Appellatione tamen personæ masculus continetur. vt not.Bald.[a] in l.quicunq;.col.iij.ver.idem si statutum diceret quæcunq; persona.C. de ser. fugit. Et idem dicit ibi nomine vniuersitatis per.l.metum.§.animaduertendum.ff.quod met.causa. Et idem dicit Bald. in.d.l. quicunq;.de nomine Aquilæ: quia masculus & fœmina comprehenditur. Et in hac.l.hæc satis sint.

A ¶ Bal. Adde eundem in l.omnes populi.de iusti.& iure.col.pe.& Barb.c.dilecti.de fo.cõpe.col.viij.& si vis videre latis.de plurib⁹ verbis puta filij app. an veniat filia & hirci appel.an veniat capra & verbum si quis si cõprehendat fœminã verbũ raptor & de similibus vide Barba.in cle.j.de ele. vbi multa dicit in col.xj.vsq; ad.xx. Hiero.Chuch.

Philippus Decius regius senator Delphi.

NOTABILIA.

1 Impuberes, quòd ab omnibus officijs ciuilibus remoti sint.
2 Impubes in iudicem eligi non potest, etiam si administratio differatur in tempus pubertatis.
3 Pupillis, quare à prædictis sit prohibitū? & de limitatione prædictorum.nu.4.& 7.
5 Iuramentum, quòd non sit de substantia feudi.
6 Pupillus, canonicatum habere potest, in ecclesia Cathedrali.

Pupil

¶ A Abstinere.huius insufficientiæ rationem, habes ex Aristotele Physico. vij. c.iij.sic.Cognitio enim est quies & rectitudo, ideo Pueri addiscere aut communicare in sensibus,sicut plurium annorum, non possunt. Nam conturbatio & motus ĩ pueris est multa: & ista conturbatio rectificatur & cessat: quædam à natura & quædã à disciplina & similibus.& li. iij.Topic. Nemo enim iuuenes eligit Duces eo quod cõstat nõ prudentes esse. Idẽ & Plato in.vij.de legi. vel de leg. lat.in hæc verba. Nam cùm prudentiæ fontem nondũ perfectum habeat Puer, insidiosissimus est acerrimusq; & petulãtissimus omnium bestiarum:ideo multis quasi frenis vinciendus est. Committet ne ijs ergo tutò Vlpianus,Rempublicã & munera ciuilia? Petrus Corue.

8 Pupillus non potest esse notarius,item nec testis.nu.9.
10 Pupillus maior factus, testificari potest de his quæ in minori ætate vidit.

ITEM *impuberes ab omnibus officijs ciuilibus, debent*
A *abstinere.* a

1 NOTA regulam † quòd impuberes ab omnibus officijs ciuilibus, remouentur. Et ideo non tenetur pater qui consentit filium infantem creari decurionẽ:quia creatio nõ valet.l.lucius.§.pro infante filio.vbi glo.ff.ad municip.Et idem est in officijs ecclesiasticis, quæ impuberibus non conferuntur.c.indecorum.de æta.& quali.c.super inordinata.de præben.

¶ Et ista regula generaliter procedit, adeò quòd etiam propter penuriam hominum,impubes non admittitur.l. ij.§.fi.ff.de iur.immu.

2 ¶ † Secũdò ampliatur † vt etiam iudex eligi non posit, ita quòd officium debeat exercere post pubertatem quia tempus electionis consideratur.vt not.Bart.in l.impuberem.in princip.s̃.de fal.vbi dicit quòd pupillus,notarius creari non potest hoc modo vt postea factus maior,officium exequatur. alleg.l. excusatur. in prin.s̃. de excusa. tut.& text.in.c.si eo tempore.de rescrip.in.vj.

¶ Sed hoc dictũ, dubitabile videtur:quia vt.j. dicã impubes potest habere officiũ & dignitatẽ sine administratione.Ergo nihil repugnare videtur, quominus constituatur notarius:conferendo exercitium post tempus pubertatis: quia tunc dum est impubes, nihil facit, iudicio intellectus impuberis: quia postea post pubertatem,exequitur officium secundum iudicium quod tunc habet. Secus esset, quando actus in effectu haberet fundamentum à iudicio pupilli, dum est pupillus. Gratia exempli. si minor. xiiij. annis faceret testamentum, conferendo eius testamentum post tempus pubertatis. Certè hoc non

non valeret : vt eſt bonus text.in l. ſi minor. ff. de ſer. expor. ibi: conſilio eius quaſi parum firmo reſiſtit. & facit tex.in l.j.§.fin.ff.commo.

¶Non obſt.iura allegata per Barto.quia habent locum, quando electio fit ſimpliciter. Secus quando facta eſt, cõferendo exercitiũ in tempus habile. de quo tamẽ videndum eſt quod dixi in.c.poſt ceſsionem.de proba.

¶†Tertiò,pupillus prohibetur hic,quia iudicio caret:vt 3
dixit text.in l.cum prætor.§.non autem. ff. de iudi.& in §.præterea.inſtit.quibus non eſt permiſ.face.teſta.& facit text.in l.j.§.impuberes verò.C.de fal.mone. Idcirco tertio ampliatur iſta regula, vt contrarium per viam diſpenſationis à principe conſtitui non poſsit. Quia ſuper defectu iudicij naturalis,diſpenſari non poteſt: vt not. Inno.in.c.ſciſcitatus.de reſcrip.Bal.in l.bonarum.C.qui admit.facit tex.in l.fi.C. de teſta. mili.cum ſimilibus:vt not.tradit ibi Alexan.Et videtur hoc procedere,niſi pupillus eſſet doli capax: quia cum eo videtur ꝙ princeps diſpenſare poſsit:vt no Ange.& ſequitur Alexan. in d.l. fin.per illum text.de teſta.mili.& ad hoc facit tex.in.d.l. de minore.in princ.ff.de quæſti. vbi in crimine læſæ maieſta. impubes habilitatur ad teſtimonium. & facit gloſſ. in.c.ſtatutum.in verſi.in canonicis.de reſcrip.in. vj.quæ dicit quòd papa ex certa ſcientia, poteſt cauſam pupillo cõmittere.Et de hoc tradit Abb.et Moderni in.c.cum vigeſimum.de offic.delega.

¶†Et prædicta regula nunc limitatur, vt procedat in 4
officijs & dignitatibus cum adminiſtratione. Secus eſſet in officio & dignitate ſimplici,[a] quæ non haberet admi- A
ſtrationem, ad quam etiam pupillus habilis videtur: vt no.Bal.poſt Odofr.in.d.l.fi.per illum text.de teſta.mili. Et idem Bald.per illũ tex in l. ſed & milites.§.iam autẽ. ff.de excu.tuto.vt not.Bart.in.l.j.col. x.verſi.ex prædictis patet. C. de de digni. lib. xij. vbi inquit quòd infans licet nihil intelligat, miles creari poteſt. Et hoc ſæpenumero faciunt Barones & Reges qui faciunt eorum filios paruulos milites:vt Albe.dicit in dicta l.fi. Et iſta ratione,etiam

B ¶Simplici. Vt ſunt quędã munera perſonalia quæ nec ſũt ſordida nec honoribus annexa: & in quibus non vertit promptũ periculũ ſecundum Guiliel. à Cuneo in tract. de mune. vol.tracta.j.in princi. nu.7.& 8. cum videant in aliquibus magis apti ꝙ ſeniores.ſecus in cæteris quæ alicuius ſunt momẽti. vt hîc. Pet. Corue.

ne, etiam infanti feudum concedi potest: quia magis habet naturam beneficij, quàm cõtractus. Et licet non possit iurare. l. iusiurandum. §. pupillo. ff. de iureiur. † iuramentum. non est de substantia feudi. ita Bald. dicit in. l. si quis seruo. C. cõmu. de manu. & facit tex. in l. quam tu beronis. §. pupillum. ff. de pecu. vbi pupillus potest habere peculium.

6 ¶ † Et eodem modo in ecclesiasticis, potest pupillus habere canonicatum in ecclesia cathedrali: licet vocem dare non possit. c. ex eo. de elect. in. vj. nota. in. c. fina. vbi glos. de iudi. in. vj.

¶ Et potest etiam pupillus habere præbendam in ecclesia.[a] vt no. Bal. in l. j. administrãtes. §. qui corporis. ff. de excu. tuto. & est tex. in. c. ex insinuatione. de simo. de quo Fede. trad. in cõsi. xlix. domine. Raynu. & in cõsi. cxxxij. Casus est talis: quædã est canonia. Et latè Abb. in. c. super inordinata. de præbẽ. Nã etiã pupillus põt habere ordines minores, in quibus sufficit septennium: vt per gloss. lxxvij. distin. in summa. & in clemen. fin. de æta. & quali. Ergo etiã poterit habere beneficia simplicia: vt. s̃. dictũ est. quia ille qui reputatur habilis in ordinibus, etiã in beneficijs debet habilis reputari. c. de his. vbi gl. xxviij. dist. in. c. accepimus. de æta. & quali.

A In ecclesia. Intellige cũ dispensatione & maximè in ecclesia cathedrali: & in eo qui non cõpleuerit xiiij. annũ, put tenet do. Petrus à Biaxio ĩ suo directorio electionum. tract. vol. 8. fo. 20. pagi. 2. ca. 16. primę partis. nu. 2. vbi dicit esse super hoc hodie decisionẽ ĩ regula cancellariæ. xvij. & decisi. Rotæ in deci. 323. incip. supposita ordinatione. Petr. Corue.

¶ † Secundò, regula procedit, nisi pupillus iure hæreditario dignitatem cum administratione consequeretur: vt patet in filio regis, qui mortuo patre succedit: vt not. in. c. grandi. de sup. neg. præla. & not. Bald. & Ange. in. d. l. fin. de testa. mili. & idem Ange. in. l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudi. Et tunc debet regi per tutorem. vt no. Oldr. in cõsi. lij. quæstio talis est. Io. and. in addi. Specu. in tit. de tut. in rub. cũ simili. vt tradit Alex. in. d. l. fin. & Abb. in. c. cum vigesimũ. col. ij. de offic. deleg. & Ioan. de ana. in rubr. de delic. pue. col. j.

¶ † Et per istam regulam infertur, ꝙ pupillus non potest esse notarius. vt not. Bal. in. d. l. impuberem. in princi. de fal. † Et eodem modo non potest esse testis. l. iij. §. lex Iulia. l. inuiti. in fin. ff. de testi. §. testes autem. instit. de testa.

testa. quia eius testimonium esset, sicut si cæcus testificaretur de coloribus. vt Bald. dicit in. l. testium. C. de testi. col. ij. ver. redeo ad primum.

¶ Et licet non opponatur, eius tamen dictum non valet: quia ipso iure est nullum: vt not. Ange. per illum text, in §. j. in authen. de testa.

¶ Et non videtur, ꝙ etiam in defectum aliorum, impuberes admittantur propter defectum iudicij naturalis. ex eo quod. suprà dictum est per l. ij. §. fin. ff. de iure immunita. licet secus esset in alijs testibus, qui ob alium defectum repelluntur.

¶ Et ista conclusio fallit, in crimine læsæ maiestatis in quo pupillus ad testimonium habilitatur. l. de minore. in princ. ff. de quæstio. Secundò fallit quo ad iudicium faciendum, si sit doli capax: vt nota. per glo. in. l. inuiti. l. ij. in fin. ff. de testi. & not. Bar. per glo. ibi, in l. fin. C. de his qui. vt indig. & in. l. ex libero. §. fin. ff. de quæstio. Non tamen facit iudicium plenum, sed aliquale. vt not. Barto. in l. maritus. suprà. de quæstio.

¶ †Tertiò & vltimò limitatur nisi sit maior factus: quia 10
testificari potest de his quæ vidit in pupillari ætate secundum gl. in l. iij. §. lex iulia. s̄. de testi. in l. notionẽ. §. instrumentorũ. de verb. sign. in. l. ad testiũ. in princ. ff. de testa. & in. § sed neq;. insti. de testa. & no. Spec. in titu. de testi. §. j. versi. sed nunquid. factus impubes. Et hoc est verum, in his quæ vidit, dum esset proximus pubertati: vt not. Bar. in. d. l. ad testium. in prin. & in. d. §. instrumẽtorum. & est cõmunis opinio. vt dicit Aret. in. d. l. ad testiũ. [a] & Ange. aret. in. §. testes. instit. de testa. A

¶ Sed tamen considerandum est: quia hoc non videtur verum. Nam ex quo eorũ dictum, refertur ad tempus pupillaris ætatis in quo non habebat iudicium, non videtur valere testimonium: quia factus pubes nõ deponit prout nunc, sed prout tunc: facit text. in. l. iij. §. fin. ff. commod. vbi factus maior, non obligatur pro commodato facto in ætate pupillari.

Philippus Decius Valentiæ.

A ¶ Ad testiũ. Hęc op. est etiã cõis de iure canonico, circa quam vide Feli. latè post alios. c. cũ nobis. de præscrip. iij. col. in causa tñ crimĩali reqrit, ꝙ sit ætatis. xx. annorũ: vt. l. in testimonium. suprà de testi. sed an vbi delictũ aliter nõ posset ꝓbari admittãtur impuberes. Alb. ꝙ sic. in. l. in testimoniũ. suprà de testi. ꝙ tñ nõ credo verũ p not. per Bal. ĩ. l. testiũ. C. de testib. ij. col. & per ea q̃ dicit hic dom. Phil. in ver. & per istã & maximè: quia in criminalib9 ꝓbatiões debẽt esse luce clariores. l. fin. C. de probat. & per text. in. d. l. in testimoniũ. qui non sine ministerio statuit ætatem. xx. annorum in causa criminali. Hiero. Chuc.

NOTABILIA.

1 Mulier quæ non est viri potēs, non dicitur nolle nubere, ex quo matrimonium contrahere non potest.
2 Religiosus, non habet velle nec nolle.
3 Silere propriè dicitur, qui potest & loqui.
4 Tutor bonorum possessionem agnoscit pro pupillo, & tamen eandem non repudiat.
5 Nolle & velle, quòd sint contraria.
6 Diuersa sunt, quòd aliquo casu cesset voluntas, & quòd reuocetur.

REGVLA III. VLPIANVS.

EIVS *est nolle, qui potest & uelle.*[a]

¶ ISTA regula vltra glo. melius exēplificari potest. ¶ Ex eo quod dicit tex. in. l. pater Seuerinam. in princ. ff. de condi. & demonst. & Barto. ibi ponit summarium huius legis. Et not. illum quòd illa † quæ non est viri potens non dicitur nolle nubere: ex quo matrimonium cō trahere nō potest. Et sic velle non potest. bene facit tex. in. l. quis sit fugitiuus. §. idem ait si seruus. ff. de edil. edic. vbi nolle dicitur ille, qui potest statim facere & non fecit ibi: cum posset noluit. Ad idem tex. in l. nolle adire. ff. de acquir. hæred. vbi non videtur nolle adire, qui non potest. Et ista ratione dicitur quòd † religiosus non habet velle nec nolle. c. si religiosus. de. elect. in. vj. & in. c. si religiosus. de testamen. in. vj. in. c. fi. de sepultu. eodem lib. not. in. c. non dicatis. xij. q. j. Et ideo non nocet nolle ei, qui velle non potest. vt not. Bald. per illum text. in. l. ab administratione. C. de leg. vbi post Iaco. butr. infert ad statutum quod imponit pœnam declinanti iurisdic. Potestatis: vt non habeat locum in clerico qui etiam si velit, non potest coram seculari litigare. c. si diligenti. de foro compet. & hoc latè prosequitur ibi Alexand. & per istum etiam vt suprà. & nolle etiam dicitur qui facit, quod non possit velle. vt no. Bald. in. c. intelligimus. col. ij. de iudic. per. l. j. C. de natur. liber. vbi etiam Bald. in vlti. not. idem dicit.

¶ Et per istū tex. dicit Abb. in cōsi. xxij. quidā Io. col. ij. lib. ij.

A ¶ Et velle. Ex eo fortè, quia in potentijs hoīm correlatiua sunt, nolle & velle liberæ alioqui volūtatis qualitates, secūdū naturam, ita tñ iure gent. cōstitutæ, vt similibus differētijs variēt, adeo vt nō ab re ī altero conuenire posſit, de violēto deffinitio Aristo. 3. ethico. capit. 2. vtpote eum esse cuius principium ab extra tale existit, ī quo agēs vel patiens nihil confert. & de voluntarijs & inuolūtarijs (licet diuersa ratio ī iure sit, cōmune tñ aliqd habere non negabitur) vide apud eundē plura cap. 1. 2. 3 et 7. eiusdē lib. Pet. Corue.

lib. ij. quòd † ille dicitur propriè ſilere, qui poteſt loqui: & deſiſtere dicitur, ille qui inchoauit. vt not. Calde. in conſi. xvj. de verb. ſig. facit tex. de pœni. diſt. ij. in fi. vbi dicitur quòd illud quod non eſt, deleri non poteſt. Et propriè excuſatur ille, qui acceptare poteſt. & qui non poteſt, dicitur impropriè excuſari. gloſſ. not. in l. j. §. initium. in ver. caſum. ff. de poſtu. & facit quod not. per glo. in. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. dum inquit, quòd non moritur ille, qui non vixit. alleg. xxxij. q. ij. in. c. quòd verò. & in. c. ſicut ex veſtrarum. de homic. cum ſi. vt per glo. in. d. c. ad diſſoluendum. & eſt regula generalis, quòd priuatio præſupponit habitum. l. decem. de verb. obliga. l. manumiſsiones. de iuſti. & iure. l. non videtur. ĵ. eo. vbi de hoc plenè videbimus.

¶ † Et regula iſtius. l. ſecundum gloſſ. & Barto. hîc fallit in tutore, qui 4
bonorum poſſeſsionem agnoſcere poteſt pro pupillo: & tamen illã repudiare non poteſt. l. tutor. ff. de bono. poſſeſ.

¶ Sed tamen videtur dicendũ, ꝙ imo iſta regula etiã in tutore habeat locum. nam ipſe non poteſt velle, cum habeat facultatem adeundi hæreditatem, vel agnoſcendi bonorum poſſeſsionem. Ergo etiam benè verificatur, vt dicatur nolle adire vel nolle cognoſcere. Sed non ſequitur quòd licet dicatur nolle adire vel nolle agnoſcere bonorum poſſeſsionem, quòd videatur repudiare: quia ex eo quod tutor dicat nolle agnoſcere, nolle adire, non infertur repudiatio. vt not. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. vbi declaratum fuit.

¶ Benè verũ eſt, quòd per illum tex. in dicta. l. tutor. limitatur regula. l. is poteſt. ſ. de acquir. hæred. vbi dicitur is poteſt repudiare, qui poteſt adire. Nam illa regula habet locum in eo qui iure ſuo & ex propria perſona, adire poteſt. Secus ſi ex perſona alterius: vt not. Bar. hîc. & ſequitur Alexan. in l. legatum. ff. de leg. j. in l. fi. C. de repud. bon. poſ. Et hoc etiam non videtur verum, quia imo regula. d. l. is poteſt. etiam habet locum in eo qui ex perſona alterius adire poteſt: vt probatur in l. is: qui hæres. §. fi. ſuprà de acqui. hæred. vbi in repudiando, voluntas patris & filij requiritur ſicut etiam in adeũdo neceſſaria eſt: vt etiam dixi in. d. l. ij. de repu. bono. poſſeſ. Et ideo. d. l. tutor. alium habet verum intellectum, quia procedit in eo qui ad vtilitatem alterius adire poteſt. Nam in præiudicium alterius, repudiare non poteſt. vt not. idem Bart. in. d. l. is poteſt. col. v. vbi alleg. gl. hîc: quæ hoc ſentire videtur, dum dicit in fi. quòd fallit in tutore, ratione officij.

¶ † Poſtremò ad declarationem verborũ regulæ. Notandum eſt, quòd nolle

nolle & velle contraria sunt. Et inter ista cõtraria, datur mediũ quod est non velle.[a] vt not. Bar. in l. iam dubitari. de hære. inst. facit quod no. in l. j. §. scientiam. ff. de tributo. Nam verbum nolle, denotat expressam resistentiam, non sic in verbo non velle, vnde dormiens bene dicitur non velle, sed non dicitur nolle. vt tradit Inno. Ioã. and. & doc. in c. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. cum simi. vt dixi ibi: & in l. qui se patris. post Alexand. ibi. C. vnde libe. Et adde Abb. qui videtur in c. finem litibus. de do. & contu. in ij. col.

¶ Et ad prædicta etiam facit, quia † aliud est, quòd in aliquo casu cesset volũtas, & aliud est ꝙ volũtas reuocetur[b] Gratia exempli. morte mandãtis expirat mandatum: & mandatum nõ extinguitur per mortẽ tanquam reuocatum sit à domino. Sed quia volũtas domini cessat. l. iiij. ff. loca. nã per mortem nõ dicitur volũtas reuocata, quia Reuocatio est, quando cõtraria volũtas ponitur: & talis reuocatio per mortẽ fieri nõ dicitur. ita notabiliter Bar. dicit in l. more maiorũ. col. fi. s̃. de iurisd. om. iudi. vbi per hoc infert ꝙ si aliquis causam delegauerit donec iusserit reuocandũ, quòd per mortẽ non videtur reuocare.[c] Allegat bonum tex. in c. si delegatus. de offi. deleg. in vj. & est cõmunis opinio quòd per mortem non dicatur actus reuocari: vt latè Alex. concludit, qui alios refert in l. centesimis. §. fi. de ver. oblig. & est dictũ Inn. in c. licet vndique. de offi. dele. refert & sequitur Ang. in l. & quia. s̃. de iuris. om. iud. Et sic ille cuius voluntas cessat, dicitur non velle. Et nolle dicitur, qui reuocationem facit.

Philippus Decius Valentiæ.

A ¶ Non velle. Adde Bald. in l. verbũ. C. de fideicõmissis.

B ¶ Reuocet. no. vnũ casum vnicum, in materia reuo. mandati ꝙ vbi subest causa reuocãdi mandatũ, reuocatur. l. si cũ Cornelius, ff. de sol. ibi nec causam habuisset. Hier. Chu.

C ¶ Reuocare. Hîc etiam dicit iudex qui posuit quendã ad confinia donec reuocauerit: an eo mortuo expirent cõfinia? de quo vide Bar. l. centesimis hîc allegat Bald. in l. in emptis vbi latè Sali. C. de contrahen. empt. latè per cañ. in. c. si gratiose de rescrip. lib. xj. Hiero. Chuch.

NOTABILIA.

1 Voluntas coacta etiam voluntas dicitur.
2 Filius vel seruus, delinquentes cum mandato patris vel domini quod excusentur.
3 Mandatum etiam alicuius. liberum hominem excusat, in his quæ modicum habent præiudicium.
4 Vicinus, quòd præsumatur scire facta vicini.
5 Qui mandato iudicis aliquid fecit, an excusetur?

REGVLA IIII. VLPIANVS.

VELLE *non creditur, qui obsequitur imperio patris, uel domini.*[a]

A Domini. Ad de secūdum Alciatū in l. quū te proponis. C. de transactio. idem esse in imperio legis quæ creditoribus satisfieri iubet. Per. Coruesi.

NOTA quòd non reputatur velle ille, qui actū facit ex iussu patris vel domini: licet enim precisè nō cogatur obedire: quia etiam iubente domino, seruus potest nolle adire. vt dicit tex. in l. cum proponas. C. de hæred. insti. Tamen obtemperando, actus ille non dicitur voluntarius, vt hic dicitur. Et secundum gloss. hoc intelligitur, quo ad hoc vt à pœna excusetur: aliâs secus: † quia etiam voluntas coacta, voluntas est. vt per glo. quæ alleg. l. si mulier. §. si metu. el. ij. suprà quod met. causa. & l. si patre cogente. suprà de ritu nuptia. Sed certè hoc modo ista regula multum restringitur, intelligendo illam respectu pœnæ de qua in tex. nihil dicitur. Et ideo generaliter, vt verba sonant intelligi potest: quia propriè & verè non dicitur velle, nec actus voluntarius videtur quando fit iussu patris vel domini. Quia ex voluntate fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiscitur. vt dicit text. xv. q. j. c. j. in. §. voluntatem. Et per obedientiam, propria voluntas mactatur, vt inquit tex. viij. quęst. j. in. c. sciendum. Et actus non dicitur voluntarius, quando fit ab eo qui poterat compelli vt not. Bald. per illum tex. in l. nouissimè. ff. quod fal. tuto. & tradit Ioan. and. in. c. pręterea. in ver. extorquentes. de iure patron. & in regula bona fides. in prin. de reg. iur. in. vj. cum si. vt dixi in. c. cū M. de consti. & facit tex. in l. rem legatam. infrà de adi. leg. vbi Alienatio dicitur voluntaria, quando non instante necessitate, sed à mera voluntate procedit. Et ideo ex prædictis benè infertur, quòd hæc regula absolutè procedat prout loquitur.

¶ Non obst. quòd voluntas coacta voluntas dicatur. vt in iuribus alleg. in gloss. & ad idem text. in l. si priuatus. in princi. suprà qui & à quib. & est tex. melior de iure. xv. q. j. in. c. merito. quia respondetur quòd voluntas est qualificata & non simpliciter, vnde nō propriè dicitur voluntas

tas ex quo non est simpliciter: sed secundum quid. argumento l. hoc legatum. & quod ibi Bart. de leg. iij. Et ad hoc est tex. ad literam in. c. maiores. in. §. item quæritur. de baptis. vbi dicitur quòd coactus dicitur velle, conditionaliter & non absolutè. & fa. tex. in. d. l. si priuatus. vbi primò dicitur, quòd coactus manumittere, voluntatē accommodauit. Et postea dicit tex. quòd non fuit volūtas manumittendi. Et sic simpliciter & absolutè eius qui cogitur, nō dicitur volūtas. Et in primo limitatur & declaratur illud quod dicitur, ꝙ voluntas coacta voluntas est. Et regula nostra intelligitur de volūtate simplici & propria.

¶ Secūdò quod dicitur quòd volūtas coacta volūtas est[a] habet locū in negotio ꝓprio. Sec⁹ est in negotio alteri⁹: vt not. Bal. dicit in rub. de cōtro. inuesti. in fi. p. l. j. in fi. ff. de auto. tu. et idē no. Bal. in l. ij. §. sed si qs. co. fi. C. cō. de leg.

¶ Sed considerandū est ꝙ imò etiam in gerente negotiū alterius: quia in tutore vel procuratore, volūtas coacta volūtas est: dum eligit potius hoc facere, quàm aliud malum pati. vt dicitur in. d. c. merito. xv. q. j. Nam ratio ista, quæ in facto proprio cōsideratur, etiam in alieno procedit. bene verū est, ꝙ compulsio non reddi actū nullū in facto ꝓprio: secus in tutore. & ita loquitur tex. in. d. l. j. in fi. Et hoc, idē est in pluribus alijs casibus. vt no. ibi per gl.

¶ Tertiò volūtas coacta voluntas dicitur: quādo violētia præcisè non infertur sed est conditionalis: puta nisi sic feceris, te interficiam. In eo enim quòd elegit ita facere, potius quàm mori, eius volūtas est vt declarat tex. in. d. c. meritò. v. q. ij. & in. d. c. maiores. & in. §. itē quæritur. de baptis. Secus quādo quis præcisè cogitur aliquid facere: quia tūc nullo modo cōsentire videtur: quia potius dicitur pati, quàm agere: vt dicit text. notabi. in. c. satis. quod met. causa. & idem habetur in. d. c. maiores.

¶ Quartò & vltimò licet coacta voluntas dicatur, nō tamen est volūtas spontanea. vt no. Abb. per illū tex. in. c. j. de reg. & est gl. no. xxxiij. q. v. in. c. notificasti. in verbo. licētia. & no. Abb. in. c. cū locū. de sponsa. in. c. Abb. quod met. cau. Et in hoc etiā considerandū est, quia si voluntas

A ¶ Voluntas est. Est verum cum ea qualitate tamen quòd interim sit violenta et coacta, & propter id à libera differat: nec aliam esse, nisi quatenus signa indicāt. vt dicit Alciat in l. post venditionem. C. de pac. pro quo alleg. Bar. in l. Titiū. §. altero de administra. tutor. Pet. Coruesi.

spōtanea accipiatur pro libera, hoc habet locū in qualibet volūtate simplici quæ ꝓpriè libera esse debet, per ea quæ superius dicta sunt. Si verò capiatur spōtanea voluntas pro voluntate eius qui spontè se offert: tūc spontanea volūtas à voluntate simplici distinguitur. Nam spontè fieri dicitur illud, quod fit proprio motu & non ad petitionem. vt not. dicit Pet. de ancha. in cle. præsenti. de censi. in. v. not. vbi expresè dicit quòd non dicitur spontè fieri illud, quod fit ad petitionem.

¶ † Vltimò notandum est, quod dicit glo. hîc per istum tex. quòd excusatur filius vel seruus, qui aliquid facit de mandato patris vel domini. Et hoc intelligitur in delictis leuibus, quæ non habent atrocitatem vt gloss. dicit per. l. ad ea. infrà eod. Et ad hoc est tex. in l. liberorum. §. excusantur. ff. de his qui no. infa. & in l. liber homo. la secūda. in prin. s̄. ad leg. aqui. & gl. ibi latè insistit. Secus est in grauibus delictis, in quibus nō excusatur filius vel seruus. dicta. l. ad ea. quæ à cōtrario sensu. & est tex. in l. seruus non in omnibus. suprà de actio. & oblig. & not. Barto. in l. seruus. ff. de noxa. in l. non solum. §. si mandato. colum. j. suprà. de iniur. & ibi in ver. idem puto. dicit quòd quælibet iniuria personalis, dicitur graue delictum quantum ad propositum: & licet in grauioribus (vt dictum est) non excusetur filius vel seruus ex iussu patris vel domini: pœna tamen mitigatur, vt est tex. not. in l. seruos. C. ad leg. iul. de vi pub. & Bald. & Sali. ibi ad hoc not. illum textum. Et eodem modo excusaretur etiam in atrocibus, quando seruus cogeretur à domino sub comminatione mortis, si illud non faceret. vt Barto. dicit in dicta. l. seruus. de noxali. Et hoc haberet locum in quolibet, qui tali modo per metum compelleretur. vt not. per docto. in l. vt vim. s̄. de iusti. & iur.

¶ † Et quod suprà dictum est de filio vel seruo, etiam habet locum in alijs hominibus sui iuris, quæ ex mandato alterius excusantur: saltem in his quæ sunt de genere permissorum. vt not. per glo. fi. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vendicatio. quæ dicit de laboratore, qui conductus, de mandato conductoris intrauit fundum alterius: quòd excusatur: & Bartol. Ange. & docto. illam sequuntur. & tradit not. Bald. in consilio ccccclxiij. statuto ciuitatis Papiæ. lib. iij. secundum nouam formam. & not. Albe. in l. si quis id quod. colum. penul. in versic. item facit. suprà de iurisd. om. iudi. & idem Albe. in l. prima. in princi. colum. prima. in fine. in ver. & bene facit ista litera. suprà de eo per quem factum est. & not. Barto. in dicta. l. non solum. §. si mandato. col. iij. in ver. sed quæro. Bal. in l. non ideò. colum. prima. ver. & nota quòd. l. nostra. C. de accusa.

& idem Sali.ibi in.j.q.& idem Bal.in auth.ingressi.col.ij. in versi.quod dico de medico.C.de sacrosan.eccle.& facit quod not. Bald.in.q.accusatus.de vi turbatiua col.antepen.versi.tertiò quæritur.

¶ Et prædicta conclusio limitatur non procedere,quando prædicto laboratori sit facta denuntiatio.vt dicunt Imo.&.Roma.in.l.de pupillo.§.nuntiationem.in versi.quis fortè.per glo.ibi in versi nullus.in fin.Et idem voluit Ange.in.d.§.tignum.in versi.quod intellige.dicens,quòd contra laborantes,non obstante protestatione eis facta,est præsumptio doli.& idem not.Ange.in authen.vt omnes obe.iud.in.iij.col.in versi. item ex hac lectura patet.& sequitur Alex.in consi. xxxvj.visis his quæ per dominos.lib.j.col.ij. & in consi. lxxix. visis his quæ egregie.lib.iij. Et ista videtur cõmunis opin.licet idem Alex.contradicat in.d.l. de pupillo.§ nuntiationẽ.col.iiij.vbi inquit,quòd laboratores propter talem protestationem,non debent desistere:quia illa denuntiatio extraiudicialis,non constituit illos in mala fide. alleg. text. in. l. penult. ff. pro empto.vbi emptor rei alienæ qui bona fide possidebat, non constituitur in mala fide ex eo quòd quis extraiudicialiter sibi denuntiauit rem esse suam.

¶ Sed responderi potest,quòd tex. in.d.l. penul.loquitur in eo qui erat in bona fide, causata ex titulo emptionis : merito illa bona fides , non alteratur ex simplici denuntiatione alterius. Non sic videtur in laboratoribus,quorum bona fides & credulitas erat solùm fundata in simplici dicto conductoris:ideo etiam ex simplici dicto alterius,alteratur. Cum nulla sit ratio quare magis vni,quàm alteri credatur. Et sic defenditur.ista limitatio quæ maximè haberet locũ: si protestatio facta fuisset re integra antequàm laboratotes intrarent fundum. argu.l. si fundum.& quòd ibi Bar.C. de rei vendi.& ex eo quod dixi,responderi potest ad doctrinam Bart.quæ facit pro opin.Alex.in l.quod te.col.penul. §.si cer.pet.in l.qui in alterius.de reg.iur.cũ simi.vt dixi ibi, quòd quis non tenetur credere denuntianti vel protestanti, in eo quod non pendet à facto proprio eius,cui fit protestatio: quia in facto alieno est probabilis ignorantia : nisi facta sit fides per instrumentum: nam hoc non videtur habere locũ in laboratore:quia(vt dixi)sicut fuit facilis ad credendũ conductori:ita etiam debet cõtradicenti credere & desistere.

¶ Secundò,glo.in.d.§.tignum. habet locum propter ignorãtiam probabilem in qua sunt laboratores.Secus ergo videtur,si ignorantia non esset ꝓbabilis:vt quia essent vicini,qui præsumũtnr habere notitiam †

quia vicinus præſumitur ſcire facta vicini.c. quoſdam.de præſump.& not.Bar. & docto. in l. j.ff. ſi cert.pet . Et in ſimili caſu ad propoſitum noſtrum,tradit Specu. in titu. de empt.& vendit.§.nunc dicendum eſt. in fin. & in terminis tradit Alexan.in conſi.xxxvj.lib.j.ſ.alleg. Et pari ratione, idem eſſet dicendum in alijs caſibus in quibus ſcientia præſumitur: vt quia eſſet fama in loco, propter quam ſcientia præſumitur:vt not.Bar.in.l.is poteſt. col. vj.de acquir. hæred.& in l. ſi cui.§.eiſdem. ff. de accuſa. cum ſimi.& tradit Alexã.in conſi.xxxvj. viſis his. col.ij. lib.j.& in conſi.clxxvj.in hac cauſa.col.iiij.li.ij.& in cõſ. clix.col.ij.eo. lib.ij. & ſecundum iſtam limitationẽ procedit tex.in l.ij.in fi.in verſi.ſi verò. ff. de termi.mor.de quo text.opponit Albe.& non ſoluit in l. ſi quis id quod. ff.de iuriſd.om.iudi.Nam loquitur ille tex.quando operarij,ſcienter hoc fecerũt.vt colligitur ibi in verſi. ſeq. ꝙ ſi per ignorantiam.vbi tex.aduerſatiuè loquitur,de ignorantia,ex quo datur intelligi quòd in.d.verſi.ſi verò.immediatè præcedenti loquitur quando ſcienter id factum fuit.& non placet ſol.Moder.in.d.§.nuntiationẽ.qui dicunt quòd in tex.d.l.ij.ſequitur quando laboratores conducebantur ad opus illicitum : quia ibi uon conſtat hoc: quia illa mutatio lapidum & terminorum de ſe, non videtur de genere prohibitorum. † Ad ſupradicta etiam eſſet videndum,an excuſetur ille qui mandato iudicis aliquid facit. Et regula eſt quòd ſic in reg . quod quis. de reg.iur.in.vj. & in l.non videtur. §. quod iuſſu.ĳ. eod.& quomodo hoc procedat & intelligatur,reſeruatur dicendum vbi melius cadet. Philip.Decius Valentiæ.

NOTABILIA.

1 Furioſus quòd nullum negotium poſsit contrahere,quia non intelligit quod agit.
2 Furioſus,etiam ad pias cauſas teſtari non poteſt.
3 Furioſum,etiam pro graui delicto non puniri.
4 Factum à furioſo,quòd videatur factum caſu.
5 Furioſum obligari ex cauſis quibus ignorans obligatur.
6 Filiam ſanæ mentis ſi non contradicat expreſsè, haberi pro conſentiente.
7 Pupillus, qualiter obligetur?

Reg

REGVLA V. PAVLVS.

IN NEGOTIIS *contrahendis, alia causa habita est furiosorum,*[a] *alia eorum qui fari possunt: quamuis actum rei, non intelligant. nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia negotia, tutore authore agere potest.*

PRIMO noto, † quòd furiosus nullum negotiũ contrahere potest: quia non intelligit quod agit. §. furiosus. instit. de inut. stipulat. & nulla est eius voluntas. l. furiosi. ÿ. eod. §. præterea. instit. qui. non est permis. face. testa. & in omnibus, & per omnia loco absentis & quiescentis habetur. l. ij. §. furiosus. s̃. de iure codic. l. j. §. adipiscuntur. s̃. de acquiren. posses. & in. l. vbi non voce. §. furiosus. ÿ. eod. in. l. ij. §. furiosus. s̃. de procuratoribus.

¶ Et ista conclusio procedit, etiam dato quòd actus per furiosum rectè factus fuisset, & prout prudenti conueniret: quia hoc videtur factum à casu ex quo mente caret: vt dicitur in. d. §. præterea. cum simil. s̃. alleg. Et hoc patet: quia † etiam ad pias causas, furiosus testari non potest: vt Bart. concludit in. l. j. in. j. q. C. de sacrosan. eccle. bene facit text. in. c. si de success. ab intesta. & in. c. sicut tenor. de reg. & hoc videtur verum, quando constat talem non esse sanæ mentis. aliâs verò ex dispositione quæ maturè & prudenter facta sit: ex quo hîc constat de furore, videtur quòd non præsumatur furiosus. Et hoc modo videtur procedere quod not. Ioan. and. in. c. si. de succes. ab intest. circa fin. vbi refert testamentum cuiusdam, qui dicebatur furiosus: ex eo quod rectè factum fuisset, Romæ in senatu approbatum fuisse. & recitat Bald. in. c. j. in princ. per quos fiat inuestit. Alexan. in l. furiosum. C. qui testa. face. poss. & facit quod not. Ange. in. d. l. furiosum. vbi inquit quòd in furioso qui dilucida habet interualla, ex qualitate actus præsumitur factum quando erat sanæ mentis cum simi. & tradit Alexand. in consi. cxij. matureque. colum. iiij. lib. j. & in consi. xxxvj. visis attestatio-

A ¶ Furiosorũ. Qui furiosi sint, & de eius speciebꝰ, vide plenè apud Budæum in annotat. in Pandec. in. l. ij. de edil. edic. in. ver. vel melãcholici. et per eundẽ etiã lib. eo. l. posteriore. de origine iur. quòd furẽtem hominẽ, aliâs indicabãt ex eo quod ad agnatos & gentiles ducendos dicebãt. Quòd verò similibus interdicta sint munera, & tractationes negotiorũ propter conturbationẽ spirituũ in anima: ita in scholis manifestum est, vt prolixioribus testimonijs iã nõ egeat. Pet. Corue.

A ¶ Delicto. Nota tamen, quòd si culpa sua sit factus furiosus & delinquit, nō excusatur. ita Card. in clemen. j. de homici. in. vj. pro delicto tamen commisso ante furorem, non potest puniri criminaliter. ita Bal. in. c. j. de eo qui fratrem suum occidit. & ista est communis opi. de qua vide latissimè per Iason. post Alexan. l. ex facto. de vulga. & pupilla. colum. x. versi. sed pulchrum dubium. & Bal. in. c. in literis. de rescript. & hoc procedit, etiam si ante furorem fuerit condemnatus: secundum docto. ibi. Si tamen constaret de simulatiōe, bene potest puniri, ita Bald. l. furiosum. qui testa. face. poss. C. in cautela. hinc vsus est quidam Iudex in patria mea quadam cautela: nam cū vellet mādare sententiam executioni contra quendam malefactorē, fuit oppositum ꝙ nō poterat propter superuenientem furorē: tunc ipse fecit ponere malefactorē in loco vbi erat sagittandus: & prӕcepit cuidā ex executoribus vt percuterer sagitta lignum, in quo malefactor erat. quo facto ipse alta voce petijt confessionem: & sic detecta fuit malitia malefactoris. Qualter autem probetur furor? vide Barba. c. cum dilectus. de successione ab intestato. ij. colum. Iason in l. furiosum. j. colum. quia quis non præsumitur furiosus. secundm Bald. per illam legem in fin. C. de hære. insti. ideo alleganti incumbit onus probandi: vt per Bal. in l. nec si codicillos. C. de codicil. & Card. clemen. j. suprà. alle. in. ij. q. & an probetur per testem non reddentem rationem dicti sui: vide Bald. in. l. solam. C. de testi. Pau. de castr. in d. l. furiosum. Hieronymus Chuchalon.

nibus. colum. penult. lib. ij.

3 ¶ † Secundò, prædicta conclusio (quæ videtur loqui in contractibus) ampliatur vt habeat etiam locum in delictis in quibus furiosus non punitur. l. sed & si quemcunque. §. secundo. ff. ad legem aquiliam. l. illud. §. sanè. s̃. de iniurijs. & etiam pro graui delicto: [a] puta pro homicidio: vt est tex. in l. diuus. suprà de offic. præsid. l. infans. suprà ad legem corne. de sica. in. l. penult. §. fin. suprà. de pari. Aliqualis tamen pœnitentia imponitur, si furiosus post delictum commissum, ad sanam mentem conuertatur. vt dicit text. xv. q. j. c. si quis insaniens. & hoc toleratur, ne disciplina ecclesiæ deseratur: vt dicitur in. c. excōmunicatorum. xxiij. q. v. vbi imponitur pœnitentia pro homicidio permisso, ne disciplina ecclesiæ deseratur. & in hoc tenet Luc. de penna. in. l. si apparitor. col. fi. de coarta. lib. xj. Sed hoc dictum non videtur verum: quia furiosus pro tali homicidio, non efficitur irregularis. text. in clem. j. de homici. ergo non videtur aliquo modo puniendus. & quia satis ipso furore punitur. d. l. diuus. & d. l. penul. §. fin. de pari. & quia ibi dicitur tale homicidium esse impunitum. † Et quia factum à furioso, videtur factum 4 à casu sine facto personæ: vt dicit text. in l. fin. in fin. ff. de admin. tuto. & gloss. hoc tenet in. d. c. si quis insaniens. in ver. propria. & ad illum text. in princi. responsio colligitur. Non obst. text. in. d. c. excōmunicatorum. quia ibi

potest

poteſt eſſe culpa, quæ non cadit in furioſo.

¶ † Et ad ſupradicta notandũ eſt, ꝙ furioſus [a] tñ obligatur ex cauſis, ex quib⁹ ignorãs obligatur: vt ꝓbatur in l. iij. §. & ſi furioſi. ꝟ. de neg. geſt. & no. per gl. hic, & tradit Bart. in. l. Iulianus. in. vij. col. ff. de condict. indebi.

¶ Et no. etiã caſum ſing. quẽ gl. hîc adducit, in quo furioſa filia, pro cõſentiẽte habetur. in l ij. §. voluntatẽ. ff. ſol. mat. vbi videtur ille tex. cõtra tex. in. l. quia certũ. ff. loc. vbi furioſus nõ põt haberi pro cõſentiente: quia expreſsè cõſentire nõ põt. doct. laborãt in ratione illius. §. voluntatẽ. in. d. l. ij. ſol. mat. Iaſ. ibi dicit ꝙ in. d. §. voluntatẽ. nõ fingitur cõſenſus aut voluntas: quia iſtud eſt impoſsibile in furioſo. d. l. qui ad certum. ſed ibi fingitur nõ contradictio: quia filia ibi furioſi, habetur ꝓ nõ cõtradicẽte.

¶ Sed certè hoc videtur contra illũ tex. qui expreſsè dicit cõſentire eã: quia meritò credat: ergo ibi ſingitur cõſenſus, & nullo modo dici põt ꝙ fingatur ibi non cõtradicere: quia in veritate nõ cõradicit filia furioſa. Cũ ergo habeamus veritatẽ, nõ eſt opus fictione: quia fictio cũ veritate nõ cõueniret. l. filio quẽ pater. ꝟ. de libe. & poſth.

¶ † Præterea in illo caſu, filia ſanæ mentis ſi non contradicit, habetur pro conſentiente, vt dicitur ibi: niſi euidenter contradicat, videri patri conſentire: ergo in illo caſu non videtur differentia an fingatur conſentire, vel fingatur non contradicere. Et ideo ſtat contrarium de. d. l. quia certum. quia in filia ſanæ mentis, taciturnitas habetur pro conſenſu, quia cõtradicere potuiſſet: ſecus videtur in furioſa. d. l. quia certum.

¶ Sed põt reſpõderi: vt dicit gl. hic, ꝙ ibi ſit caſus ſpecialis, & rõ ſpecialitatis videtur: quia actio erat cõmunis cũ filia, et quia nõ agitur de intereſſe filię: ex quo pater teneretur illã iterũ dotare ſi nõ haberet dotẽ: vt no. ꝑ gl. in l. ij. §. quod ſi in patris. in verbo dos eſt. ff. ſol. matri.

¶ Secundò principaliter, noto differentiã quã regula facit inter furioſum & pupillum qui fari põt: & idem habetur in. §. furioſus. & in. §. pupillus. inſti. de inut. ſtipu. Secus eſt in pupillo infante, qui furioſo ęquiparatur: vt à cõ

A ¶ Furioſus. Et an furioſus gaudeat oĩbus priuilegijs pupilli. Bald. in l. ij. C. qui admitti. & vnum nota, quòd licet furioſus nõ habeat cõſenſum in contractib⁹, habet tamẽ in quaſi contractibus. ita Bal. in ſua margarita in verbo furioſus. & in dubio ſi ſit furioſus per dilucida interualla, ſi faciat teſtamentũ vel contractum, præſumitur feciſſe tempore nõ dilucidi interualli. ita Bald. vbi ſuprà. Hieron. Chuchalon.

trario sensu colligitur hîc.& ad idẽ pro ista equiparatiõe est tex.in.d.§.pupillus.in l.j.§.adipiscimur.ff.de acquir. pos.in l.fulcinius.§.adeo.versi.ita autẽ.ff.ex qui.cau.in pos.ea.in l.pupillus.ff.de acq.hære.in l.vij.ff.de condi. furt.in l.quod infans.ff.de rei vend.in l.infans.ff.de sica. in l.inuitũ.de ser.vrb.præd.in.§.preterea.instit.qui.non est permis.face.testa.in l.quod pupillus.ff.de cond.inde. in l.pupillus.ff.de act.& obli.in.l.j. C.de fal.mone.limitatur in casu.l.infantis.C.qui admitti. vbi glo.facit differentiam inter infantem & furiosum,de quo ibi dixi.

¶ Et quod dictũ est de pupillo infante,idẽ est si infantiæ ꝓxim⁹ sit:vt dicitur in.d.§.pupillus.insti.de inuti.stip.& gl.ibi declarat quãdo dicatur proximus infantiæ vel pubertati:in verb.infantiæ proximus.& idẽ gl.in l.pupillũ. in.j.glo.ij.eo.no.Bar.in l.j.ff.de noua.col.ij.

¶ Et de hoc quomodo intelligatur & ꝓcedat,videbim⁹ in.d.l.pupillũ.ij.eo.vbi meli⁹ cadit:quia tex.ibi loquitur de pupillo proximo pubertati.Regula ergo ex differẽtia quæ traditur hîc, ꝓcedit in pupillo qui sit maior infante & ꝓximus pubertati:quo casu habet aliquẽ intellectũ:& actus in eo fundari põt. & suppleri cũ authoritate tutoris:vt hîc dicitur,& in.d.§.pupillus.de inuti.stipula.

¶ † Et qualiter pupillus obligetur.not.Bar.in.d.l.j.col. penul.ff.de noua.cuius dicta reassumit Ang.aret.in.d.§. pupillus.col.j.& videbimus in l.pupillus.ij.eod. 7

NOTABILIA.

1 Transferre quòd plus sit, quàm concedere.
2 Statutum de eo qui voluerit mulierem corrũpere, quòd cum effectu intelligatur vt illam corruperit.secundum Bart.
3 Voluntatem,à facto separatam esse.
4 Statutorum verba,propriè intelligi debere.
5 Verba quæ denotant actum & effectum, quòd pro voluntate simplici interdum accipiantur.
6 Ex facto,voluntatem declarari.
7 Actus facti qui se habet per modum agendi, est fortior quàm actus qui sola patientia consistat.

REGVLA VI. VLPIANVS.

NON *uult hæres esse* [a] *qui ad alium transferre uoluit hæreditatem.* A

A ¶ Esse. Posset et per Paulum (vt infrà in reg. 151. qui nõ facit quod facere debet) hoc ita intelligi: vt trãsferre volẽs in alium hæreditatem, hoc ipso facto declaret,aduersus id quod est hæredẽ esse, facere se:contrario enim actu eo nomine priuare se videntur, propter quòd paulò ante tales erant.nisi in eo fortè q cum conditione vt transferret acceperit, cuiusmodi ille est cuius fidei similia cõmitti solent. Pet.Corue.

ISTA

ISTA regula melius quàm gl. dicat exẽplificari poteſt, in caſu. l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus. s̃. de hæred. inſti. vbi heres inſtitutus ſub conditione ſi legitimus hæres hæreditatẽ vendicare nolit. Nam ſi legitimus conſentiat ꝙ hæreditas in hæredẽ inſtitutũ transferatur: apparet ꝙ nõ velit eſſe hæres vt hic dicitur. Qui enim rem in alterũ transfert, illã nolle ipſe habere dicitur: vt de donatiõe tex. dicit in l. ſenat⁹. §. j. ff. de do. cau. mor. vbi qui donat, illũ potius, quàm ſe habere mauult. Et qui rem habet pro derelicto, intelligitur voluiſſe in alium transferre, & à ſe omnino reijcere: vt inquit text. in l. j. in l. ſi id quod. §. fin. ff. pro dereli. in l. quod ſeruus. in princ. ff. de ſtipu. ſer. & in. §. hoc amplius. inſtit. de re. di. Et ideo hic bene dicitur, ꝙ non vult heres eſſe, qui ad alium voluit hæreditatem transferre: & verbum iſtud transferre: de
1 quo text. loqtur: intelligitur de totali abdicatiõe:† quia plus eſt transferre, quàm concedere: vt per glo. in. c. j. de cõmo. in. §. ſed quod princi. in verb. cõceſsi. inſti. de iure nat. & in. c. lex eſt. ij. diſt. quæ exponit tranſtulit, id eſt cõceſsit. Et ideo trauslatus de vna eccleſia in aliam, nihil retinet de prima. xxj. q. ij. c. ſi quis translatus. Et no. Bal. per illum text. in l. Vlpianus. ff. de excuſa. tuto. Et dum in text. dicitur, hîc voluit transferre. iſta verba dupliciter intelligi poſſunt.

¶ Primò, ſimpliciter pro nuda voluntate: vt quia declarauit voluntatem ſuam eſſe, ꝙ hæreditas in alium tranſferatur prout dictum eſt in figuratione caſus per illum tex. in dicta. l. ſi quis ita hæres.

¶ Secundò, illa verba, voluit transferre, intelligi poſſunt cum effectu, ita quòd re ipſa hæreditatem ipſe in alium tranſtulerit. Et ita videtur glo. hic intelligere.

¶ Et ſecundum iſtum intellectum hic probatur, quod voluit gloſſ. not. per illum textum in. l. fin. ff. de re. diui. quæ verba hic poſita, muros trãſcendere voluerit: inter-
2 pretatur & intelligit, ꝙ re ipſa tranſcẽderit muros.† Et Barto. ibi per illam gloſſ. infert in ſtatutum, quo cauetur
A quòd ſi quis voluerit [a] aliquam mulierem corrumpere, capite

A ¶ Voluerit. Iſtud dictũ ſequit Barb. in c. quia nõnulli. de reſcrip. colũ. xvij. & Feli. ſuo in tractatu quando conatus puniat. in. iiij. colũ. in princ. quẽ vide in iſta materia. & Soci. ĩ trac. fallen. in regu. xxxj. fol. viij. & Bertach. in ſuo repertorio. in verbo venatio.

capite puniatur. Nam intelligitur quòd cum effectu illam corruperit. Et ex hoc dicto Bart. infert Fran. de cre. in suo no. xlix. incip. defensaui semel, quòd stante statuto quod si quis voluerit aliquem venenare, capite puniatur: quod tale statutum non haberet locum in illo qui præparauerat venenum: si delictum non fuit consummatum: quia verbum illud voluerit. intelligitur de re ipsa quod fecerit. Et pro tali expositione etiam est gl. in l. j. in verbo voluerit. ff. de leg. ij. Et illam not. ibi Alex. in fi. post Pau. de cast. Et ad idem est glo. in l. fi. in prin. C. de condi. in ver. voluerit. quę exponit voluerit, id est elegerit. & in l. si constiterit. in ver. voluisse. ff. fini. reg. & in l. quod si ab initio. ff. si certum peta. & in. c. si diligenti. in verbo purgare. de fo. compe. & not. Bal. Ange. & Imo. in l. si quis Sempronium suprà de hære. insti.

¶ Sed tamen aduertendum est in prædictis, quæ doctores simpliciter sequuntur. Nam talis expositio est contra proprietatem verborum: † quia 3
voluntas ab ipso facto separata est. & distinguitur. cap. j. de eo qui mit. in posses. l. promissor stichi. §. cum constituto. suprà de constitu. pec. Et ideo exponere verbum voluerit pro ipso actu. est contra proprietatem verborum. benè fateor, quòd talis expositio tolerari potest, quandoque propter subiectam materiam: quia verba secundum subiectam materiã accipiuntur. l. si vno. in princip. vbi Barto. C. loc. etiam impropriando verba: vt Alexand. tradit in consil. v. puto de iure. lib. iiij. cum si. vt dicam in l. quoties. infrà eo. Et hoc modo procedit & intelligitur gl. in. d. l. fina. suprà de re. di. Nam illa expositio, ibi necessaria est quòd exponatur verbum illud transcendere voluerit. pro facto quod transcenderit: quia pęna de qua ibi agebatur, erat imposita pro ipso facto vt dicitur ibi in principio. l. si quis violauerit. Nam verbum illud violauerit, designat factum. vnde licet postea inferius in eadem. l. dicatur quod Remus occisus fuit ex eo quod muros transcẽdere voluerit, consonat quod verbum illud voluerit. pro facto accipiatur, secundum quod in prin. l. dicitur. Et ideo illatio quam facit Bart. ad statutum in. d. l. si non benè probatur in statuto: quia in statuto non concurrit illa ratio, ita interpretandi quæ in præalleg. l. fi. habetur.

¶ Et in contrarium est regula communis, † Quòd est statutorum ver- 4
ba, propriè intelliguntur. l. iij. §. hæc verba. vbi Bartol. ff. de neg. gest.

¶ Minus etiam satisfacit illa decisio Fran. de cre. quòd statutũ si quis voluerit venenare aliquem. nõ habeat locum in eo qui præparauit venenũ.

¶ Primò, quia militat ratio inducta cõtra Bar. quod in casu statuti, non subest

A ¶ Necessitas. Imo videtur quòd sic: quia statuta punientia delicta, intelliguntur de consummatis: iuxta doctrinam Bartol. & omnium in l.j. ad ad leg. corneliā. de sica. & statuta debent intelligi in casu vero & non in ficto. l. iij. & ibi Bart. §. haec verba. de neg. gest. & l. quicquid. de ver. obli. suprà & sic ista voluntas venenandi etiam si processit ad actum propinquū. dicitur ficta: vnde non potest puniri per statutum: quia requirit factū verū & cōsmumatum, prout in simili consuluit Bald. in consil. ccclvj. incip. statuto Placētiae. in. j. volu. vbi vult quod stante statuto Pla. quod quicūq; nix?[fuerit ad ulterium committere decapitetur: quòd si quis tentauerit

subest illa necessitas[a] recedendi à proprietate verborum prout erat in casu. d. l. fi. de rerum diui.

¶ Secundò, quia in casu in quo loquitur Fran. de Cremona ille non habuit simplicem voluntatem: sed deuenit ad actum: quia venenum praeparauit, & per eum non stetit, quia defectus fuit vt ipse dicit: quo casu statutum videtur voluisse talem poenam imponere propter atrocitatē delicti: quia peius est hominē veneno interficere, quàm gladio. l. j. C. de malefi. Et ad hoc benè facit deci. Bart. in l. j. ff. de pari. vbi in vlti. no. per illum textum dicit: quòd ille qui emit venenum vt daret alicui: licet non dederit:

& non potuit adimplere, quòd non sit decapitandus: sed quòd puniatur alia poena pecuniaria: per not. per Cy. & doct. in l. is qui cum telo. ad leg. cor. de sicca. Tertiò facit: quia per consuetudinem totius mundi, est derogatum omnibus legibus disponentibus conatum puniri. vt vult Spec. in titu. de accus. in. §. j. quem sequitur Bal. in consil. ccclxj. in. j. vol. incip. quidem rumor. & Alex. in consi. xv. in. j. vol. ij. col. Ang. & Moder. in l. j. §. haec autē verba. ff. quod quisq; iur. Feli. in tract. quando conatus puniat. in. iij. col. Ange. in tract. malefi. ver. & ex interuallo, pe. col. Bertachi. in suo reper. in ver. venenatio. vbi dicit se pluries iudicasse Romae. Barb. latissimè in consil. xxxiij. in. ij. vol. & haec est communis opi. prout ipse dicit: & sic videtur quod benè iudicauerit Fran. de Cre. exponendo venenauerit, id est re ipsa fecerit: & mors secuta sit. pro quo facit tex. cum glo. in. c. consulere. de simo. his tamē non obstantibus, credo opi. do. Philip. veram per ea quae ipse subtiliter dicit prout moris eius est, semper mittere falcem suam in materias subtiles nodosas et intricatas, & eas miro & subtili modo enucleare. Nam negari non potest quòd volūtas sit separata ab ipso facto. tex. c. j. hic per eum alleg. vbi glo. in ver. voluntatem. alleg. plures concor. quae voluntas in delinquendo retenta in animo etiam in atrocissimis delictis, non punitur. l. cogitationis. suprà de poenis. latè Cardi. in cle. j. de vsur. in. iij. q. sed vbi processum est ad actum exteriorem, efficitur punibilis: vt not. dicit Bald. in l. non ideo minus. C. de accu. vij. col. dicens, quòd etiam in atrocissimis, voluntas seu ordinatio ad delinquendum, non punitur nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum de praesenti ad ipsum factum: quo casu venit punienda: sic ergo in praesenti casu. Secundò vbi quis est impeditus impedimento facti: vt quia fuit detectus tunc venit puniendus conatus: vt volunt docto. maximè Cardi. in. d. c. j. de eo qui mit. in pos. Tertiò, statutum loquitur clarè & expressè puniendo ipsam voluntatē: ergo debemus sequi illud: quia lex vel statutum quantumcūq; durū & rigorosum sit, vbi clarè loquitur, est sequendum. l. prospexit. ff. qui & à qui. Quartò verba sta

punitur

tuti sunt intelligenda propriè vbi absonus intellectus nõ sequitur: vt in l.iij.§.hæc verba.& ibi Bar.ff.de neg.gest.ita in casu isto,cum clarè constet voluntatem statuentium velle punire ipsam voluntatem delinquendi propter atrocitatem delicti: vt in l.j.C.de malefi.vbi glo.& Sali.& Ioan.fab.& Ang.post.glo in.§.alia. insti. de pub.iu. Bal. in suo cõsil.clxiiij.in.iij.vol.vbi appellat istud delictum grauissimum: dicẽs, quòd cõmittens tale delictũ, proditor et homicida nũcupatur:ergo si est grauissimũ, quare non punietur eius conatus sicut in alijs, etiam hodie, vt in crimine læsæ maiestatis & in assasinamento: vt vult ipse Bald. et Ang.post gl. ibi in.d.§.hæc verba, & magis latè Ludo. bologni.in suo consil. viij. in iij. col.versi.in quo assasinamento. Quintò facit dictum cõs.Bal.ccclvj vbi vult quòd si ibi probatũ esset, quod ille qui tentauit cõmittere adulterium,fecisset quicquid potuerit, & per eum non steterit, quòd veniret puniendus: tamen quia ibi nõ perseuerauit,quia aufugit non venit puniendus.& ad cõtraria. suprà adducta respõdeo,quòd nos loquimur vbi statutũ clarè vult punire conatũ, quia tunc nõ potest dici casus fictus,imo verus,quia ipsa voluntas delinquendi verè est:nec etiam nõ consummatũ, quia satis est consummatũ illud quod punit statutum.nec etiã obst.cõmunis opi.quę habet,φ generali consuetudine est hodie derogatũ omnibus. ll. punićtibus conatũ,quia illa nõ extẽditur ad atrocissima delicta: vt suprà dictũ est.nec etiã ob.d.c. consulere:quia responde prout ad.l.fi.de rer. diui.est benè verũ, quòd in iudicando esset durum recedere a prima opi. quam sequuntur omnes. de qua vide consi.hic per do. Phi.alleg.maximè Barb.vnũ tamen dico quod si casus eueniret vbi esset in practica talis species delicti,prout est Romæ quòd iudicarem contra communem:& credo quod rectè. Hiero. Chuchalon.

punitur tamen ac si dedisset. Quod dicit notandum esse contra quosdã monachos qui voluerũt abbatẽ venenare.

¶ Et de hoc no. Ioan. de ana. in rub. de his qui fi.occi.& Bartho.Verõ.in consi.lxxxj. visa inquisitione.& est consilium vltimum. Et idem Bartho. Verõ. in consi.v. casus talis.& in simili casu de abortiuo tradit Andr.sicu.in consi.xxiij.sapientissimus dicit.lib.ij.col.penul.

¶ Eodem modo quantum ad casum huius.l. applaudet, quòd verba illa transferre voluerit. intelligantur cũ effectu propter subiectam materiam:vt.s. dictum est.

¶ †Sic etiam econtrà propter subiectam materiã, verba quæ denotant actũ & effectũ:pro volũtate simplici quandoq; accipiuntur.l. stipulatus sum dãmã. de verb. oblig. cum gl.in ver. dares. quæ exponit, id est dare velles.l.ij. in prin.ff.sol.mat.in ver.cogitur circa fi.dum dicit: stipulanti, id est stipulare volenti. & in l.illud.C. de sacr. san. eccle.in ver.fecerit.quæ exponit,id est facere voluerit.facit tex. in l.j.§.j.ff. de aqua plu.arcen.cum gl.in ver.noceat. quæ exponit, id est nocere possit. ad idem tex.in l. labeo.in prin.C.de sta.li. ibi.noceat, id est nocere possit, & in l.hæc actiones. ff. ad velleia. cum gloss. in ver.competunt,quæ exponit,id est competere possunt.cum simi.

vt in

vt in not.casu tradit And. sicu.in consi.xxj.præclarè dicitur.col.iij.lib. ij.& consi.lxxxj.præclarè & eleganter.col.ij.lib.iiij.

¶ Et retento supradicto intellectu,ad istũ text. quòd verba illa transferre voluit, intelligantur cum effectu, ita quòd realiter in alium hæreditatem transtulerit,colligitur & bene probatur hic,† quod ex facto voluntas declaratur. ad idem text. in l. Paulus respondet. ff. rem rat. hab.in l. si auia. C.de iure deliber.in l.reprehendenda. cum gloss. C.de institu.& substitu.vbi gloss.in ver. comprobasti.quæ alleg.bonum tex. in l.de quibus.suprà de legi.

¶ Et plus est aliquid facere facto,quàm verbo, vt dicit text. in.c.dilecti.el.ij.de appel.Et plus est facere,quàm pronuntiare: vt inquit text. in l.si tamen.§.ei qui.s̃.de ędili.edic.& potiora sunt facta ad declarandum voluntatem, quàm verba quæ sæpenumero contra intentionem proferuntur: vt Abb.dicit in consi.cxvij. illud de iure quæritur. libr.ij. col.ij.Notandum tamen est, quòd voluntas quæ ex facto colligitur, tacita videtur.Et ad qualitatẽ facti restringitur & limitatur: vt not.Bar. in l.j.§.si quis hoc interdicto.in fin.ff.de itin. actuq; priua. quod verò verbis sic expressum dicitur.& magis extenditur. glo. no. in.cle. sæpe. in ver.partibus.circa fin.de verb.signifi. de qua no. Pau.de castr. in l.si conuenerit.s̃. de iurisd.om.iud.& in consil.xxv. super primo.col.v.secundum formam primam. & Roma. in consi. cxxxiij. in proposito casu.Et ad idem facit glo.no.in.l.j.§.sed videndum.in ver.succedat.ĵ.de suc.edi.prout illam declarat Pau.de castr.in l.j.c.qui admit. de quo videndum est quod dixi ibi col.iij.

¶ Similiter notandum est, quòd licet facto, voluntas declaretur: vt.s̃. dictum est:† tamen actus facti qui se habet per modum agendi: est fortior & magis intentus ad demonstrandum voluntatem: quàm actus qui sola patientia consistat: vt not. Inno.tradit in.c.olim.el.iij.de resti. spolia.Anto.de butri .in.c. veniens.colum.ij.versi. restat videre. de fil. præsbyt.cum simi.vt Moderni congerunt.in.c.gratum.de offic.deleg. & dixi ibi col.pen.Sic etiã testis facilius probat facere, quàm pati.vt no. Bal.in l.data opera.col.xj.versi.octauo modo dicitur.C.qui accu.

¶ Vltimò considerandũ est,quòd regula ista videtur procedere quantum ad hæreditatem, de qua principaliter disponitur quòd in alium transferatur.Secus est in consequentia,quia transferendo in alium hæreditatem,videtur velle esse hæres per prius: quia aliter in alium translatio fieri non potuisset.l.si auia.vbi tex. C.de iure deli.

In glo

¶ In glo. vnica, quæ laborat ponendo exempla ad istum text. quæ non videtur conuenire. Nam in duobus primis exemplis, non potuisset pro se retinere ille qui in alium transtulerit hæreditatem: cuius contrarium videtur præsupponere text. hîc dum inquit, non vult hæres esse: quia non velle dicitur, qui potest & velle. l. eius. suprà eod. & vlterius in secundo exemplo, quando quis fuit grauatus restituere, ipse remanet hæres saltem nomine: & non fit totalis translatio: vt denotat verbum illud transferre. vt. s. dictum fuit in princi. Alia duo exempla posita in gloss. etiam non possunt bene adaptari: quia ibi hæreditas in alium transfertur propter expressam repudiationem & non ex eo simpliciter, quando quis hæreditatem in alium transtulerit: prout hic text. loquitur. & vltra gl. secundum Albe. hic exemplificari potest. tex. in casu. l. fuit quæstionis. s. de acqui. hære. & in l. Iulianus. in prin. s. si quis omis. cau. te. Sed etiam illa iura non videntur bene adaptari posse, ad istam regulam: quæ videtur loqui in casu licito, in quo quis possit licitè in alium hæreditatem transferre: vel illam habere apud se. sed in illis iuribus punitur transferendo hereditatem in alium: ideo exemplificari potest. vt dixi. s. in princ. legis.

Philippus Decius Valentiæ.

NOTABILIA.

1 **Testamentum actus est indiuiduus, ideo pro parte inualidum esse non potest.**
2 **Ius accrescendi, quare introductum fuerit?**
3 **Filius cui pater pupillariter substituit, quòd non possit pro parte intestatus decedere.**
4 **Dispositio testatoris, hanc regulam immutare non potest.**
5 **Hæres, quòd non possit hæreditatem pro parte recipere, & pro parte repudiare.**
6 **Fallit regula in milite, qui potest pro parte testatus & intestatus decedere.**
7 **Priuileg. cõcessum militi in testa. quando locum habeat?**
8 **Milites cœlestis militiæ, ꝙ nõ cõprehẽdantur priuil. prædic.**
9 **Qualitas adiũcta verbo, secundũ tempus verbi debet intelligi.**
10 **Authoritate statuti induci põt, vt qs ꝓ parte intest. decedat.**
11 **Quando quis alicui non potest partem bonorum relinquere, quòd pro illa parte intelligatur intestatus decedere.**

REG.

A ¶ Paganis. Adde quod paganus à pago dicitur vel villa quasi homo rusticus, vel villaticus vt per Zasium in tracta. substi. cap. v. & Pagani propriè militibus opponuntur, vt togati sagatis cinctisq;, Sunt autem propriè rustici, qui domi relinquebantur ad ruris culturam. Paganos autem ea ratione dictos cēset Alciatus. lib. j. cap. xiij. parerg. iuris. quia Christi non sint milites, si quidem in iure illos vocat paganos qui nō militant, sed in pagis & vicis munera sua subeunt. testatum verò & intestatum decedere ideo fortè Pōponius vetat, ne ꝓ authoritate statuētiū, aut æquitate iuris, ac⁹ similes imperfectos velle videnatur admittere: nisi ex priuilegio, vt hic. Petr. Cor.

REGVLA VII. POMPONIVS.

Ivs nostrum non patitur eundem in paganis [a] *& testato & intestato* [b] *decessisse: earumq́; rerum, naturaliter inter se pugna est, ut testatus & intestatus quis sit.*

ISTA REGVLA comprobatur, † quia testamentum est actus indiuiduus. Ideo pro parte valere non potest: vt not. Cyn. in l. furiosum. C. qui test. face. pos. & Bald. per illum tex. in l. si is qui legem. ff. de testa. & facit tex. in l. fideicommissa. §. j. quòd ibi Bart. de lega. iij. Et propter istam regulam † ius accrescendi introductum fuit: ne quis decedat pro parte testatus & pro parte intestatus. vt not. per glo. in l. si seruus cōmunis extero. ff. de acqui. hæred. & not. Bart. in l. j. §. his ita. versi. iij. habet. C. de cadu. tol. in l. re coniuncti. col. viij. ver. iiij. quæro. de leg. iij. & probatur in. §. non autem. insti. de hæred. insti. vbi tex. istam rationem adducit. & in l. si duobus. ff. de testa. mili. & de ista ratione videndum est, quod dixi in l. j. C. quando nō pet. par. vbi defendo prædictam rationem ab impugnatione Moder.

¶ Ista regula ampliatur tripliciter. Et quatuor modis limitatur.

¶ † Primò enim ampliatur, vt etiam habeat locū in pupillari substitutione, quam facit pater pro filio. vt no. Bal. in l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. vbi per illum tex. dicit, quòd sicut pater potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus: ita filius cui pater pupillariter substituit: quod dicitur esse notatu dignū: & hoc refert & sequitur Cor. Peru. in cōs. xxxvij. in casu isto. lib. v.

¶ † Secundò ampliatur, vt ista regula intantum procedat quòd dispositio testatoris in contrariū nō valet: quia nō

B ¶ Intestato. Circa istā regulam videas Soci. ī tra. fal. vbi ponit vigintiduas. fallentias in regu. cccc. felix. et inquantū dicit ꝙ ad pias causas pōt quis decedere ꝓ parte &c. vide Ias. l. i. C. de sa. san. eccl. co. iiij. vbi dicit ꝙ cōmunis opi. est ꝙ in testamentis ad pias cās nō sint sublatę solēnitates iuris ciuilis. Soci. tn̄ vbi suprà tenet cū Bar. Hie. Cha.

potest testator in institutione prohibere ius accrescendi ad istũ effectũ, vt pro parte decedat testatus & pro parte intestatus: vt no. Bar. in l. si duo. in prin. s. de hæred. insti. & in hoc doct. omnes conueniunt. arg. l. nemo potest. de lega. j. Sed inter doct. magna est discordia. An tali casu debeat testator in totum testatus vel in totum intestatus decedere: de quo videndum est in locis alleg. per Alex. in l. quoties. C. de hæred. insti. & in l. si quis priore. in fi. suprà ad treb.

¶ †Tertiò ampliatur, vt idem sit in hærede qui nõ potest hæreditatẽ pro parte accipere & pro parte recusare.[a] l. j. & ij. ff. de acquir. hæred. Et intantũ hoc procedit, quòd etiã filius hæres institutus, nõ põt legitimã retinere: & residuũ hęreditatis repudiare: vt tenet Cy. in l. hęres insti. C. de impu. vbi Bal. & Pau. de cast. sequuntur. & Bar. in l. quia poterat. s. ad trebel. cum simi. vt tradit ibi Alexan. & idem Alex. in consi. vlt. lib. v. Pet. de ancha. in consil. cccxij. ex sola vulgari. Areti. in consil. clx. longa est ista consultatio. col. ij.

A ¶Recusare. Simile in legatarijs, quibus cautum est vt non possint legati partem accipere & aliã repudiare vt tenet Anto. Fumei Parisien. in titu. de coniunctio. vol. tract. xij. fol. 256. co. ij. nume. 2. pro quo alleg. tex. in l. legatarius. ff. de lega. j. Petr. Coruesi.

¶ †Prædicta regula primò fallit, in milite qui potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus: vt colligitur ibi. in paganis: & est tex. in. §. nõ autem. insti. de testa. mili. & in l. si miles vnum. in l. si duobus. suprà de test. mili. Et nõ solum pro parte bonorum: sed etiam pro parte temporis, militi priuilegium conceditur: vt probatur in l. miles ita hæredem. suprà de testa. mili. Et ratio specialitatis, in milite videtur: quia vice duarum personarum fungitur. l. ij. §. fina. suprà ad macedo.

¶ Et regula ista de eadem persona loquitur. ibi eundem. vnde non mirum si regula non habet locum in milite. licet vice plurium personarum fungitur. Et ita dicunt Bal. Sali. & Moder. in. ij. no. in l. j. C. de testa. mili. Et ista ratione inferri videtur, quòd miles testari possit de bonis castrensibus tantum: & in paganicis remanebit intestatus vel ecõtrà: nõ autẽ videtur quod pro parte bonorũ paganicorũ testari possit. ita inferri videtur ex ratione prealle.

¶ Sed tamẽ hoc nõ est verũ: quia etiã de vna re, miles testari

ſtari poteſt & in omnibus alijs bonis inteſtatus decedere. l.ſi miles vnum ex fundo. ſ. de teſt.mil.l. cogi.§.ſed & ſi miles.ſ.ad trebel.Et ratio ſuperius alleg.nõ videtur vera:qa imo miles pro vna perſona cõſideratur, in tali priuilegio:vt colligitur in.d.§.nõ aũt.inſti.de hęre.inſti.vbi ponitur regula ꝙ idẽ nõ põt decedere ꝓ parte teſtatus & pro parte inteſtatus,niſi ſit miles.¶ Vt ergo exceptio facta de milite cõueniat miles ꝓ vna perſona reputatur.ex quo regula ibi facta eſt de eadẽ perſona.ibi neq; idẽ & dixi latius in.d.l.j.de teſt.mi.Non obeſt.l.ij.ſ.ad mace.qua ibi dicitur,quòd miles filiusfa.in caſtrẽſi pecu. reputatur ſui iuris:quia aliâs nõ poſſet teſtari.l.ſeniũ.C.qui teſt.fa.poſ.l.qui in poteſtate.ſ.de teſt.vnde in alijs militibus qui ſunt ſui iuris,illa ratio ceſſat.Eſt ergo dicendũ, quòd in militibus,ſpeciali priuilegio hoc concedatur vt poſsint etiam pro parte teſtari:& † tale priuilegium habet locũ, quando apparet de eorum voluntate,aliâs in dubio præſumitur quòd iure cõmuni vti velint.l. in teſtamento.C. de teſta.mili.cum ſi.vt dixi ibi in vlt.not. Et iſta limitatio de militibus,extenditur vt etiam habeat locum in pia cauſa:vt not.Barto.in l.j.C.de ſac.ſan. eccle. & ſequitur Alex.in conſi.cv.in fi.lib.iiij.Abb.in cõſi.xxxj.circa duo. col.ij.in.ij.lib. Et pari ratione idẽ videtur in teſtamento facto inter liberos.per ea quæ notan.in l.hac conſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſt.

¶ † Reſtringitur tamen iſta limitatio,in militibus armatæ [a] militiæ:prout iura.ſ.alle.loquuntur.Et non haberet locum in militibus cœleſtis militiæ:vt no.dicit Io. an. in rub.de pecu.cleri.in addi.Spe.in ver.Eſt autem ſciendũ. & ſequitur Are.in l.j.quam legit cũ.l.ij.col.iiij. verſ.adde etiam.ff.de acq.hære.Hoc tamen pẽdet ab his quæ tradunt Alex.& Moder.in l.centurio.ſuprà de vulg.& pup.

¶ Secũdò,regula limitatur procedere,à principio:vt verba regulæ etiã indicant ibi deceſsiſſe.& in.d.§.nõ autem. ibi nec enim ex parte inteſtatus decedere poteſt.Et ſic verba referũtur ad tẽpus mortis: quia † Qualitas adiuncta verbo,ſecundũ tempus verbi intelligitur.l.titius.vbi Bar.

A ¶ Armatæ. pro hoc facit glo.in.§.ſed hactenus. inſti. de mili. teſta.quæ vult quod nulla priuilegia cõpetant militibus nõ exiſtentibus in expeditiõe : niſi quod filiusfa. & ſurdus & mutus milites,poſsint teſtari, quæ gl. cõiter approbat ibi,de quo latè docto.in.l. cẽturio.hic all. Hiero.Chuch.

A ¶ Pro parte intestatus. De hoc vide latissime do. Pau. de cast. in l. nã et si §. filius. ff. inofficio. test. & in l. cum duobus. C. de inoffi. test.

ff. de test. mil. l. in delictis. §. si extrane⁹. de noxa. Secus verò est ex postfacto: quia nõ prohibetur quis ex postfacto decedere pro parte testatus & pro parte intestatus[a] vt probatur in l. circa. s̄. de inoffi. test. vbi Bar. & doc. hoc dicũt. & hoc sanè intelligitur, quãdo per sententiã iudicis post aditam hæreditatẽ, mediãte quærela rũpitur testamentum pro parte. d. l. circa. nã querela nõ intẽtatur nisi post aditã hæreditatẽ. l. filiũ. §. sed cũ exhæredatio. s̄. de contrata. Et sentẽtia iudicis strictè intelligitur: quia ex verbis sententiæ nõ infertur, nisi quatenus verba sentẽtiæ important de necessitate: vt no. Bar. in l. iulianus. col. iiij. s̄. de cõdi. inde. vbi alleg. l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & l. j. C. de ordi. iudi. & not. Fulg. in consi. cxl. præsuppositis. meritò ergo sentẽtia iudicis restringitur, vt pro parte rũpatur testamẽtũ: secus verò si testamentũ rũpatur pro parte ex dispositiõe l. & ante aditã hæreditatẽ: quia tũc etiã ex postfacto in totũ rũpitur: vt no. Bart. per illũ tex. in l. pe. ff. de iniust. rup. & Pau. de cast. ibi declarat.

¶ Tertiò, regula fallit si aliter disponatur à statuto: qa huic regulæ licet à testatore derogari nõ possit (vt. s̄. dictũ est) tamẽ † authoritate statuti, induci potest quòd quis possit decedere pro parte testatus & pro parte intestatus: vt not. Ang. & Imo. in l. moribus. in prin. per illum tex. ff. de vulg. & pup. & Alexan. ibi sequitur in. ij. notabili.

¶ Quartò & vltimò regula fallit, † quãdo quis alicui nõ potest totũ relinquere: sed tantũ partẽ: quia in alia parte erit intestatus: vt no. Bar. per illũ tex. in l. j. C. de secũ. nup. no. in l. si is qui. ff. de vul. & pup. vbi Alex. post alios in. ij. not. & ibi reprehẽdit gl. nostrã hîc, quæ tenet quòd totũ acquiratur: licet postmodũ auferatur sibi illud quod erat prohibitũ. & Bar. in. d. l. j. de secũ. nup. refert opi. gl. hîc & in. d. l. j. quæ idẽ tenet. Sed ipse dicit esse speciale in illo casu, vt quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus: sicut est in milite: quasi velit Bart. ꝙ propter dispositionẽ leg. & statuti, hoc fieri possit: vt. s̄. dictum est. Et certè hoc esset verũ, in terminis. d. l. j. de secũ. nup. Si cõstaret de mẽte. l. sed in illo casu nõ constat ꝙ imperator voluerit derogare huic regulæ. Nã simpliciter vbi dicitur ꝙ nõ potest vxor maritũ instituere, nisi in tertia parte. Et per hoc nõ infertur ꝙ in alijs partibus mulier intestata decedat: quia intelligitur ꝙ aliũ instituat in alijs partibus. Et casu quo nõ institueret, in totũ acquiritur iure accrescendi. Sed vltra tertiã partẽ restituere cogetur. arg. l. cog. §. is. q solidũ. s̄. ad treb. Et ita in effectu gl. hic saluari põt.

Natura

NOTABILIA.

1 Naturalia, immutabilia.
2 Pater cùm teneatur filium alere, inualidum fit statutum contrarium disponens.
3 Non valet pactum, per quod liberatur pater ne filium alat.
4 Iura ciuilia pro voluntate statuentium, mutari posse.
5 Legitima quæ filijs debetur, quòd per statutum non possit tolli.

REGVLA VIII. POMPONIVS.

IVRA *sanguinis a nullo iure ciuili dirimi possunt.*

¶ Hæc regula de plano procedit, capiendo iura sanguinis pro ipsa coniunctione sanguinis: quæ tolli non potest etiam pacto. l. ius agnationis. suprà de pactis. l. abdicatio. vbi gloss. C. de pa.po. † quia naturalia, immutabilia sunt. §. fin. institu. de iure naturali. bene facit text. in l.ij.ſ. de vsufru. ea. re. quæ vsu consu. vbi dicitur, quòd ratio naturalis authoritate iurisconsulti, mutari non potest. & ideo ista naturalis coniunctio sanguinis, etiam cadit in seruum: vt not. Bart. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. ius verò cognationis, quod à iure ciuili inducitur, bene tolli potest: vt per gloss. in. §. quod autem. in ver. cognationis. instit. de cap. di. & no. Bald. in l.j. § ius naturale. in fin. ff. de iusti. & iur. vbi inquit, quòd ista agnatio vel cognatio non potest tolli: sed ius agnationis, id est ius prouenie ns ab agnatione tolli potest. Et in not. casu tradit Roma. in consi. lxxxij. quo ad id quod quæritur. vbi concludit coniunctum sanguine, posse haberi pro extraneo ex forma statuti quo ad commoda ciuitatis. † Et cum pater iure naturali teneatur filium alere l.j. §. ius naturale. ſ. de iustit. & iur. per istum text. infert Albe. de ros. in. j. parte statutorum. in. q. xl. in versi. item quæro. quòd non valet statutum ꝙ pater non teneatur filium educare. & ad hoc alleg. Iaco. de are. in l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. & Galeotum in tract. de alimē. in versi. pone quæstionem. & alleg. etiam Specu. in titu. qui fil. sint legiti. col. iiij. versi. sed pone quidam emancipauit filium. † vbi tenet non valere pactum, quòd pater non teneatur alere filium cui dedit

A ¶ Sanguis. Quę ex vno & eodem semine naturał'r fiunt. velut ab vna radice multæ propagines & germina ꝓducũtur, vnita & eodē semper vegetāt sese exhibent modo ita ius sanguinis cũ eodē modo per naturam se habeat immutabile est & eādem vim vbiq; habet, sicut ignis, qui hîc et apud Medos vrit. Ita Arist. Ethic. v. c. xj. Ius alterũ naturale est, alterum legitimũ. Naturale qđ vbiq; eandē habet vim &c. hoc igitur, ius ciuilis ratio nō corrũpit. vt in stit. de legit. adgna. tut. in fi. et de capit. dimi. §. cum autem. Pet. Corue.

partem suam: si postmodum ad necessitatem peruenerit. & quòd non valeat pactum [a] nec statutum: tenet idem Alb. in l.j. §. ius naturale. col. fin. versi. sed quæro. ff. sed tamen cõtrariũ de iure videtur, saltẽ ex causa: quia licet educatio liberorum sit de iure naturali, quantum ad instinctum naturæ. d. l. j. §. ius naturale. & j. distin. in. c. ius naturale. tamen ille naturalis instinctus est reductus ad necessitatem à iure ciuili. l. si quis à liberis. in princip. ff. de lib. agno.

A ¶ Pactum. Vide Lud. bo log. i cõsi. xxj. in. ij. co. &. vij. vbi an valeat argu. de pacto ad statutũ. & adde quòd cõmunis opin. ca no. (à qua nullus discrepat) tenet ꝙ nõ valet cõsuetudo ꝙ pater non teneatur alere filiũ. ita Rochus Cu. in repet. c. quãto. de consue. co. xxxiiij. fo. xij. Hiero. Chuchalon.

¶ Vnde in pluribus casibus videmus, quòd alimẽta filio denegari possunt. puta si filius à seipso viuere potest. d. l. si quis à liberis. §. sed si filius. de libe. agno. Et ex pluribus causis, filius potest exhæredari. §. aliud quoque capitulum. in authent. vt cum de ap. co. Et pariter ex illis causis, alimenta denegari possunt: vt not. Bart. in. d. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. & in l. diuus. s̃. de pari. & in l. si patrẽ. C. de alen. libe. ergo pariter videtur, quòd ex causa filius à statuto poterit priuari iure alimentorum: quia tollitur solum illa necessitas à iure ciuili introducta: & remaneret ille instinctus naturalis: & tunc pater secundum illum naturalem instinctum qui tolli nõ potest, poterit alimenta ministrare: quia solum in effectũ, vt dictũ est, tollitur illa forma: & illa necessitas inducta à iure ciuili. Et ad hoc facit tex. in auth. ex cõplexu. C. de incest. nup. vbi pater, filio non tenetur præstare alimẽta. Ergo pariter ex causa, à statuto hoc induci põt: imò etiam sine causa videtur ꝙ fieri possit † quia iura ciuilia, pro voluntate statuẽtium mutari possunt. §. fi. insti. de iure natur.

B ¶ Petere. Vide Barba. in. c. quę in ecclesiarum. de cõstit. col. v. post mediũ. Hier. Chu.

¶ Non obst. alleg. s̃. in contrarium, quia possunt habere locũ, in pacto: prout loquitur Spec. in loco. s̃. alleg. secus videtur in statuto saltẽ causa subsistente per ea quæ. s̃. dixi. Et in pacto idẽ tenet Bal. ꝙ filius qui cõsumpsit partẽ suã, quã habuit à patre: possit petere [b] alimenta. Bal. idem tenet in. d. l. j. §. ius naturale, col. fi. in versi. quæro quid si filius. & in l. scimus. in prin. in ver. sextò quęro. s̃. de inof. test. arg. l. libertus qui operatur. s̃. de ope. lib. & idẽ Bald. in auth. si captiui. in fi. C de epis. & cle. cum sim. vt tradit

Alex.

A ¶ Contrarium tamen concludit & tenet. Vnum scire debes, ꝙ vsq; ad hæc tēpora nullus discrepauit in hac opi. videlicet ꝙ legitima posit minui præter Barba. in c. Raynutius. de test. qui tenet ꝙ nō pōt minui. in col. xlj. & in consi. xxiiij. in. j. vol. sed an posit in totū tolli. Dy. & Io. and. in reg. indultū. tenent ꝙ sic. idem Io. and. in addi. Spec. in tit. de succes. ab intest. hanc opi. tenēt oēs hîc alle. per dñm Philip. in ℣. contrariū tñ &c. hâc etiā Old. cōsi. cvij. incip. circa ius municipa. &c. Ang. ī cōsi. ccclxij. incip. post hoc scriptū. & in cōsi. ccclix. inci. presuppo. statu. & ī cōsi. ccc. inci. pūct⁹ talis est. in. j. colū. Roma. cōsi. cxxxiiij. incip. ꝓ declaratiōe primæ. in prin. Fede. in consi. xxj. in. iij. col. inci. nunquid hæres. Cald. in cōsi. xv. incip. an si statutū augeat. Et Cald. in cōsi. xxxij. sub ti. de testa. Cardi. in. d. c. Raynuti⁹. Lāfran. in repe. d. c. Raynuti⁹. in vj. col. vbi dicit hanc cōmunem legistarū. Ant. ī. l. planc. §. si duob⁹. de leg. j. Roma. in l. sequens gradus. ad fillan. Ange. in rep. c. pater filiū. de inof. testa. Bar. Imo. & Mod. in. l. titio. §. titio genero. de condi. & demon. Pau. in. l. planc. §. si duobus. de lega. j.

Alex. in l. si cum dotē. §. j. col. iij. ff. sol. matr. & dicit Bar. in. d. l. j. §. parens. in fi. non valere pactum, quòd filius alimentari non debeat. ff. de libe. agno.

¶ Et quod dictū est, videtur limitare Bal. in auth. quid si rogat⁹. col. ij. ver. & facit ad duas quæstiones. C. ad treb. nisi filius partē sibi datā à patre, perdidisset dolo vel lata eius culpa. & sequitur Alex. in. d. l. si cum dotem. §. j.

¶ Sed cōsiderandū est: quia aut dicim⁹ ꝙ nō valet pactū: quia fit cōtra ius naturale, vel cōtra officium paternū. Et ista ratio pariter militare videtur, dato ꝙ filius eius dolo vel lata culpa, portionē sibi datā ꝑdiderit. Aut dicim⁹ ꝙ valet pactū: quia ex causa factū videtur, ex quo ei⁹ partē recipit. Et indistinctè videtur pactū valere: quocunq; modo eius portionē ꝑdiderit: quia nō priuatur legitima ex quo illam habuit. Et hoc videtur de stricto iure: licet ex quadā miseratiōe, deberet pater illi ꝓuidere: sed ad hoc non cogitur: & sic tali casu, idē videtur in pacto, quod in statuto. Et hoc qñ specialiter sit dictū de alimentis: aliâs secus videtur. Quia in generali remissione nō vidētur remitti alimenta. d. l. libert⁹ qui operatur. & bene facit tex. in l. libertus. §. Posthumus. & quod ibi Bart. ff. de alimē. & ciba. leg. Et tali casu, quando non fuit expressum de alimentis, saluari potest opinio Bald. & doctorum in locis suprà allegatis.

¶ † Similiter per istum tex. arguit Dyn. in regula indultum. de re. iur. in. vj. quòd legitima quę filijs debetur, tolli non posit à statuto: quia secundum naturam debetur, §. cum itaque, in auth. de hære. & fal. ibi: secundum ipsam naturam eis debeatur. facit text. in l. scripto in fi. s. vnde libe. in. l. cum ratio. in princi. de bo. damna. Contrarium tamen concludit & tenet [a] Dyn. in dicta regula indultū

Fulg.d.l.papinia. §.vnde si quis.Ray.& Ioã. de bel.in auth. de hære.& fal.&.ibi Bar.Sali.in auth.nouissima.vj.col.xj.q.vbi dicit ꝙ cõmuniter tene opi.Dy.tamẽ cum modificatiõe videlicet ex causa.Pau.in cõsi.xvj.in.ij.col.in.ij.parte.Philip. Cor.in omnibus consi. hîc alleg.affirmat hanc communem Bar.in.l.de quibus.ff. de legib.in.iij.col.in prin. ¶ Contrariam tamen opi.videlicet ꝙ nõ in totum:tenẽt doct. hîc alle.p do.Phi.in ver. nonnulli tñ. & dños de rota in deci. ccccIxx. vj.sub ti de cõ sue fo.xcij.co. iij. in antiquis. inci.cõsue. vi_delicet &c.& magis latè in deci.xviij.in nouis.fo.v.col.iiij.inci. fuit dubitatum. Ias.in.l.qm̃ in prioribus.col.ij. in fin.& in auth. nouissima. col.pen C.de inoffi. testa.tenet hanc opi.& dicit hanc esse cõem opi. Barba.singulariter in cõsi.xxiiij. in.j.volu.& in.c.Raynutius.de testa.col.xij.&.xiij vbi alleg. Bald. & Ancha.in quibusdam recollectis.in.l.hac edictali.C.de secun.nupt. Card. Alexã.in.c.ius na/turale.j.dist.in.iij.col vbi reprobat dictum Abb.in.d.c.Raynutius. Ange. in.d.c. Raynutius.in.v.col.in medio.Bal.in auth.nũc autẽ.C. de episc.& cle.in & tracta. statutorum in verbo legitima.ver.viij.&. ix. & in sua margar.in verbo legitima. versi.iij.Bar.in consi.lxij.col.ij.Card.in consi.ij.vbi dicit ꝙ de iure cano.non va let tale statutum.& Bald in.l ij. §.ius naturale.de iusti. & iure.in finalibus verbis. Capra.in consi.lxxij.in.ij.col.Inno in.c.quæ in ecclesiarũ.de constitut.Feli.in c. ecclesia sanctæ Mariæ.de cõstit.col.iij.Soci.consi cl.in.j.parte.& in cõsi. cclxxv. incip.in causa fratris.in.ij.volu.& in consi. cclxxxviij ij.parte.Alexan.in consi. cxcvij.inc.viso tit.q.i.iiij.col.vbi dicit hãc verã opi.et cõem cano.Alb.de rosa.in ij.parte statu.q.ciij.&.ciiij.& in.l.qm̃ in priorib⁹.pe.& fi.col.Bal.tenet hanc opi. in pluribus locis,relatis vbi suprà in tract.statu.& sic vides ꝙ vtraq; opin.est cõis: tamen non recedas ab opin.cano.quia est magis æqua.quia vbi sunt duæ opin.cõ/munes contrariæ scilicet cano.& legistarum est tenenda opinio cano. de quo vide Lanfran.in repeti.c.qm̃ contra. in verbo testium. col.xj in fin.de probationibus. & vbi est decisio Rotæ, est maioris autho.quàm communis opi. docto.ita Barba. in.c.olim.de lite contesta.col.xij. post princi.est bene verum.ꝙ cum causa poterit in totum per statutum vel consuetudinem tolli legitima secundum magis commu nem opin.docto. quam refert Abb. in consi.lxxv.in fin.col. & Rochus curtius in tracta.de consue.col.lxxxiiij.fo.xxij. & dato ꝙ prima opin. legistarnm esset vera, cõmuniter tenent omnes ꝙ alimenta possent peti. de quo per Barba. vbi suprà.& Imo.in.§ titio genero.col.penul.& Abb.consi.lxiij.in.j volu.& per do.Rochum de curte.vbi suprà.qui dicit,ꝙ nullus discrepat: ꝙ non valet consuetudo ꝙ filij à parentibus non alantur: & sic per ista patet: an valeat statutum inclyte ciuitatis Valentiæ regni Hispaniæ disponens ꝙ pater possit filium exhæredare cum quinq; solidis monetæ ipsius regni: qui faciunt summam quartæ partis vnius aurei.Item etiam an meliorationes seu maioricatus sint liciti. de quo vide Moder. Hispa.in repetitio.ca.per vestras. de dona.inter virum & vxorem. fo.lxxxiij. versic.restat nunc examinare. Hieronymus Chuchalon.

quòd de rigore iuris(qui in isto casu præualet æquitati) statutum possit tollere legitimam quæ introducta fuit à iure ciuili:quod quidem ius ciuile imposuit illam necessi tatem relinquendi filijs.§.j. in authen. de trien.& semis. §.si quis autem.& in authen.de fal.Bene verum est,ꝙ lex

ciuilis

ciuilis ita statuit, naturali ratione suadente. & hoc modo iura alleg. in contrarium intelliguntur. & idem finaliter tenet Cyn. in l. scimus. in fin. C. de nupt. Oldra. in consi. cxxxv. factum est tale. & Alexan. in consi. lxxv. visis. col. ij. lib. j. refert Dyn. quòd legitima debetur de iur. ciuili, naturali tamen ratione. Et quòd legitima absolutè à statuto tolli possit: tenet Ang. in l. papinianus. §. quarta autem. col. fin. ff. de inoffi. testa. vbi dicit se pluries ita consuluisse. & patet in eius consi. xv. statuto cauetur. in consi. cccxlix. consultatio hæc. & idem Ange. in l. quod de bonis §. fi. ff. ad legem falci. & ibi Imo. dicit, quòd ista est communis opinio. & Alex. ibi post multas alleg. dicit quòd communiter ita tenetur saltem ex causa. Et idem Domini. in c. quamuis. col. pen. de pact. in. vj. Io. de ana. in consi. iiij. visis. Lapus in alleg. cj. in ciuitate Florentiæ. col. j. Rota in. xviij. deci. fuit dubitatum. in nouis. & Abb. in consi. lxv primò est videndum. col. fi. lib. j. And. sicu. in consi. lxxvij. col. vj. lib. iij. Et istam esse communẽ opi. etiã attestatur Cor. Perusi. in consi. cl. hanc quæstionem. in fin. lib. j. & consi. ccx. in hac consultatione. col. j. penul. lib. & in consi. cvij. in hac consultatione. lib. ij. in princi. & in consi. cv. in hac cõsultatione. lib. iij. & in consi. cxxiij. licet breue sit. eo. lib. iij. col. in fi. & in cõsi. j. col. iij. lib. iiij. vbi pluribus medijs tollit æquiparationem, quæ fit de alimentis ad legitimam.

¶ Et ista conclusio præsertim habet locum in legitima [a] quæ debetur matri vel patri. vt not. Ange. in. d. consi. cv. Bal. in l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure. Roma. in consi. xxxij. visa. col. fin. Benedic. capra. in consi. xv. pro pleniori. & in consi. clj. subscripsi.

¶ Nonnulli tamen tenent contrarium: quòd non possit tolli in totum, sed minui. Et vltra antiquos quos refert Dyn. in dicta regula indultum. hoc tenet Bald. in consi. xlvij. in quæstione lib. j. & in consi. cxxxj. circa prædicta. libro. ij. Fulgo. in consi. xcv. quidam. Raphael cuma. in consi. lxx. quidam Serpetius. colum. j. Andre. sicu. in consi. xxiiij. colum. iij. & fin. lib. j. Alexan. in consi. lv.

A ¶ Legitima. Roma. consi. xxxij. inci. visa municipali. fin. col. vbi dicit quòd nullus tenet contrariũ: et Abb. consi. lxxv. incipien. quidam decessit &c. Hiero. Chuch.

viso titulo.col.fin.lib.ij.& Maria.in consi.xxx. quamuis ex his.& Soci.in consi.cl.in prin. vera & magis cõmunis opinio est,quòd possit tolli etiam in totum saltem ex causa,per supradicta.

NOTABILIA.

1 Testator præsumitur minus grauare hæredem in legatis,quàm fieri possit.
2 Regula in obscuris,quòd locum habeat in vltimis voluntatibus & legatis.
3 In legatis ad pias causas,magis fauetur religioni.Secus si esset factum clericis vel personis ecclesiasticis.
4 In contractibus,in alternatiuis,electio est debitoris.
5 In delictis,in dubio minor pœna imponitur.
6 Quid vbi agitur de pœna corporali vel pecuniaria?
7 Quid de excommunicatione?
8 Dicere quòd excommunicatio non sit pœna,absurdum est.
9 Excommunicatio minor,quòd nõ soleat ab homine proferri.
10 In iudicijs,in dubio,interpretationem fieri in fauorem actoris.
11 Obscurum,quando dicatur aliquid esse.

REGVLA IX. VLPIANVS.

SEMPER *in obscuris*[a] *quod minimum est sequimur.*

EADEM REGVLA habetur eod.titu.in.vj.in.c.obscuris.& gl.ibi exemplificat in.c.ex parte.de censi.Sed nõ bene,quia tex.ibi rationem specialem adducit. & in terminis illius.c.si legatum factum fuisset ecclesiæ deberet maius.l.titia.§.seia.& ibi Bart.ff.de aur.& arg.lega.vnde exemplificari potest.l.in nummis.de leg.iij.quam gl. hic adducit.& in l.apud iulia.§.seio.de leg.j.in l.qui concubinam.§.cum ita.de le.iij.cum si.vt tradit Dyn.in.d.regu. in obscuris.

¶Et ista regula habet locum,in subsidium:quia prius inspicitur quod actum est.

¶Secundò quod verisimilius est.

¶Tertiò quod fieri solet.l.semper.j.eod.l.in obscuris.j.eo.& no.per gl.in.d.reg.in obscuris.Et huius regulæ rationem,adducit gl.in.d.reg.in obscuris.eo.tit.in.vj.quia in eo quod plus est,continetur minus. Sed ista ratio bene procederet in quantitatibus,nõ autẽ in speciebus.l. inter stipu

A ¶ Obscurũ dicitur difficile,& quod statim intelligi nõ põt.Vnde obscuritas, id est cuius sententia latet & summa iuris equitas in his versatᵗ: vbi quod minus habeat incõmodi sequendum statuitur item & quod est verisimilius,& quod plerunq; fit vt Pau.infra in R. cxiij.in obscuris quasi conueniant naturæ, ista magis:quã quæ illis sunt ex opposito vt infrà in Regu. clxvj.Fauorabiliores. vbi à filíi cẽset Caius magis reis,quã actoribus fauẽdum esse.& idẽ infrà in R. lvj. Semper in dubijs.Idẽ & Põponius ĩ R. xx. quoties dubia est infrà eo. & Vlpia.cxcix.in reg.quoties. Petr. Corues.

ſtipulantem.§.ſi ſtipulante.ff. de ver. oblib.vnde melior ratio videtur: † quia in legatis teſtamẽtis videtur minus grauare hæredem quàm fieri poſsit.l.vnum ex familia.§.ſi rem. de leg.ij.in contractibus verò, ratio videtur per reg.l.veteribus.ff.de pac. & in delictis ratio colligitur per l.ſi præſes.ff.de pœnis.

¶ † Habet ergo locum regula:primò in legatis:& in vltimis voluntatibus.vt probatur in.d.l. nummis.de leg.iij.in.d.l.apud iulia.§.ſeio. in.l. ſi ita ſcriptum ſit.in fi.de lega.j.in l.ſi ita relictum fuerit.in prin.de leg. ij.in l.qui concubina.§.cum ita.de lega.iij.

¶ Et tali caſu, regula procedit vbi eſt incertitudo in rebus. Secus eſt in perſonis:quia tũc electio datur hæredi.l.ſi quis ſeruum.§. ſi inter duos. de leg.ij.Et no.per Dyn.in reg.in obſcuris.eo.ti.in.vj.vbi dicit quòd in per ſonis,minimum apparere non poteſt.

¶ Secundò regula limitatur, niſi propria ſignificatio vocabuli aliud importaret.vt no.Bar.per illum tex.in l.ſi is qui ducenta.in princip.ſuprà de reb. du.

¶ Tertiò regula intelligitur, quando illud minimum habet in ſe vtilitatem.aliâs ſecus:vt per gl.in l.legato generaliter.de leg.j.vbi Alex.in.iij. col.in ver.item dicit glo.

¶ Quartò regula intelligitur, quando non apparet quòd electio data fuerit legatario : aliâs ſecus.vt not.Bart. in.d.l.legato generaliter.circa fi.in verſi. prædicta omnia.de lega.iij.

¶ Quintò fallit, quando qualitas legati:vel legatarij aliud ſuaderet.l. ſi cui.de ali.& ciba.leg.l.ſtichus.de leg.iij.quia legatum obſcurum, ex affectione cuiuſq; capit interpretationẽ: vt dixit tex. in l. capienda.§. quod factum eſt.ĩ.eo.facit tex.in l.aurelius.§. titius teſtamẽto.& quod ibi Barto.ſuprà de libe.lega.

¶ † Sextò & vltimò fallit in legato relicto ad pias cauſas:[a] qa nõ de minori,ſed maiori fauore religioſis intelligitur.l.titia.§.ſeia.ff.de au.& ar. lega.vbi Bar.ita limitat iſtã regulã & illũ tex.pro ſingulari.alleg.Rom. in ſing.cccccxv.quæro ſi lego eccleſiæ.& no.do.Abb.in.c.indicãte.de teſt.col.ij.verſi.vnum tamen ſingu.Et tradit And.ſicu.in conſi.lix.illud in medium col.xj.lib.ij.

¶ Limitatur tamen ille tex. procedere,in legato eccleſiæ prout loquitur.

¶ Secus ſi eſſet legatum factum clericis vel perſonis eccleſiaſticis.vt not.Abb. dicit per illum text. in.c.ex parte.de

A ¶ Cauſas. Idẽ ſoci.in tra. fallẽtiarum.in re.cccx.in.xlj. priuilegio piæ cauſę.Hie.chu.

te.de censi.per rationem quæ in text.ibi assignatur.Sed certè cum tex. ibi loquatur in voto, consonat quòd votum factum fuerit de dando ecclesiæ:& clerici ibi videntur pro ecclesia recipere. vnde ille tex.indistinctè prout loquitur, videtur procedere secundũ istam reg.quæ etiam videtur habere locum in relicto facto ecclesiæ.

¶ Non obst.tex.in.d.l.titia.§.seia. quia non videtur probare illud, ad quod per Bart.& doct. omnes allegatur. Nam ibi erat factum legatum templo,in quo nõ erant nisi dona aurea & argentea: meritò secundum qualitatem loci,legatũ intelligitur. Et dum ibi dicitur: quòd de argento debeat legatum fieri:bene probatur regula quòd in dubio legatum sit: quod minus est.Ex quo fit ibi de argento,non de auro.Et ideo Roma.in not.s̃.alle.cccccxv. bene dicit quòd legatum factum ecclesiæ de calice,intelligitur de argẽto vel auro: quia de alia materia calices ecclesiæ non conficiuntur.c.vt calix.de consec.distinc.j. Et sic propter qualitatem loci,videtur fieri illa interpretatio.

¶ Aliâs ergo in legatũ factum etiam ecclesiæ regula ista haberet locũ: vt probatur in.d.c.ex parte.Et hoc modo saluatur gl.in.d.reg.in obscuris.eo.tit.in.vj.quæ exemplificat reg.per illum tex.in. d.c. ex parte.Et ad hoc facit, quod not. Rom. in sing. lix. quidam Ro. vbi inquit quòd si quis legauit ecclesiæ vtilitatem palatij sui,quòd videtur legare solum vsum & non proprietatem. alleg. text.cum gloss. in.l.si habitatio. §.j. ff.de vsu & habi.

¶ †Secundò regula etiam habet locum in contractibus.l.inter stipulantem.§.si stipulante.l.si stipulatus fuero decem. de verb.oblig.l.si fideiussor.la secunda.s̃.manda.l. si quid venditor.in fin.s̃. de edil. edic.Et facit regula, quòd in contractibus in alternatiuis, electio est debitoris. l.plerunque.in fin.ff.de iure dot.Et ad propositum facit glo. notabi.in l.fin.s̃.de præto.stipul.quæ dicit, quòd iudices semper sequuntur quod minus est. Et ideo in mandato obscuro, attenditur illud quòd minus præiudicaret:vt no.Bal.in l.falsus.col.penul.C.de falsis.& in dubio nõ videtur,quod transferatur dominium.vt not.Bar.in l.cum pater §.pater pluribus.de lega.ij.& no. Alex.post Bal. quem ibi refert in l. si pascẽda.C.de pact.Et talis regula in contractibus procedit:quando illud minimum non sit inutile. Aliâs debetur mediocre. l. si quis argentum.§. similique modo.C.de dona.declarando vt per Dyn.in regula in obscuris. eodem titu.in.vj. 4

¶ Secundò,regula fallit in dote: vt no.per glo.in princ.in.l.nuptura.ff. de iure

de iure do.quæ alle.l. in ambiguis.eo.ti. Nam illa regula.in ambiguis, quæ loquitur in dote: est magis specialis: & videtur derogare huic regulæ generali: vt regula generi per speciem de regu.iur.in.vj.

¶ Tertiò fallit, quando illud quod obscurum est, declarari debet arbitrio iudicis: quia tunc non recurritur ad minimum: vt not. Abb. in.c.j. de deci. vbi limita istam regulam: & ad hoc bene facit text. in l. cum post.§.gener. ꝟ. de iure dot.& quod suprà dictum fuit in legatis. per l. is cui.de alimen.& ciba.lega.

¶ Quartò fallit in casu.l.veteribus.ꝟ.de pac. vt per glo.hic. & Dyn.in dicta reg.in obscuris. Et de intellectu dictæ.l.veteribus. vidēdum erit in locis.j.allegandis.

¶ Quintò fallit ratione subiectæ materiæ: quia in dubio videtur dominium transferri.l.j. in versi.si tamen.ff. pro dote.l. si ita distrahatur.§. j.de contrahen.empt.& not.Bart.in.l. dotis.ff. de iure dot. & in l.cum pater.§.pater pluribus.de lega.ij.

¶ Tertiò regula† etiam procedit in delictis: vt not.per glo.hîc: quia in dubio minor pœna imponitur. l. si præses. &. l. interpretatione. ꝟ. de pœn.& de pœnit. distin.j.in.c.pœnæ. in l. pactū.§.in pœnalibus.j. eo. facit tex.cum glo. in l. hæ enim causæ.ꝟ.de suspect.tuto.in l.absentem. ff.de pœn. Et not.Bal.in. l. diuortio. in princ.ij. versi. & facit ad quæstionem. ff. solu. matr. & in l.quoties.§. si quis ita. in versi. facit etiam hoc ad quæstionem.ꝟ.de hæred.instit. & tradit Alexan. in consi. cxvj. in causa inquisitionis. lib.iij. Et ad idem facit: quia condemnatus pœna capitali (cum sint plures causæ capitales) de minori intelligitur: vt not. Abb. post glo. & alios in c.quanto.col.iiij. versi.iij.quæro.de iureiur. cum simi.vt tradit Alexan.in consi.cum statuto loquens. lib.j. Et condemnatus ad restitutionem rei furtiuæ in dubio videtur condemnatus condictione furtiua quæ non infamat. vt in not.q.trac.Io. de ana.in.c. qualiter & quando.§.ad corrigendos.col.iij.de accu.vbi dicit se ita consuluisse Venetijs.facit gloss.in.l.si quis id quod. in ver.quingentorum. quæ dicit quòd aliâs in text. est quinquaginta. Et ita approbatur: quia est minor pœna secundum Cyn.Albe.Bal.& alios ibi, & Fulg.in consi. cxxxviij.hoc maximè.

¶ Et prædicta conclusio limitatur primò: nisi ex qualitate facti aliud colligatur: vt patet in l.j.C.ad legem corneliam de sica.in.l.si non conuitij.C. de iniur.in.c.j.de præsumpt.& latius per Dyn. in dicta regula in obscuris.

Secundò

¶ Secundò fallit in casu.l.item mela.§. si plures.ff.ad legem aquil. de cuius intellectu vide Ioan. de ana.in.c.significasti.el.ij. de homi.in.iij. notabili. Et Pet.de ancha. in consi.ccxvj.nos Bartholomæus.cum simili. vt tradunt Modeni in dicto. c. significasti. Et adde Roma.in consi. ccccj.eo præsuppolito. Alexan.in consi. xv. viso processu.lib.j.& in consi. quinquagesimo.visis.col.ij. eo.lib.j. & in consi.xlvj.copiosè.lib.iiij.

¶ Tertiò prædicta conclusio limitatur, non habere locum: quatenus verborum proprietas videtur requirere: quia lata interpretatio fit, vt verborum proprietas seruetur etiam in pœnalibus. l. cum lege. ſ. de de test. vbi Aret. not. illum text. ad hoc. & facit quod not. Cald.in consi.j.de consang.& affini. vbi inquit ꝙ materia dispensationis, quæ strictè debet interpretari.c.j.de fil.præsby. tamẽ latè secundũ proprietatẽ verborum interpretatur.

6 ¶ † Quartò & vltimò cõclusio supradicta procedit in de-
7 lictis: vbi agitur de pœna corporali vel pecuniaria.† Secus est in excõmunicatione, in qua in dubio fit interpretatio de maiori excõmunicatione. c.pe.de sent. excõ. quia excõmunicatio non dicitur pœna, sed medicina ad correctionem.c. de sent. excõ.in.vj.vt not.Abb.in.d.c.penul. & in.c.j.de postula.præla.

8 ¶ Sed ista responsio non videtur vera: quia† absurdũ est dicere ꝙ excõicatio nõ sit pœna. quia cõtrariũ probatur in.c.quoniam frequenter.§.fin. vt lit.non conte.& nulla maior pœna est in ecclesia: vt dicit text. in.c. corripiantur.xxiiij.q.iij.Obstare tamen videtur tex.in d.c.penul. vbi contra naturam pœnæ, fit lata interpretatio. Et in hoc valde laborant docto. Imo. in.c. j. de loca. Ioan.de ana.in.c.j. de sagittarijs. Moderni in.c. penul.in.c. dilecte.de except.

A ¶ Sed non bene resoluunt. Vnde dicendum est, [a] quòd text.in.d.c.penul.loquitur in iudice: qui protulit sententiam excommunicationis. Nam de maiori intelligitur: †
9 quia ab homine, minor excommunicatio proferri non solet: & verba intelliguntur secũdum communem vsum loquen

A ¶ Dicẽdum est. Aliam tibi assigno rationem, quam dat Ancha.in.c.statuimus. de sen. excõ. lib.vj.in ver.ij.not.nam excõicatio nõ proferẽ nisi ꝓ mortali. c. nemo. xj. q. iij. mortale de ꝑ se operatur remotionẽ à sacramentis, vt minor excõicatio.c. sacerdotes.j. q. j. ergo vt aliqnid addat excõicatio debet intelligi de maiori.vt.l. j.in ñ.ff. ad municipales. alias rationes ponit Fi.in. d.c.pen. de sentẽ. excõ. quem vide vbi sentit istam: licet non ita declaret. Hiero. Chucha.

loquendi cap. quanquàm.ij. q.vij.l. labeo.ff. de supel. leg. & in delictis quomodo regula procedit, dicendum est vt latius per Dyn. in d. regu. in obscuris.

10 ¶ †Vltimò regula non habet locum in iudicijs: vt gloss. hîc dicit: quia in dubio fieri debet interpretatio in fauorem actoris.l. si quis intentione ambigua.suprà de iudi.l.inter stipulantem.§.si stichum.de verb.obligatio.& not.Barto.in l.rerum amotarum.in fi.ff.re.amo.Et not.Inno. in cap. licet causam.in fin. de probat. quem Bald. refert in l. ordinarij. C.de rei vendi. col. penulti. & idem Innocen. in.c.examinata.de iudi. in fi.Abb.in consil.lxxvij.in.q.in fi.lib.ij.Alexan.consi.lxvij.viso themate.col.penul.lib.ij.Et prædicta conclusio etiam habet locum,in iudicio criminali: vt Alexand. concludit reprobando Roma. in l. diuortio. in princip.col.iij.ff.solu. mat. & ita tenet Barto. in l.libellorum.col.fin.in prin.versi.quæro aliquis percussit.limitatur tamen tex.in.d.l.si quis intentione.vt Bald. ibi dicit in secũdo notabili. & tradit Alexan.in consi. lv.quoniam causa.col.fi.lib.v.

¶ †Et ad declarationem regulæ: vt.l.veteribus.ff.de pactis.quãdo aliquid dicatur esse obscurum: tradit Alex.in consi.xj. viso col. fi.lib.ij. & ibi dicit quòd verba generalia,non dicuntur obscura.de quo not.in l.si fideiussor.la.ij.ff.mandati.

¶ Et an sit differentia inter verbum obscurum & ambiguum: dixi in.c. fi. de constitutio.

¶ Et de præallegata.l.veteribus.not.Imo.in consil.xxj.in casu præmisso.Ioan.de ana.in consil.xcviij.visis.in fi.Aret.in consi.liiij.in causa magistri Blasij.in fi.& in consil.lxxxiiij.diligenter.col.fi.Oldrad.in consil. xcv.ex forma.col.ij. Philippus Decius Valentiæ.

NOTABILIA.

1 **Pactum de lucro in contractu societatis, quòd etiam de damno intelligatur.**
2 **Contrariorum, eandem disciplinam esse.**
3 **In oppositis si diminutio non minuit, ita nec augmentum augere debet.**
4 **Argumentum ab oppositis quòd non valeat quia non est par ratio.**
5 **Statuto disponente quòd fratri non succedat soror, non intelligitur econtrà.**
6 **Quot testes requiruntur in confectione testamenti, totidẽ vult & eius reuocatio.**

REGVLA X. PAVLVS.

A ¶Potest ex aequalitate sui contrarij huius edicti aequitas & ratio de facili aestimari: vt quoties istud ipsum secundum naturam erit, alterũ praeter naturam & iniquũ: qd enim esset in eo iusti, vt sola comoda vnus ex cõmuni negocio, alius verò incõmoda reportaret? confirmatur praeterea & ex regula canon. qui sentit onus eod. tit. in vj. Pet. Corue.

SECVNDVM NATVRAM est[a], *commoda cuiusque rei eum sequi quem sequuntur incommoda.*

EADEM REGVLA habetur in.c.qui sentit.eo.tit.li. vj.& probatur in l.j. in prin.s̃. de instito.§. cum autem. insti. de emp. & vendi.l.j.§.pro secundo.C.de cadu.tol. cum simi. allegat in gl.alia exempla:& similia traduntur per glo.in.d.regula qui sentit.Et adde text. in l. is qui in potestate.in.§.si.ff.de leg.praestan.vbi dicitur absurdum esse,alium habere commoda: & alium onera sustinere.& vbi periculum est,ibi lucrũ debet collocari.l.fin.§.pe.C. de fur.glo.per illum tex.in.l.si is qui.§.j.s̃.commod. Et ideo † pactum factum de lucro in cõtractu societatis,etiã de damno intelligitur.§.illud.insti.de socie.Iniquissimũ enim est genus societatis,in qua vnus damnum & non lucrum haberet.l. si non fuerint.§.fi.ff. pro socio. Et ideo commodum ab onere regulatur:vt in no.quaestio.tradũt Bald.Ang.& docto.per glo.ibi in l.planè.§.si duobus.de leg.j.vbi Alex. refert col.j. facit tex.in l.seio.in princi.& quod ibi Bar.ff.de annu.lega.in l.nesennius.§.fi.s̃.de excusa.tut.& in l. quoties. s̃. ad treb. Et ad praedicta facit, quod not.Bart.in l.qua poterat.in fin.s̃.ad treb. vbi ponit quaestionẽ de socio, qui suo periculo voluit ire Venetias contra voluntatem socij:nam de lucro quod fecit nihil debet habere socius:qui noluit periculum subire cũ si. vt tradit ibi Alex.col.j.& sequitur Ang.are.in.§.illud.insti.de socie.& Roma.consi.cccccIxxv. & per istam regulam. & Bald. dicit in l.j.§. pro secundo. in fi.C.de cadu. tol.quòd aut vasallus dimittat feudũ,aut praestet seruitiũ. ¶ Et praedicta regula procedit, data habilitate personae. Sed quandoq; propter inhabilitatem personae quis commodum consequitur:licet onus & incommodum non patiatur:vt patet in muliere & minore:qui ad haereditatem agnatorum admittuntur:& tamen tutelam eorum subire non tenẽtur.l.j.§.interdum.ff.de leg.tut.in.§,fi. insti.de legi.pat.tute.

¶ Secundò

¶ Secundò regula non habet locum, in dote in qua mulier quandoq; habet lucrum & onus non patitur: vt not. Bart. in l. si cõstante. in prin. col. penul. in. v. q. iij. q. princip.

¶ Tertiò ista regula habet locum, quando est eadẽ ratio: vt quis ad commodum & incõmodum admittatur: secus vbi esset diuersa ratio: vt no. Barto. hîc & patet in iuribus alle. in glo. videlicet in l. si negotia absentis. ¯s. de neg. gest. in l. si quis. §. j. ¯s. cõmuni diui. in l. sed & socius. §. si absenti. ff. pro socio. in quibus iuribus, propter culpã eius qui cogitur damnum subire & à lucro repellitur: vt not. Ange. per gloss. fi. ibi in l. fi. C. ad Tertul.

¶ Et secundum istam limitationem, duæ limitationes supradictæ videntur procedere: ita omnia supradicta in ista limitatione includi possunt. & ratio Bar. in. d. l. si constante. non fundatur in fauore dotis: sed quia eadem ratio videtur. Et ad hoc facit quod inferius dicam.

¶ Per istum tex. cũ similibus. ¯s. & in gl. alle. infert gl. hîc illud vulgatũ, † quòd contrariorum eadem est disciplina. & idem not. per glo. in rub. C. de acqui. pos. in. c. quanto. de censi. in gl. fi. & in l. sciendum. §. fi. ¯s. qui satisda. cog. in l. Pomponius. §. j. in ver. esse. ff. de procura.

5 rum: † ſecus ſi facta ſit in fraudē legis: quia illa eſt nulla: vt not. Bart. per illum text. in. l. ſi libertus. ſ. de iure pa. & Bal. in. l. j. in. j. oppo. de ope. lib. quia vbi agitur de annullatione actus, durius agitur cum lege, quàm cum homine: vt per Bar. in. d. l. ij. libertus. & in. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi.

A ¶ Nulla. Vide Bal. & doc. in. l. j. C. plus vale. quod agi. vbi dicit ꝙ ſimulatio vitiat iuramētū, trāſactionē, ſententiā & laudū. & quotuplex ſit, vide Bal. in. l. cū precib⁹. C. de probat. latè Cepolā ī trac. de ſimu. cōtractuū. & qual'r probetur: vide Bal. vbi ſuprà. Barto. l. pacta. C. de pact. & Bal. ī. l. multū. j. co. C. ſi quis altc. Hie. Chu-

¶ Poſtremò ad declarationem iſtius legis dicit Bal. allegando iſtum tex. in. l. cū precibus. C. de proba. ꝙ hîc agitur de ſimulatione in qua nihil agitur. Et hoc exēplificari poteſt in eo qui nullo modo velit vendere: ſed propter

timorem tyranni vel criminis commiſsi, facit venditionem ſimulatam: vt dicit Pau. de caſt. in conſil. cxiij. viſo puncto ſupraſcripto. col.ij. & ibi proſequitur plures ſpecies ſimulationis: de quibus no. Bald. in. d. cum precibus. Bart. in conſil. lxv. Petrus nicolæ. col. ij. ver. circa primũ. in l. j. C. plus v. l. quod agitur. in l. lucius. la ſecunda. ff. depoſi. & nouiſsimè Soci. ſcribit in conſil. cclxviij. viſis. col. iij. verſi. circa ſecundam quæſtionem.

¶ † Et cùm ſint plures ſpecies ſimulationis, ille qui dicit contractum ſimulatum, debet exprimere & ſpecificare ſpeciem ſimulationis: vt not. Bart. in. d. conſi. lxv. col. iij. Bald. in l. ab anaſtaſio. in fi. C. manda. Pau. de caſt. in l. iuriſgentium. §. dolo malo. ſ. de pac. Alex. in conſi. cxj. viſo ſuperiore themate. col. j. lib. iij. in conſi. xxxviij. In cauſa. col. iiij. lib. v. Pet. de ancha. in conſi. ccxxvij. Ad corroboratione. col. j. Et iſta addenda ſunt ad ea quæ tradit Bar. verõ. in tra. ſimulationũ. in. xxvj. præſumptione. col. fi. 6

NOTABILIA.

1 Tempus appoſitum ad ſoluendum, quòd in dubio videatur appoſitum in fauorem debitoris.

2 Hæres grauatus poſt mortem eius diſtribuere bona inter pauperes, quòd in vita hoc nõ poſsit in pauperum præiudiciũ.

3 Declaratio quæ poteſt variare in tempore, ante tempus fieri non poteſt.

4 Idem hoc loco dicendum de quolibet debitore, quòd de hærede.

5 Dies incertus, pro conditione habetur.

6 Ante conditionem, non cogendum creditorem inuitum ſolutionem recipere.

7 Creditor quòd non ſit cogendus ante tempus recipere vinum vel granum, quæ curſu temporis deteriorari poſsint.

8 Emphyteuta quòd pro pluribus annis futuris canonẽ ſoluere non poſsit, in domini præiudicium.

9 Reſcriptum Papæ non valet, quòd emphyteuta non ſoluendo non priuetur iure ſuo.

10 Conſuetudo valet, quòd non ſoluendo emphyteuta iure ſuo non priuetur.

11 Pactum factum cum eccleſia, quòd emphyteuta non ſoluendo non cadat, valet.

12 Vt debitoris & creditoris æqualis fiat conditio, quid facere vterque poſsit?

Regu

REGVLA XVII. PAVLVS.

Cvm tempus[a] in testamento adijcitur, credendum est pro hærede adiectum: nisi alia mens fuerit testatoris: sicut in stipulationibus, promissoris gratia tempus adijcitur.

NOTA † quòd tempus appositum ad soluendum, in dubio appositũ videtur in fauorem debitoris & hæredis. ¶ Et primò de hærede, vt hîc dicitur: & ideo hæres in dubio lucrari debet fructus qui pendente dilatione percipiuntur. l. si ita relictum. §. pegasus. de leg. ij. Et propter hoc hæres si velit ante tempus soluere, potest. l. eum qui. ff. de an. leg. & l. post mortem. C. de fideicom. & l. patrem ff. de his quæ in frau. credi.

¶ Et ex hoc infert Bart. in l. cum præfinitione. in fi. suprà quando dies leg. ce.

¶ Quod si testator vnam corbem grani reliquit annuatim: vsq; ad quinquaginta annos. Hæres statim ante tempus soluere poterit: quia est vnum legatum. Et dilatio apposita est, in fauorem hæredis.

¶ Et ista conclusio procedit, quando solum agitur de interesse hæredis: secus si tractatur de prçiudicio tertij: qa tunc hæres ante tempus soluere non potest. l. vxorem. §. seia. de leg. iij. l. cum pater. §. à filia. de leg. ij. vbi Bart. in-
2 fert † quòd hæres grauatus, post mortem eius distribuere bona inter pauperes: non potest hoc facere in vita sua in præiudicium pauperum qui erunt post mortem eius. Et idem dicunt Bar. Ang. & docto. in l. post mortem. C. de fideicom. Et est communis opinio, vt prosequitur Alex. in l. stipulatio ista. §. incertam. quem legit simul cum. §. si quis dolum. de verb. oblig.

¶ Et in simili not. Bar. in l. omnes populi. in. v. q. quæstionis principalis. ff. de iusti. & iur. vbi not. concludit quòd potestas qui habet arbitrium imponendi pœnam in casibus non determinatis à iure: non poterit in principio offi-
3 cij hoc declarare: quia talis † declaratio quæ potest varia-

A ¶ Tẽpus cũ mensura sit motus & quietis prout Arist. inquit Physi. iij. ca. iij. pro eodẽ etiam in iure sumitur vt solutiões, liberationes, conditiões & cętera hmõi & mensuret & terminet: ea ratione tamen ꝙ ad mensuratum aliquod referãtur, & ad eum cui mensurantur: vnde si in testamento & stipulationibus tẽpus ꝑ sua qualitate ad peculiares aliquos terminos non adijcit, aut perperàm adijci fatendum est, aut ad cuiusꝙ actionis proprios, puta vt hęredis in testamentis, & ꝓmissoris in stipulatiõibus, solutionem & cõditionẽ vel qualitates cæteras terminet. Petr. Corucsius.

re in tempore,ante tempus fieri non potest.d.l. cum pater.§.à filia.& sequitur Pet.de anch. in.c.j. in ver.quærit Barto.de consti.

¶ Et idem quod dictum est de pauperibus, sequitur Roma.in consi.ccccliј.circa primum,& Bald.in consi.lxxvij. videtur quòd electio.lib.iij.

¶ Aliter tamen reperio,quòd in hoc voluit Pet.de anch. in consil. cciј. circa primum dubium in secundo dubio:[a] quia illa distributio quæ debet fieri inter pauperes post mortem hæredis,est principaliter facta pro salute animæ defuncti.

A ¶ Dubio. Vbi clarissimè respondet motiuis Bar. & ꝓ ista opin. facit tex.l. vxorem. §. sceuola. de leg.iij. vbi hæc verba post mortem exponūtur id est quando vellet. Hie. chuchalon.

¶ Cui expedit quòd celerius prouideatur: vnde si hæres in vita voluit eligere pauperes debet commendari: nec est curandum de pauperibus qui assessoriè veniunt vt latius ipse ibi prosequitur. Et hoc idem videtur tenere Abb. in consi.xj. factum sic proponitur in primo dubio & secūdo lib.& ista opi.de iure verior videtur.

4 ¶ Secundò quod dictum est de hærede,†idem est de quolibet alio debitore: quia in dubio pro eo tempus appositum intelligitur.vt hîc dicitur.& l.eum qui calendis.§.fi. de verb.oblig.& tex.in.§.omnis.ver.quòd in diem.insti. de verb.obliga.

¶ Et ideo ante tempus si velit soluere, potest.l. quòd in diem.ff.de solu.

¶ Et eodem modo si debet solutio fieri in certo loco fauore debitoris,poterit alibi debitor soluere: ac si talis locus expressus non fuisset:vt not. Bar.in l.is qui.ꝭ.de eo ꝙ certo loco. Et idem not.Bald.in l.acceptam.in.xij.q.in fi. ver.sed pone. C.de vsuris.

¶ Et quod dictum est de tempore,procedit in die certa: secus est in die incerta.vt expressè tex. distinguit in l.stipulatio ista.§.inter certam.de verb.oblig.†Nam dies incertus,pro conditione habetur[b].l.dies incertus.ꝭ.de cōditio.& demon.† Et ante conditionem, non cogitur creditor inuitus solutionem recipere,quia deficiente conditione,tenetur restituere:vt not.Bart.in l. item liberatur. §.qui paratus.in fi.infrà qui.mod.pig.vel hypothe.& no. 5 B 6

B ¶ Habetur. Adde vt ꝑ Pau. de cast.in l.stipulatio ista. §. inter incertam. ff.de verb.obli. quòd dies omnino īcerta,scilicet an & quā do etiam in cō tractibus conditionem faciat. quia non refert vt promittas si aliquid factum fuerit vel cum factū fuerit:pro quo all. l.quod cunqꝫ.§.peñ infrà eo.Pet.cor.

in.d.

in.d.§.inter certam.

¶ Secundò prædicta conclusio quòd ante tẽpus solui potest, habet locum quando tempus solum apponitur fauore debitoris: secus si agatur de interesse creditoris: quia ante tempus solui non potest. l.qui Romæ.in prin.ibi gl. & Bart. de verb. oblig.facit quod.s̃.dictum est de hærede qui ante tempus soluere non potest in præiudicium legatarij.

¶ Et à fortiori, hoc dicendum est si solum fauore creditoris tempus adijciatur: quia similiter ante tempus solutio fieri non potest.l.si ita relictum.§.pegasus.de le.ij.vt no. in l.in fideicommissi.§.cum polidius.s̃.de vsuris.

7 ¶ Et ex his infertur, † quòd creditór non cogitur ante tempus recipere vinum nec granum: nec aliud quod cursu temporis deteriorari possit: vt no.Bal.post Guil.de cu. in l.plures apocas. C.de fide inst. & Flo.in.d.§.cum polidius.in fi.Alex.in.d.§.inter certam. & no.Cy. in. d.l.ij. in vlti.q.C.de iu.emphyt.Ang.in l.titius.in fi.in ver.vnũ tamen.ff.quæ res pig.oblig.possunt.

8 ¶ Et hac ratione † emphyteuta non potest soluere canonem pro pluribus annis futuris: quia agitur de interesse ipsius domini creditoris: vt tenent Cy.Bald.Alb. & Do. in.d.l.suprà.de iur.emphy.Spec. in tit.de locato.§.nunc aliqua.ver.xlij.Bar.in l.eum qui.suprà.de an.leg.cum simi.vt tradit Alex.in.d.§.inter certam.vbi dicit istam esse communem opi. & idem Aret. dicit in d.l. qui Romæ.in

9 prin.Et Moder.in.d.l.ij.q.xxij.Et adde † quòd non va-

A let rescriptum [a] Papæ quòd emphyteuta non soluendo, priuetur iure suo: vt not. Bald.in l.si à te.versic.& no.C. de pac.inter empto.& vendi.

¶ Videtur tamen quod valeret rescriptum, quòd emphyteuta possit soluere ante tempus pro pluribus annis futuris, propter malignitatem quorundam dominorum qui subterfugiunt & nolunt canonem recipere: ad illaqueandum emphyteutam, quia malitijs hominum obuiandum est.l.in fundo.s̃.de rei vendi.

¶ Et quia agitur de modico præiudicio: nã si potest con-

A Rescriptum. Intellige proprie: nam largo modo comprehendit priuilegium & benè posset fieri: qa quod potest per cõsuetudinẽ induci, põt à fortiori per priuilegium vt per cap. super quibusdam.de verbo.sign.& hoc etiã sentit Bal. in l. si à te. in princip. legis. Hier. Chucha.

cedi dilatio ad soluendum per rescriptum. l.quoties. C.de preci.impe. offeren. à fortiori videtur, quòd quis possit cogi ad recipiẽdum, quia hoc videtur minus præiudiciale.

¶ Et licet valeat rescriptum: vt dictum est: † valet tamen consuetudo quòd non soluendo, emphyteuta iure suo non priuetur: vt not. Abb. tradit in consi. lxxij. circa primum. lib. j. vbi hoc dicit in ecclesia. & idem Ioan. de ana. in consil. lxxxiiij. videndum est. col. fi. 10

¶ † Et eodem modo valeret pactum factum cum ecclesia, quòd emphyteuta non soluendo non cadat: vt not. dicit Barto. in l. fundi. C. de fundo patrimo. lib. vndecimo. & sequitur Pau. de cast. in consi. cxxxvij. 11

¶ † Et sicut debitor (in cuius fauore tempus appositum est) potest si velit ante tempus soluere: ita creditor in cuius fauorem tempus apponitur, poterit petere ante tempus vt sit æqualis conditio vtriusque contrahentis vt Roma. dicit in. d. §. inter certam. & sequitur Are. in. d. l. qui Romæ. in prin. arg. l. cũ dies. §. si arbiter. in fi. ff. de arbi. facit tex. in l. fi. C. de fruc. & lit. expen. 12

¶ Soci. in. d. l. qui Romæ. in prin. reprobat istam æquiparationem, & dicit manifestam esse rationem diuersitatis: quia in debitore soluente ante tempus, non agitur de interesse creditoris: secus videtur in creditore si velit sibi solui ante tempus: quia agitur de interesse debitoris: vt ante tempus non cogatur soluere. Et ipsi debitori videtur esse ius quæsitum beneficio creditoris: vnde illud sibi tolli non potest. arg. l. fi. ff. de pac. Et facit quod not. in l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. & quod not. Bart. in l. si post mortem. §. fi. ff. de contrab.

¶ Sed verior videtur opin. Roma. quia si tempus apponitur fauore creditoris, prout loquitur Roma. etiam ipse debet posse renuntiare fauori suo: nec tali casu potest debitor prætendere aliquod interesse: quia si solum est dilatio in fauorem creditoris, debet esse nociua debitori. & interesse debitoris non est in consideratione. Nam si interesse debitoris: deberet considerari in tali casu, tunc gratia vtriusque esset dilatio: quo casu etiam debitor in diem non potest prius soluere, quando tempus respicit fauorem vtriusque. vt not. in. d. l. qui Romæ in prin. vnde patet quòd rectè consideranti debitor & creditor à pari procedunt prout Romanus & Aretinus dicunt: & bene.

Philippus Decius Pisis.

Not.

NOTABILIA.

1 Legata quæ purè vel in diem certum relicta sunt, ad hæredem transmittuntur.
2 Legata quæ ad hæredem non transmittuntur, non patri vel domino, sed ipsi filio vel seruo acquiruntur.
3 In stipulationibus, quòd commodum indistinctè patri vel domino quæratur.
4 Conditio quæ impleri debet in persona hæredis, non verificatur in persona domini vel patris.
5 Conditio dandi hæredi, quòd non verificetur in hærede hæredis.

REGVLA XVIII. POMPONIVS.

QVAE LEGATA *mortuis nobis ad hæreditatem nostram transeunt, eorum commodum per nos, ijs quorum in potestate sumus, eodem casu acquirimus. aliter atque cum stipulati sumus:* Nam & *sub conditione stipulantes omnino eis acquirimus: etiam si libertate nobis præstita à dominis conditio existat*[a].

NAM †legata quæ purè vel in diem certum relicta sunt, ad hæredem trasmittuntur. l. si post diem. in princi. l. si penum. in prin. ff. quando dies leg. ced. l. j, c. cum igitur. in fi. eo. titu. C. quando dies lega. ced.

¶ Eodem modo ista legata ex persona filij vel serui, patri vel domino acquiruntur: vt hîc dicitur. & in. d. l. si post diem. §. penul.

¶ Sic ecõtrà, † legata quæ ad hæredẽ non transmittũtur (vt sunt legata conditionalia. l. j. §. finaũt aliquid sub conditione. C. de cad. tol. & d. l. si post diẽ. §. sed & si sub conditione) patri vel dño non acquirũtur, sed ipsi filio vel seruo si tẽpore purificatæ cõditionis sui iuris reperiũtur: vt hic à contrario sensu colligitur. & in l. si vsusfructus. §. fi. s̃. quando dies leg. ced. & in l. si legatis. s̃. de pigno. & in l. j. §. fi. s̃. vt leg. no. caue. in l. si vxor. C. de condi. inser. Et hoc benè procedit in legatis: † secus est in stipulatiõibus: quorũ commodũ indistinctè patri vel dño acquiritur: licet tẽpore purificatæ cõditionis sint sui iuris filius vel seruus, vt hîc dicitur. ad idem tex. in l. si filius. ff. de ver. obli. in l.

A ¶ Existat. Ita variè figurari hoc potest, vt ex stipulatione aliter, atque per successionem veniat cõmodum Dominis, ex his quos in potestate habent. Ex successiõe quidem quod intelligatur semper hæreditati seu Domino p personã serui acq. ri: ĩ quo ius successionis stabibile remanet etiam si liber fieret. in stipulatione verò conditionali, acquisitio radicatur & respicit principaliter personam domini, in quo fixum & permanens ius constituitur, qcquid de seruo eueniat, ita fit vt cõmodum vtroq; casu videatur idẽ, causa verò cõmodi differens & varia. Pet. cor.

in l.ij.§.id quod.ſ.de colla.bo.

¶ Et ratio diuerſitatis videtur, quia in ſtipulatione conditionali illa ſpes quæ habetur de conditione futura, tranſit ad hæredem.§.ex cōditionali.inſti.de verb. obli.ideo patri vel domino acquiritur per regulam quæ hîc.in prin. habetur. Sed ſpes legati conditionalis, non tranſmittitur in hæredem.l.j.§.ſi autem.C.de cadu.tollen.ideo patri vel dño non acquiritur ſecundū regulam quę hîc ponitur.

¶ Et ſi vlterius quæratur de ratione, quare potius ſpes futuræ conditionis in contractu ad hæredes tranſmittitur quàm in legato. Dicendum eſt, quòd in contractu, actus fundatur ex conſenſu duorum, & factum ſtipulatoris interuenit qui ſibi & hæredibus ſuis prouidere videtur: vnde fortior acquiſitio redditur. Non ſic videtur in legato: vt per glo.in.d.§.ex conditionali. & per doc.in l.ſi filius. de quo tamen dicendum eſt: vt dixi in l.j.C.de pac.

A ¶ Hæredis. Vide omnino Iaſ. l. paterfami.de vulga.& pupil. & quomodo intelligatur regula qđ hæres hæredis primi teſtamē. eſt hæres. vide Ancha. conſil. cxxx. Hiero. Chuchalon.

¶ Vltimò ad æquiparationem quæ fit hîc de hærede ad patrem vel dominum: facit tex.in l.qui liberis.§.hæc verba.de vulg.& pupil. vbi ſubſtitutio facta de hærede, non habet locum in patre vel domino, & pariter nec in hærede hæredis. † Et conditio quæ debet impleri in perſona 4
hæredis non verificatur in perſona domini vel patris.l. qui hæredi.in prin.ſ.de condi. & demōſtra. & facit tex. uo.in l.iij.§.hoc autem.de lega.præſtan.

¶ Et pariter videtur, quòd † conditio dandi hæredi, non 5
verificetur in hærede hæredis[a].d.§. hæc verba.facit tex. A
in l.cum ita datur.ſ.de condi.& demon.vbi conditio dandi Titio, non poteſt impleri in hærede titij. Subtilis Decius Piſis.

NOTABILIA.

1 Qui cum alio contrahit, quòd certus eſſe debeat de conditione & qualitate contrahentis.

2 Ex duobus ſocijs per quinquennium, finito quinquēnio quòd alius ex contractu alterius non teneatur.

3 Ignorans & dubitans licet æquiparentur, non tamen prædicta habent locum in contrahente.

4 In delictis non imputatur, ſi quis offenſi conditionem non inueſtigauit.

Occid

5 Occidens bannitum quòd à pœna non excusetur.
6 Hæres quia ex quasi contractu obligatur, ideo non habet in eum locum hæc regula.
7 Ex persona hæredũ, qualitas obligationis in creditoribus mutari non debet.
8 Statutum loquens de contractu, quòd interdum ad quasi contractum porrigatur.
9 Esse,& esse debere,paria esse.
10 Sponte nõ dicitur quis se obligare seu cõtrahere,qui ex quasi contractu per interpretationem iuris obligatur.

REGVLA XIX. VLPIANVS.

*QVI CVM alio contrahit,uel est uel debet esse non ignarus conditionis eius:hæredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legatarijs contrahit.*a

NOTA quòd†qui cum alio contrahit,debet esse certus de conditione & qualitate contrahentis. Et ideo qui mutuauit pecuniã filiofamiliâs,non potest mutuum recipere. obstante senatusconsulto Macedoniano:quia scire potuit illum esse filiumfamiliâs.l.penul.ff. ad Macedoni. ¶ Et idem in minore: vt not.per glo.in l.si titius.in ver. ætatis.ff. de fideius. vnde præsumitur ille qui contrahit, habere notitiam eius,cum quo mercatur:vt not.Bal.per illum tex.in l.in ciuile.C.de furtis.

¶ Et in hoc etiam forensis non excusatur:quia debet conditionem eius cum quo contrahit,inuestigare.vt no.Cuma.in consi.xxvj.Cum statutum Paduæ.col.j.

¶ Et ista ratione etiam iusta causa non excusat à pœna cõuentionali:quia debuit inuestigare:vt no. tradit Alex. in consi.cxviij.titulus quæstionis.col.penul.lib.ij.Et benè facit quod no.tradit Pau. de cast. in l.j.§.non autem. in ver. item aliâs consului.ff. de exerci. vbi dicit se consuluisse.

¶ † Quòd cũ duo mercatores fecissent societatẽ p quinquenniũ,ꝙ finito quinquẽnio,aliter nõ tenetur ex cõtractibus

A ¶ Cõtrahit. Sed ex facto alterius vt potestatoris cuius scientiã et ignorãtiam & conditiones cæteras actionũ sequitur. ex quo eidem legitimè imputari nõ debet legatarij,debitoris,creditoris & aliorũ similiũ conditio, sufficiens, legitima an illegitima, recipienda an reijciẽda, in initio contractus fuerit.
Pe. Coruesius.

ctibus cũ alio celebratis: licet cōtrahentes ignorarēt finitā esse societatē: quia debuerũt perscrutari & se informare de qualitate societatis per istã regulam. & idē Paul. de cast. in l. j. §. cōditio. ff. de insti. & idē Pau. de cast. in cōsi. cccxxxv. visis & ponderatis omnibus. in princip. & idem Pet. de ancha. in consi. cccxxxiij. pro clariori decisione. vbi concludit quòd vnus socius pro alio non tenetur, nisi pro illa quantitate quam imposuit in corpore societatis. Et ideo ille qui contrahit, debet inuestigare qualitatem societatis per ipsam regulam. Et ad idem facit: quia † licet aliâs ignorans & dubitans æquiparentur. l. manifestissimi. §. sinautem. vbi Bar. C. de fur. l. fin. C. de condi. indebi. hoc non habet locum in contrahente cum alio: quia si dubitat, debet eius conditionem inquirere. ita Bal. nota. dicit allegando istum text. in. c. j. §. persona verò. ver. sed quid in dubitate. per quos fiat inuesti. de cuius dicti veritate dixi in. l. quandiu. C. qui admi. 3 A

A ¶ Aequiparentur. An dubitans æquiparetur ignorāti vel errāti. vide Pau. de cast. in l. manifestissimi. §. sed quærebatur. C. de furtis.

¶ Et quod hîc dicitur de contrahente, idem est in eligente qui præsumitur habere notitiam electi. & ideo nō excusantur canonici qui eligunt indignum: vt not. Bart. in l. si patronus. de confir. tut. & ibi Bart. alleg. istum text. Et per istam legem qui cum alio arguit Alexan. in. l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solu. matr. col. ij. versi. vnum addo, quòd imputatur creditori, qui acceptauit debitorem qui non erat soluendo: quia debuit eius conditionē perscrutari. & idem dicit Pau. de castr. post Ange. in. l. j. ff. si quis in ius voca.

¶ Et ista regula procedit, nisi ignorantia esset multum probabilis & iusta: quia tunc excusatur. l. si quis patrem. ff. ad Maced. & d. l. si titius. de fideiusso.

¶ Secũdò, regula habet locũ in cōtrahente. prout loquitur, † secus est in delictis in quib⁹ quia à pœna excusatur, 4
ex iusta causa, & non imputatur si conditionē [b] offensi B
non inuestigauit: vt not. tradit Pau. de cast. in cōsi. xxxij. licet ista sit quæstio in fin. versi. ad quartũ. vbi propter hoc concludit, † quòd occidens bannitum excusatur: nō 5
obstante ꝙ bannitus occisus haberet saluum conductũ, de quo

B ¶ Cōditionē. Hæc faciũt ad materiã. c. si verò. de sent. exc. vbi ponũt plura exempla per do. Fe. qñ quis delinquit ignorando cōditionem seu qualitatem personę. & ponitur ibi regula ꝙ vbi factum est illicitum non excusatur allegans ignorãtiã, quia præsumitur scientia. de quo p cano. in. c. à nobis eo. ti. Hier. Chuchalon.

de quo ille non inuestigauit.

¶ Sed tamen talis differentia non videtur vera: quia in tali casu, ex quo erat publicè bannitus & descriptus in libro bannitorum, ignorantia salui conductus erat multùm probabilis: quo casu idem esset in contrahente, vt. s. dictum est: sed si ignorantia nõ esset ita probabilis, idem esset in delinquente.

¶ Et si ille qui cum alio contrahit, debet inuestigare con ditionem eius cum quo contrahit, vt hîc dicitur: multo magis qui alium offendit debet eius conditionem inquirere: ita Barto. dicit[a] in. l. fin. ff. de adult. Et de quæstione Pau. de castr. latè scribit Alex. in. l. huiusmodi. §. si ita. de leg. j. & in consi. lxxvij. visis dubitationibus. lib. iij.

¶ Tertiò, regula habet locum in contrahente: secus est in hærede, vt hîc dicitur: † quia ipse ex quasi contractu obligatur. §. hæres. insti. de oblig. quæ ex quasi cõtractu. l. ex maleficijs. §. hæres. s. de actio. & oblig.

¶ Et hoc verum intelligitur, quo ad legatarios quibus hæres obligatur ex quasi contractu: secus est in creditoribus quibus hæres est obligatus ex contractibus quibus defunctus tenebatur: vt nota. Barto. dicit in. l. de eo. ff. de iudi. Et idem Raphael cumanus in consi. clxxvj. statuto Papiensi. col. ij.

¶ Et de legatarijs loquitur text. hic in. §. hæres. instit. de obliga. quæ ex quasi contrac. Et in. d. l. ex maleficij. §. hæres. & l. apud Iulianum. §. fin. vbi gloss. versi. contrahere. ex quib. cau. in poss. ea.

¶ Et ad hoc facit: quia † ex persona hæredum, qualitas obligationis in creditoribus mutari non debet. l. ij. §. ex his. de verbo. obliga.

¶ Quantum tamen ad istam regulam, idem videtur in creditoribus à quibus hæres conuenitur ex contractibus cum defuncto celebratis, de quibus hæredi nihil imputari potest, si conditionem creditoris non inuestigauit. Et sic militat ratio quæ hîc in tex. alleg.

¶ Et ex his colligitur, quòd illud quod dicitur contractu, non habet locum in quasi contractu ex eo quod hic dicitur

A ¶ Dicit. Vide Ias. qui plura circa hãc. q. accumulauit post Alex. in. l. si se nõ obtulit §. condẽnatũ. in. vj. co. versi. vlt. Dy. & Alberi. &c. suprà de re iudi. vbi etiam ponit an possit quis occidere bannitũ qñ nullitas bãni est patẽs: qd qñ pẽdet lis an bannũ sit nullũ vel ne an ptãs à statuto concessa occidẽdi bãnitum sit interim suspensa. Hier. Chucha.

dicitur de hærede qui ex quaſi contractu obligatur. Et hoc in ſtatuto not. Barto. in. l. apud Iulianum. §. fin. in fin. ff. ex quib. cau. in poſ. Bart. in l. j. per illum tex. ſ. de contrario iudi. tute. cum ſim. vt tradit Alexan. in l. mutum. & in. l. more. in ſecundo notabili. ſ. de acqui. hære. Et idem Ange. in conſi. cccij. viſis diligenter. Abb. in conſi. lxj. quinq; dubia. col. viij. lib. j. & c. qua fronte. de appel. vbi dixi.

¶ Et idem Alexander in conſi. lxxvj. viſis dubitationibus. colum. iij. lib. quinto. Et iſta concluſio procedit, inſpecta vi & proprietate verborum: per viam verò extenſionis † quandoque ſtatutum quod loquitur 8
de contractu, etiam ad quaſi contractũ porrigitur, quando omnimoda ratio militaret. Et ita procedit quod not. Bald. in rubrica. C. de pact. Barto. in. l. more. de acquiren. hæredi. cum ſimi. Vt tradit Alexan. in. l. ſiue apud acta. C. de tranſact. & idem Romanus in conſi. xij. viſo facto, colum. fin. in fine. & in conſi. ccclxxx. præſuppoſito. in princip. & ſubtiliter ſcribit Cumanus in conſilio. clxxvj. ſtatuto Papienſi. ſ. alleg. facit quod not. Bart. in. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. colum. iiij. ſ. de pact. & in. l. Meuia. §. primo. ſ. ſolu. matr.

¶ Vltimò ex verbis illius regulæ duo notanda ſunt.

¶ Primò ibi eſt vel eſſe debet † quòd paria ſunt eſſe vel eſſe debere. 9
Sic etiam paria ſunt ſcire vel ſcire debere. l. quod tex. ſ. ſi cer. peta. vbi dixi, vt not. per glo. hîc.

¶ Vnde ſicut denuntiari poteſt illi qui ſcit ſe debitorem: ita illi qui ſcire debet: vt not. Bal. in authen. ad hæc colum. iiij. C. de vſuris. ſic etiam paria ſunt ſcire, & ſcire poſſe. l. penult. ſuprà ad Macedon. not. Bald. per illum tex. in. l. ſi duo. de acquiren. hæredi. facit tex. in. l. qui contra. vbi Bart. C. de inceſt. nup. in. c. ij. cum gloſſ. de tempo. ordi. in. vj. Sic etiam paria ſunt habere & habere poſſe: vt in not. quæſtione Ange. dicit in. l. item veniunt. §. petitam. ſ. de peti. hære.

¶ Sic etiam paria ſunt habere & habere debere: vt not. Bart. in pulchra quæſtione in. l. penul. §. cum ita. de aur. & argen. lega.

¶ Secundò no. † ꝙ ſponte nõ dicitur quis contrahere & ſe obligare, qui 10
ex quaſi contractu per interpretationem iuris obligatur. Et ſic ſponte dicitur fieri illud, quod fit principaliter & immediate ex propria voluntate. adeò quòd no. dicit Pet. de ancha. in clemen. præſenti. in. v. no. de cenſi. quod non dicitur ſponte factum illud, quod fit ad petitionem. ſed videtur tex. in contrarium in. l. ij. C. de pact. & ibi dixi.

Subtilis Decius Piſis.

NOT

NOTABILIA.

1 Exceptione doli generaliter repellitur, qui debitum petit quod exceptione elidi potest.
2 Si testator vltimum testamẽtum inciderit, vt primum habeat locum, prævalet primum.

§. NON SOLET.

NON *solet doli exceptio nocere his, quibus uoluntas testatoris non refragatur.*

VLTRA glo. hic iste. §. exemplificari potest vt statim dicam in tex. ibi doli exceptio. Nam † exceptione doli generaliter repellitur, qui debitum petit quod exceptione elidi potest. l. ij. §. generaliter. ſ. de excep. doli. vnde petens consultò deleta exceptione repellitur. l. j. §. sed consultò. ff. de his quæ in testa. delen. sed si inconsultò deleta sint non repellitur. d. l. j. versic. inconsultò verò. quia voluntas testatoris nõ refragatur: vt hic dicitur. Et aliud etiam exemplum colligitur in. l. penul. §. fin. ſ. de secundum tab. vbi † si testator vltimum testamentum incide-rit: vt primum habeat locum, prævalet primum.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 In dubio, quòd sit pro libertate iudicandum.
2 Causa libertatis, pia dicitur.
3 Causa libertatis ꝙ sit fauorabilior, ꝙ̃ legitima liberorum.
4 Causa libertatis publica dicitur, non priuata.

REGVLA XX. POMPONIVS.

QVOTIES *dubia est interpretatio libertatis: secũdum libertatem respondendum erit.*[a]

NOTA quòd in dubio † pro libertate iudicandũ est. faciunt iura allegata in glo. ad idem text. in. l. lege Iulia. ſ. de manumis. l. inter pares. ſ. de re iudi. & in. l. in obscura. & in. l. libertas. §. in eadem. † Causa enim libertatis

A ¶ Erit. Idem infrà in reg. 138 in obscura voluntate Vlpianus confirmat, quasi magis æquum videatur libertati, ꝙ̃ seruituti fauere & ita communi obseruatione recipitur. Pet. Corue.

dicitur pia.l.j.circa fin.C. de communi seruo manu.not. Bar.in.l. proximè.ff. de his quæ in testa. delentur. in.l.si vnus.C.de testa.Bal.in.l.ij.& pen.C.de fideicō.lib.

¶ Et libertati magis quàm reo fauendum est.c. fin.de re iudi.d.l.inter pares.&.d.l.Iulianus.

¶ Et † fauorabilior est causa libertatis, quàm sit legitima liberorum: vt nota.dicit Pau. de cast.per illum text.in.l. Papinianus. §. quarta autem.de inoffi.testa. Et causa libertatis dicitur publica,† non priuata.l. si quis rogatus. s̄.de fideicommissa.liber. Philippus Decius Pisis.

A ¶ Licere. Sumptū videri potest, vt cū natura functionum seu potentiarum quæ in homine est cōueniat: quæ cū certis gradib⁹ suā vim explicent: ad terminum aliquem progressas, naturaliter nō iudicatur, si ad intermedia infirmæ & impotētes appareāt: & econtrà vbi eo peruētū est, cēsentur ad minora proprijs viribus sufficere, Pet. Corue.

NOTABILIA.

1 Si quis potest aliquem occidere, quòd à fortiori verberare & contumelijs afficere poterit.
2 Argumentum à maiori, quòd in statutis etiam locum habeat.
3 Mulier bannita si occidi potest, nunquid & violari poterit?
4 In materia correctoria, non valet argumentum à maioritate rationis.
5 Regula hæc locum habet, quando plus & minus sunt eiusdem speciei, secus si diuersæ.
6 In materia dispensationis, quòd non procedat extensio etiam ad casum habentem maiorem rationem.
7 Mandata (quorum fines obseruari diligenter oportet) non debent ad alios casus quàm expressos extendi.
8 Argumentum à maiori, quòd procedat vbi est eadem ratio.

B ¶ Occidere. Vide plura exēpla per Dy. in d.reg.cuilibet. & eius addi.super litera a.

REGVLA XXI. VLPIANVS.

NON DEBET *cui quod plus est, licet: quod minus est non licere.*[a]

CVM ista regula concordat regula cui licet.eo. tit.in vj.& istam regulam etiam colligit Alexā. per illum tex. in.l.actionibus.§.j.ff.de in lit.iuran.Et ideo† si quis potest aliquem occidere[b] à fortiori illum poterit verberare, & contumelijs afficere.l. nec in ea.ff.de adul. vbi Bar. facit tex. in.l.in suis. in fin.s̄. de libe.& posthu.l.j. C. ne fideiuſ.dentur.c.ex parte.de deci.c.per venerabilem.qui filij.sint legitimi.

C ¶ Statutis. An hoc procedat qn̄ statuta sunt cōtra ius cōe vel ne. vide Lanfran. in tract. de interpreta. statu. in vj.col. Hiero. Chuchalon.

¶ † Et istud argumentum à maiori, etiam habet locum in statutis:[c] vt not.Bal.in.l.quod verò.versi.sed pone.ff. de legi

de legi.in.l.si verò.§.de viro.ff.solu. matri.l.ij.C. de in ius uocan.&.l. affinitatis.versi.pone statutum.C.commu.de success.

¶ Et ex his sumitur arg.à maiori affirmatiuè: quod valet auth.multò-magis.C.de sac.sanc. ecc.c.cũ in cũctis.in prin.de elec.cũ si.vt dixi ibi.

¶ Et econtrà regula etiam negatiuè procedit: quia cui denegatur quod minus est, etiam quod plus est videtur prohiberi.l.relegatorũ.§.potest. ff.de interdict.& relega.l.qui indignus.ff. de sena.l. cui pacto.ff.de ser. expor.& in.c.cum illorum.de senten.excom.

¶ Et per istam reg.hìc arguit glo.in d.l.ij.C. de patri. qui filios distra. quòd si pater potest filium vendere, à fortiori potest illum pignorare. Et hoc tenet Azo ibi in summa.

¶ Et per istam regulam infert Nellus in tracta.bannitorum.in.ij.parte secundi temporis.q. xlvj. + quòd si mulier bannita potest occidi, à fortiori poterit adulterari, cum maius sit homicidium, quàm adulterium. xxxiij.q.ij.c.si quid verius.ibi: si enim facturus est quòd non licet, prius faciat adulterium, quàm homicidium. aliter tamen in hoc expressè voluit Bal.in.l.fin.C. si contra ius vel vtili.publi.vbi inquit ꝙ licet mulier occidi possit, non tamen poterit adulterari. de quo dicendum est vt scripsi in.c.quæ in ecclesiarum.col.vj.de consti.

¶ Nunc regu.ista limitatur non habere locum in casibus notatis in glo. hìc. Et vlterius + primò fallit in materia correctoria, in qua non valet argumentum à maioritate rationis: secundum glo. quæ approbatur cõmuniter in auth.quas actiones.C.de sacrosan.eccle.& glo. fi.& ibi Bar. in.l.sancimus.C.de testa.&.l.præcipimus.C.de appel.

¶ Et idem Bar.in.l.si constante.in princi.in.ix.q.j.partis principalis.ff. sol.matr.& est bonus tex.in auth.de admini.sacri pala.col.iij.

¶ + Secundò regula habet locum, quando plus & minus sunt eiusdem speciei: secus est in diuersis speciebus: quia regula non procedit: vt per Dyn.in.d.regula cui licet. per tex.in.l. solemus.§. latrunculator.ff. de iudi.vbi latrunculator, hominem interficere potest. Et tamen de causa pecuniaria cognoscere non potest.

¶ Cõtra istã tñ limitationẽ facit tex.in.d.l.in suis.de lib. & posth.&.d. l.nec in ea.&.d.l.j.ne fideius.dot.dẽ.vbi arg.fit à maiori etiã in diuersis specieb⁹ nõ ob.tex.in.d.§.latrũculator.quia respõdetur vt statim dicã.

¶ Tertiò regula fallit, quando est facta diuisio potestatis secũdum plus & minus: quia tunc ille qui habet potestatem in eo quod plus est: nõ potest quod minus est. cum alteri illud specialiter sit attributum: no. Bal.

in regula cui licet. vbi Peru. ſequitur. Et hoc modo poteſt procedere text.in.l.ſolemus.§.latrunculator.

¶ † Quartò regula non procedit in materia diſpenſationis in qua non fit extenſio ad caſum etiam habentẽ maiorem rationem: vt eſt dictum Hoſti.in.c.poſtulaſti.de reſcrip.vbi ad hoc alleg.c.j.&.ij.de fil.præsby. & ſequitur Abb.in.c.at ſi clerici.§.de adul.de iudi.

¶ Et hoc pro regula ponit Feli.in.c.poſtulaſti.

¶ Et cõprobat per tex.in.c. fi.de poſtu.præla. vbi diſpẽſatio facta cum aliquo, ꝙ poſsit tranſire ad archiepãtum, nõ habet locũ in epiſcopatu.

¶ Et quia licet ſit diſpenſatum cum monacho, in curato beneficio: diſpenſatio non habet locum in ſimplici beneficio.

¶ Sed vt dixi in. d. §. in adulterijs. col.vj. Iſta concluſio non probatur iure.nam in tex.d.c.j.&.ij.de fil.præsby.ſimpliciter dicitur,quod materia diſpẽſatiõis odioſa eſt: ergo nõ debet diſpẽſatio magis ſtrictè interpretari quàm alia materia odioſa.Sed in alia materia odioſa,habet locũ argumentũ à maiori.d.l.nec in ea.&.d.l.in ſuis.&.d.c. cum illorum.de ſenten.excõmu.cum ſimi.§.alle.ergo idem videtur in diſpenſatione:& in terminis eſt tex.in.c.per venerabilem.qui filij ſint legitimi.

¶ Non obſtat quòd ſit diſpenſatio gratioſa:imò eſt odioſa,quia contra ius commune.

¶ Non obſt.c.fi.de poſtula.prælat.quia ibi non trahitur ad id quod minus eſt: quia non eſt eadem ratio,cùm facilius debeat diſpenſari in maiori beneficio,quàm in minori,propter maiorem vtilitatem,vt ibi colligitur. Et iſta ratione facilius diſpenſatur cum monacho in beneficio curato:quia in eo maior eſt vtilitas & neceſsitas, quàm in ſimplici: vt latius dixi in dicto.§.de adul.

¶ † Quintò fallit in mandato.vt tex.not.in.c.ei cui.§.fi. de præben.in vj.vbi ſi mandatur prouideri de præbenda certi valoris, de minori valore prouideri non poteſt.quia huiuſmodi mandata(quorum fines obſeruari diligenter oportet) non debent ad alios caſus quàm expreſſos extendi:vt ibi dicitur.& facit tex.in.c.fin.de verb.ſigni.

¶ Sextò fallit in decreto: vt eſt text. in.l. ſi pupillorum .§. ſi prætor.ff. de rebus eorum ibi:cum quis aliud facit,quàm à prætore decretum ſit, nihil agit. & not. per gloſſ. hîc.& ſequitur Alex. in dicta.l. in actionibus.de in litem iuran.

¶ Vltimò fallit quando non eſt eadẽ ratio in eo quod minus eſt, prout colligitur ex.§. dictis: & faciunt iura alleg.in glo.hic. Et eodem modo

limitatur

limitatur reg.l.quæ de tota.ff.de rei vẽd.vbi arguitur de toto ad partem.† Nam argumentũ procedit vbi est eadẽ ratio,vt Abb. declarat in.c.pastoralis. §.item cùm in totum.in fi.de offi.dele.& no.Aret.in consi.clxiiij. diligenter. col.iij. versic.non obstat argumentum. & hoc idem Barto. dicit in.l. iurisgentium.§.adeò.ff. de pact.& adde quæ dixi in regu.in eo.in princi.j.eo.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 **Obligatio ciuilis quòd nec actiuè nec passiuè in seruum cadat.**

2 **In obligatione naturali,quòd seruus obligetur.**

3 **Seruus si ex causa fideiussoris promitteret, quòd nec etiam naturaliter obligari posset.**

REGVLA XXII. VLPIANVS.

IN PERSONAM *seruilem,nulla cadit obligatio.*

ISTA regula intelligitur de obligatione ciuili:† quæ actiuè nec passiuè cadit in seruum.l. serui. ff. de actio. & oblig.l.nec seruus.ff. de pecu. vbi est tex.notabilis quem glo ss.hîc adducit.

¶ † Secus est in naturali obligatione,ad quam seruus obligatur.[a] l.serui.&.l.hæres à debitore.§.seruo.ff.de fideiuss.ad idem tex.in.l.naturaliter.ff. de condi. indeb.&.l. si id quod.eo.titu.ibi Bart. declarat quomodo naturalis obligatio cadat in seruo.

¶ Et hoc quod dictum est seruum obligari naturaliter,† verum est nisi ex causa fideiussoris promitteret: quia tũc etiam naturaliter seruus nõ obligatur.l.sed & si serui. in prin.ff.de fideiuss.ibi:cũ seruus fideiussionis nomine obligari nõ possit.& glo.ibi:& in.l.in personam.§.qui pecunia.in ver.à Titio.ff.de pac.& no.Bart.in.l.seruus inscio. de fideiuss. vbi rationem adducit: quia lex resistit. d.l.sed si serui.&.l. licet.§.sed si filius.ff.de pecu. ergo nõ oritur naturalis obligatio,ex quo lex resistit.l.cùm lex.de fideiusso,& sequitur Pau.de cast.in.d.l.seruus inscio.

A ¶ Obligat. **Idem quòd seruus promittendo vel contrahendo obligetur,naturaliter tenet domi.Iason in.l.naturaliter.ff.de condictio. indebi. nume.1. Petr. Coruesius.**

¶ Sed tamen considerandum est: quia imo seruus etiam fideiubendo, naturaliter obligari videtur, quia consensit.d.l.naturaliter.cũ si.ꝟ.alle.

¶ Non obstat ꝙ iura resisterent: quia illa prohibitio fit respectu domini, vt de peculio non teneatur: prout iura prædicta loquuntur, non autem quo ad ipsum seruum procedere videatur.

¶ Secundò quod dictum est seruum obligari naturaliter, actiuè & passiuè, procedit quando ista naturalis obligatio prouenit ex promissione secundum quã, graue erat fidem fallere.l.j.ꝟ.de pac.l.j.in prin.ꝟ.de con sti.pecu.

¶ Secus si ex contractu mutui vel alio contractu, qui fit de iure gẽtium, quo iure statutus seruus erat annihilatus: quia tunc etiam naturalis obligatio etiam seruo acquiri nõ potest: vt no.Bar.in l.frater à fratre.in.j.q. extra glo.ꝟ.de condi.indeb.

¶ Secundò principaliter regula ista habet locum, in contractibus: secus est in delictis in quibus etiã serui obligãtur: prout text.distinguit in.d.l. serui.de act.& oblig.& not.glo.hîc quæ dicit idem esse in quasi maleficio alleg.l.j.§.cum seruus.de his qui deiece. vel effude. facit tex. in l. si vnus.§.cum seruus.ꝟ. de iniur.& l. si minor. §. si seruus.ꝟ. de minor.& insti.de noxa. in prin. & generaliter vbi de pœna corporali agitur, seruus tenetur.l.hos accusare.§.omnibus.ꝟ.de accusa.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **Quòd arbitrio Domini vel procuratoris confertur, quòd boni viri arbitrio intelligatur.**

2 **Arbitrium boni viri quomodo intelligatur?**

§ GENERALITER.

GENERALITER *probandum est, ubicunq; in bonæfidei iudicijs, confertur in arbitrium domini uel procuratoris eius conditio: pro boni uiri arbitrio hoc habendum esse.*

NOTO †quòd illud quod confertur in arbitrio domini vel procuratoris: de arbitrio boni viri intelligitur. facit text.in l.hæc venditio.in prin.ꝟ.de contrahen.emp.& l.si in lege.in prin.ff.loca.l.si cum ea.C.de dot.promis. Et not.Bart.in trac.ad reprimen.in ver.videtur.

Et hoc

¶ Et hoc intelligitur, quando ſimpliciter dicitur de arbitrio: ſecus ſi de libero arbitrio dicatur: quia tunc de libera volũtate intelligitur: vt no. Bar. in l. ſi ſic. de lega. j. in l. alio. col. iij. in verſi. ex prædictis. de alimen. & cibarijs legatis. in l. fideicommiſſa. §. ſi ſic. de legatis tertio. Bald. in l. j. ſuprà. de teſta. mili. & Roma. in l. filiusfa. col. iij. in tertio caſu principali. ſuprà de donationibus.

¶ Secundò regula iſta limitatur, niſi arbitrium concedatur illi qui aliâs arbitrium boni viri habuiſſet: quia tunc vt verba aliquid operentur, de voluntate & libero arbitrio intelligitur: vt not. Imo. in d. l. ſi filiusfamiliás. de donationibus.

¶ Vltimò notandum eſt, † quòd arbitrium boni viri intelligitur illud, quod in rebus ſuis quis faceret, vel quod vellet ſibi fieri: vt not. Bart. in l. j. ff. de ſolu. & Roma. in rubrica de arbi. col. iij.

Philippus Decius Piſis.

NOTABILIA.

1 Depoſitarius, quòd de dolo duntaxat teneatur.
2 Data paritate terminorum, inter cõmodatum & depoſitum non fit differentia.
3 In commodato, quòd regulariter veniat culpa leuiſsima.
4 Culpa quæ eſt in faciendo (etiam ſi leuiſsima ſit) æquiparatur leui & etiam latæ quæ eſt in non faciendo.
5 Depoſitum, quando terminos depoſiti egrediatur?
6 Recipiens rem precario, de dolo duntaxat teneri.
7 Precarium vt fiat, quid requiratur?
8 Precarium, quòd recipientis gratia fiat.
9 Precarium concedens quando illud reuocare poſsit?
10 Commodatarius quòd plus obligetur & minus iuris conſequatur, quàm qui precario accipit.
11 Precarium an tranſeat ad hæredem concedentis.
12 Inter precarium & conſtitutum, differentiam fieri.
13 Conditio purificata, quòd retrotrahatur.
14 Res vendita vel donata duobus diuerſis temporibus, quis in ea præferatur?
15 Facta pace pro ſe & adhęrentibus ſub pœna vno de adhęrentibus offenſo an cõmittatur pœna?
16 In donatione facta abſenti (de re quæ ante ratificationem fuit alteri donata) non fuit eidem ante ratificationem ius quæſitum.
17 Si notarius recipit pacem pro abſente intra terminum, an poſt terminum abſens ratificare poterit?
18 Ratificatio Domini de obligatione rei ſuæ per alium facta, an præiudicet illi cui dominus ante ratificationem rem vendidit vel obligauit?
19 Sub nomine culpæ quando à lege profertur, quòd intelligatur de leui.
20 In teſtibus, quòd indefinita vniuerſali non æquipolleat?

REGVLA XXIII. VLPIANVS.

CONTRACTVS *quidam dolum malum duntaxat recipiunt. quidam & dolum & culpam.* Dolum tantum, *depoſitum, & precarium.* Dolum *&* Culpam: *mandatum, commodatum, uenditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia geſta, in ijs quidam & diligentiam Societas, & rerum communio, & dolum, & culpam recipit: ſed hæc ita. niſi ſi quid nominatim conuenit, uel plus uel minus in ſingulis contractibus.* Nam *hoc ſeruabitur, quod initio cõuenit.* Legem *enim contractui dedit: excepto eo quod* Celſus *putat non ualere, ſi cõuenerit ne dolus præſtetur. hoc enim bonæfidei iudicio cõtrarium eſt, & ita utimur.* Animalium *uerò caſus: morteſq́; quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum qui cuſtodiri non ſolent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtãtur.*

Primò

PRIMO noto ibi: dolum tantum, depositum. quòd †Depositarius duntaxat de dolo tenetur. ad idem tex. in l. si vt certo. §. nunc videndũ. ff. commo. ibi: solum dolũ in deposito. & in. d. l. j. §. si vestimenta. &. §. fi. ff. eo. tit. & in. §. præterea. insti. quib. mod. re contrahi. obliga. Et nõ solum de dolo: sed etiam de lata culpa tenetur. l. j. C. deposi. & per glo. in. d. §. præterea. in versi. dolo. &. c. fi. in ver. de culpa. extra de depo. & tra. Bal. in consi. ccxviij. præmittendum est. lib. v. Nam dictio illa tantum: nõ excludit latam culpã. l. j. §. j. ff. si mens fal. modum dixe. no. per glo. hîc & in. d. l. iij. §. interdũ. ff. de neg. gest. vbi Ange. tamen dicit hoc non habere locum in statuto, in quo duntaxat dicatur de dolo.

¶ Et cùm tantum de dolo & lata culpa teneatur depositarius: infertur quòd de leui & leuissima non tenetur. ex quo infert Ang. aret. in. d. §. præterea. in prin. quòd si leui culpa depositarij res deposita, furto subtracta sit, quòd non tenetur.

¶ Et ista conclusio procedit, quando depositum factum sit gratia deponentis[a] prout regulariter & communiter fieri solet: quia nulla vtilitas eius versatur apud quem deponitur: ideo solus dolus præstatur: dicit tex. in. d. l. si vt certò. §. nunc videndum.

¶ Secus ergo si factũ sit depositũ, gratia depositarij: quia tũc de culpa etiã leuissima tenetur. l. si quis nec causam. in prin. ff. si cer. pe. secundũ cõem intellectũ, de quo dixi ibi.

¶ † Et tali casu in deposito idẽ videtur, ꝙ in cõmodato: quia data paritate terminorũ, nõ videtur differẽtia inter cõmodatũ et depositũ: vt declarat Bar. in l. quod Nerua. co. fi. ver. xij. quæro. ff. deposi.

¶ Eodẽ modo si depositarius obtulit se, de leuissima culpa obligatur: secũdum gl. hîc per. l. j. §. sæpe. ff. deposi. facit tex. in. c. ij. extra de deposi.

¶ Et ratio videtur, qa gratia eius qui rogauit, cõtractus videtur celebrari. l. si gratuita. in. §. margaritas. ff. de prescri. ver. Si verò depositũ factum sit gratia vtriusq;: depositarius de dolo lata & leui culpa tenetur secundum di-

[a] ¶ Deponentis. Vide casus hos omnes expressius p Do. Petrum de vnzola in sua practica artis notaria. volu. trac. xij. i art. de obli. quæ re cõtr. nu. 11. 12. & 13. vbi quando de dolo et leui culpa teneatur & in quibus casibus. Pet. Cor.

stinctionem quæ habetur in.d.l.si vt certo.§.nunc videndum.& latius ista tradit Bar.in.d.l.quod Nerua.col.antepenul.versi.viij.principaliter quæro.& Abb.post alios. in.d.c.ij.col.ij.de deposi.

¶ Et ad prædicta facit, quia si depositarius accipit pecuniam pro custodia rei depositæ de leui culpa tenetur:quia gratia vtriusque contractus fieri videtur vt conductor couenietur.l.j.§.si vestimenta.ff.depositi.&.d.l.si vt certo.§.nunc videndum.Nam pecunia,pro deposito dari potest: vt notat Ange.in l.interesse.s.de acquirenda possessio.And.Siculus in consil.lxxj.lib.iiij.facit quod not.Roma.in consil.ccccc. summarius quæstionis.col.j.

¶ Et quod dictum est depositarium qui obtulit se,de leuissima culpa teneri:hoc de plano procedit:si gratia ipsius depositarij depositum factum sit[a] vel gratia vtiusque vt obligatio aliquid operetur:secus videtur si gratia deponentis depositum factum sit:quia satis obligatio operatur si de leui culpa obligetur. & ad hoc facit tex. in. d. c. ij.de deposito.vbi equiparantur isti duo casus:quòd se offerat vel pecuniam accipiat depositarius.sed quando recipit mercedé,tantum de leui tenetur.vt.s.dictum fuit:ergo pariter videtur in alio casu quando se obtulit. A

A ¶ Factũ sit. Vide Barba. c. bonafides. de deposi. vbi dicit hanc cõmunem opi.tamen ipse in contra. ponderat ibi tex. in eqparatione quã facit de eo qui se obtulit:& de eo q pecuniam pro custodia recipit quem vide. ij. col. & vide eũ: quia vult quod quando quis se obtulit videatur contractus celebratus gratia recipiẽtis tãtũ.Hiro.Chuc.

¶ Et certè ex quo nullam habet vtilitatem depositarius qui se obtulit. non videtur quòd ex tali obligatione in tantum debeat obligari.

¶ Non ob.tex.in.d.l.j.§. sæpe. quia ibi de leuissima culpa nihil dicitur. Sed simpliciter dicitur,quòd debet præstare culpã & custodiã: quæ verba videntur potius leuem culpam respicere.

¶ Non obstat si dicatur dũ tex. ibi dicit, illum teneri de culpa & nõ de casu fortuito:ergo videtur omnis culpa includi ex quo tantũ casus fortuitus excluditur. quia respõdetur hoc non esse verum:nam non sequitur,de casu non tenetur,ergo de omni culpa obligatur.l.quæ fortuitis.C. de pigno.actio.

¶ Non obstat.quòd gratia eius qui rogauit cõtractus videatur celebratus.quia hoc videtur verum quãdo agitur de vti

de vtilitate rogantis: prout loquitur tex. in d. l. si gratuita. §. si margaritas. Secus videtur vbi constat rogantem nullam habere vtilitatem. esset enim absurdum quãdo ibi tantum agitur de vtilitate deponentis, quòd ex eo quòd depositarius magis liberalem se exhibuit, debeat ita grauari vt de culpa leuissima teneatur.

¶ Adde etiam alium casum in quo depositarius de leuissima culpa tenetur: videlicet quando fuit in culpa: quia portauit rem depositam, per loca periculosa: vt no. per glo. in dicto. §. prætereà. in ver. dolo. allega. l. in rebus. in prin. &. l. si vt certo. §. interdum. ff. commoda.

¶ Sed aduertendũ est, quia illa iura loquũtur in cõmodato † in quo venit regulariter leuissima culpa. Et nõ videtur benè inferri ad depositũ in quo regulariter quis de dolo & lata culpa tenetur.

¶ Sed responderi põt, † quòd culpa quæ est in faciendo (prout iura. s̃. allegata loquũtur) etiã si leuissima sit æquiparatur leui & etiã latæ culpæ in nõ faciẽdo: [a] vt no. Bar. in l. quòd Nerua. col. antepe. ver. itẽ quæro: vtrũ culpa. ff. deposi. & gl. in l. si maritus. ff. so. ma. vbi Alex. Et alios casus in quibus tenetur depositarius de leuissima culpa & de casu, tradit in glo. in. d. §. prætereà. in l. j, §. sæpe. versi. euenit. s̃. deposi. &. c. ij. de deposito. in verbo de culpa.

A ¶ Faciẽdo. Vide Iason. l. si mora. iij. col. supra solu. matri.

¶ Et notabilẽ casum nota, in quo depositarius de casu tenetur [b] † quãdo fit depositũ in numerata pecunia: & actũ est ꝙ tantundẽ reddatur: tũc eñ egreditur terminos depositi vt dicitur in l. lucius. la. j. &. l. die sponsaliorũ. s̃. deposi. Et cũ tali casu, depositarius tenetur ad tantundẽ in gñe: eius est periculũ. l. incendiũ. C. si cer. pet. Nã de tali deposito, idẽ ꝙ de mutuo quantũ ad hoc iudicatur: vt no. Ro. in cõs. ccccc. Sũmarius qõnis. col. ij. & in cõs. cccccxx. circa ꝓpositã. in prin. Pau. de cast. in cons. ibi. in præsenti causa. & idem tradit Bald. in cons. cccxv. præmittendum est. lib. ij. & in cons. ccclxij. viso instrumento. eo. lib. ij.

B ¶ De casu tenet. Et in quibus casibus de depositari⁹ teneatur de casu fortuito. vide Paulũ de cast. in l. j. §. si euenerit. ff. deposi.

¶ † Secũdò noto, quòd recipiẽs rẽ precario, de dolo dũtaxat tenetur & etiã de lata culpa vt est tex. in l. quæsitũ. §. eũ quoq;. s̃. de precario. † Et vt sit precariũ, oportet ꝙ

adijcia

adijciatur verbũ precariũ vel aliud idem importans: puta si dicatur: pmitto tibi vt voluntate mea ædifices. Nã illud verbũ idem importat quod precariũ. l. lucius cũ gl. ff. de dona. ita Ang. dicit in cõs. j. porrecta fuit. col. pe. Et differt precariũ neutri gñis, à precaria in fœminino gñe: quia cõcessio precaria, nõ põt reuocari ad libitũ cõcedentis sicut precarium: quia ad certum tempus conceditur: vt no. Abb. in. c. j. in. ij. not. & c. fi. in vlt. no. extra de prec.

¶ Et mirum videtur, quòd cùm † precarium fiat gratia recipientis: quòd de culpa leui & leuissima non teneatur sicut est in commodato. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. 8

A ¶ Contra. Barb. c. fin. tenet cõtra Abb. alle. l. Lucius. de dona. supra.

¶ Ad hoc tex. respondet in d. l. quæsitum. §. eum quoq;. ita statutum fuisse in precario: quia voluntate concedentis reuocari potest. & no. Bar. in l. quòd Nerua. col. fi. ver. viij. quæro. ff. deposi.

¶ Et ex hoc videtur dubitandum de eo quod Abb. voluit in. c. fi. in. iij. col. de preca. dicens † quòd si concedens 9 velit reuocare precarium: statim in præiudiciũ recipientis non videtur quòd possit: quia secũdum eum, iura quæ simpliciter dicunt precarium posse reuocari ad libitum concedentis intelliguntur dato aliquo interuallo. arg. l. quòd dicimus. s̄. de solu. Nam hoc videtur contra[a] tex. in A d. l. quæsitum. §. eum quoq;. vbi videtur præcisè statim posse reuocari ex quo propter hoc solum de dolo & lata culpa tenetur: nec potest allegare se deceptũ, ex quo ista est natura precarij de qua à principio cogitare potuit: vt dixi etiam in l. omnibus. s̄. eo.

B ¶ Limitatus. Ita finit Alcia. in l. mutuũ damus. ff. de reb. credi. in ver. aut commodatum quòd toties cõmodatum sit, quoties aliqua res certi cõmodi causa, id est ob determinatum vsum datur: sic dictum quòd cum modo id est præscripto fine detur. & de differẽtia inter cõmodatum & precarium vide apud eundem eodem loco. col. ij. Pet. Corue,

¶ Mirum etiam videtur, quòd commodatarius qui plus 10 obligatur, minus iuris consequatur quàm ille qui precario rem accipit. Nam commodatarius non possidet, sed simplicem habet tenutam. l. officium. s̄. de rei vendi. l. rei commodatę. s̄. commo. Et per precarium possessio transfertur. l. & habet. §. eum qui. de præca.

¶ Sed ratio à quibusdam assignatur: quia in cõmodato, vsus est limitatus.[b] In precario verò, vsus est latior ad vo B luntatẽ concedentis: & hoc incertũ est: quo casu dubium

perpe

perpetuum reputatur.l.sufficit.§.de condi.indeb.l.iurisperitos.in prin.vbi Bart.ff.de excus.tut.

¶ Et licet precarium reuocari posit,ad voluntatem concedentis (vt.§.dictum est)non tamen per mortem concedentis reuocatum intelligitur:vt not.Abb.per illum tex. in c.fi.in.iij.not.de preca.† Transit enim precarium ad hæredem concedentis.[a] l.quæsitum.§.j.l cum precario. §.fi.§.de preca.Et hoc verum est, quando precarium conceditur simpliciter: secus si concedatur ad beneplacitum concedentis:quia tũc per mortem,beneplacitum expirat c.si gratiosè.de rescrip.& ita Abb. dicit in. d.c.fi. Et hoc de beneplacito in pulchra quæstione tradit Ang. in cons. ccxvij.in causa accusationis.col.ix.

A ¶ Concedentis. Est bonus tex.in l.lucius. de dona. suprà vbi etiam probatur: quòd si cõcessum sit ad volũtatẽ quòd morte cõcedentis nõ extinguatur. Hier.Chu.

¶ Et eodem modo videtur, si concedatur precarium ad voluntatem concedentis : videtur precarium extingui mortuo concedente:quia per mortem cessat voluutas.l. iiij.vbi tex.ff.loca.

¶ In contrarium tamen facit tex.in l.j.§.de preca.vbi precariũ concessum videtur,quãdiu patitur qui concesit.Et idem dicitur in.d.c. fi.de preca.Ergo ista patientia videtur cessare per mortem.d.l.iiij.§.loca.

¶ Sed põt responderi,quòd illa verba quãdiu patitur qui cõcesit,sunt declarata. in l.iij.§.j.§. de preca. vt dicatur pati ille qui cõcesit donec reuocauerit & voluntatẽ mutauerit:vt colligitur ibi:vt posim reuocare cũ mutauero voluntatem.& not.Bar.in l.centesimis.§.fi. de ver. obli. Meritò per mortẽ non extinguitur precarium: quia licet per mortẽ cesset volũtas,nõ tamen dicitur facta reuocatio:vt not.declarat Bar.in l.& quia.col.fi.§. de iuris. om. iudi.& bonus tex. in.c.si delegatus.de offi.dele.in.vj.Et idem not.Bar.in l.centesimis.§.fi.de verb.obli.cum simi. vt Alex.ibi prosequitur.

2 ¶ Et nota† differentiã esse, inter precariũ & cõstitutum. Nam in precario transit naturalis possesio in ipsum rogantem:& ciuilis remanet apud concedentẽ.l.& habet.§. eum qui. suprà de preca. Sed in constituto si cõstituo me simpliciter nomine tuo posidere,omnis possesio transfertur

fertur: quia ille poſsidet cuius nomine poſsidetur.l.quod meo.ſ̄.de acq. poſſeſ.& not.Barto.in.l.interdum.in princip.ſ̄.de acqui.poſſeſ.& in.l. creditores in.ij.q.verſi.item quæro.C.de pigno.cum ſimi.vt tradit Alexan.in.d.l.interdum.Et hoc videtur procedere in dubio, aliâs etiam in precario agi poſſet quòd omnis poſſeſsio transferatur: vel quòd nulla tranſeat: vt per glo.in.d.l.& habet.§.eum qui.in verbo in poſſeſsione.& inſtit.de interdi.§.hodie tamen. verſi.nec clam.

¶ Et notandum eſt, quòd per conſtitutum, vera poſſeſsio acquiritur, licet modus acquirendi ſit fictus: vt no.Bart.in.l.ab emptione. circa fin. verſi.vltimò aduertas.ſ̄.de pac. & probatur in.l.certè.§.j. ibi: propriè habere dicor. & Bar.ibi not.illium tex.ſ̄. de preca.Et idem tradit Bart. in.l.ſi is qui pro emptore.col.pen.ff.de vſucap.cum ſimi.

¶ Et hoc fallit, vbi corporalis traditio præcisè requiritur: quia tunc nõ ſufficit conſtitutum.vt not.Bar.dicit in.l.titia.circa fin.verſi.quid ſi do tibi fundum.ſ̄.de verbo.oblig.

¶ Secundò iſta concluſio procedit, quando conſtitutum apponitur in contractu vero: ſecus ſi ſit ſimulatus vel ſit ſuſpitio fraudis: quia tunc vera & corporalis traditio requiritur: vt not.Barto.in.l.poſt contractum. colum.iij. verſicu. ſed quid ſi venditor. ſuprà de dona.& in.l. emptor. ſuprà.de aqua plu.arcen.

¶ Item notandum eſt, quòd tale conſtitutum non poteſt conferri poſt mortem conſtituentis: vt not.Ange.dicit in.l.quamuis.§.j.verſi.ſed ex hoc dico.ſ̄.de acquir.poſſeſ.Nam tali caſu dicit ipſe, conſtitutio precarij nihil operatur: quia confertur in tempus quo poſſeſsio defuncti erat penitus interrupta.l.cum hæredes.in princi.de acquiren.poſſeſ.& ſequitur Alexan.in.d.l.quamuis.§.j.verſi.item.per iſtum text.& idem Alex. in conſi.lxxxij.perſpectis his.col.iij.lib.ij.ſecus tamen eſt, ſi conferatur in tempus mortis: vt in notabili caſu tradit Oldra. in conſi. cxxxix.ad habendam aliqualem notitiam.in.v.dubio.Et ſequitur Alexan.in conſilio.lxxxiij. viſa facti narratione. colum.iiij.lib.ij. Et eodem modo, ſi conferatur poſt mortem accidentaliter: vt quia conſtitutum factum ſit ſub conditione quæ poſt mortem conſtituentis purificetur, valet conſtitutum: † quia conditio purificata, retrotrahitur : vt Oldra.tradit in 13
conſi.præalleg.cxxxix.in tertio dubio.

¶ Et ſupradicta habent locum, quando apparet de cõſtituto in ipſo inſtrumento: ſi non apparet, non poteſt illum notarius apponere virtute dictionis & cætera: vt notabiliter concludit Alexan. in conſi.xxviij.

viſo

viso & præhabito.lib.ij.

14 ¶ Et ex supradictis infertur, ad quotidianam quæstionē † quòd si res sit vendita vel donata duobus successiuè diuersis temporibus: quo casu præfertur ille cui prius rei traditio facta sit.l.quoties. C.de rei vend. Nam sufficit quòd traditio facta sit per constitutum: vnde primus emptor vel donatarius cui factum fuit constitutum, præfertur secundo cui postea realis traditio facta sit: vt tenet Guil.de cug. in.d.l.quoties. quem refert & sequitur Ioan.Andr. in addi. ad Specu.in titu. de empt. & vendi.§ sciendum.col.x.versi. quòd si res tradita non est in præsentia.in addi.incip.hic dubitatur.& idem sequitur Bal.in rubr.de contrahen.empt.in.xvj.q.Abb.in.c.ij.col.fin.de consuetu.& in consi.xcj.quo ad primum dubium.col.penul.lib.j.& idem Alexan.in consi.xiiij.circa primum dubium.in fin.lib.j.& in consilio.xxv. viso testamento.lib.iij. & idem Bald.in consi.ccclxix.venditor constituit.lib.v. & Ange.in consilio.cvj. quædam mulier. Et ista conclusio est satis nota. sed pluribus modis vtiliter limitatur.

¶ Primò quãdo possessio tempore constituti, erat penes constituentē: aliâs secus.vt not.Ange.in.d.l.quamuis. §. si conductor. & Alexan. ibi in fin.sequitur.& post Ange.admonet aduocatum eius qui agit virtute constituti: vt debeat probare constituentem possidere, tempore constituti:& idem Ange.dicit in.l.ij.circa fin.C. de acquirē. posses. & in.l. quædã mulier.col.j.versi.attende tamē.de rei vendi. & Bal.in.l.j.col.j. C.quando li.ab emp.discedere.& idem Alex.consi.x. viso processu.lib. iiij.hoc fallit in antiquis:vt Soci. scribit in consi.clxxxvij. in controuersia.col.iiij.versi.tertiò probatur. Et non sufficit quòd constituens detineret:vt not.Bal.in rubri.de contrahen.empt.q.xvj.

¶ Secundò fallit,quando primus emptor non soluisset pretium,nec habita fuisset fides de pretio: quia tali casu vera traditio nõ transfert dominiũ.§.venditæ.insti. de rerũ diui. A fortiori ergo,nec ista: quæ inducitur per constitũ:vt not.Bal.in.d.rub.de contrah.emp.in.xvj.q.

¶ Tertiò, conclusio prædicta intelligitur, quando res certa sit, quam quis constituat se possidere: secus si incerta sit: quia propter incertitudinem,constitutum nihil operatur:vt not.Bar.in.l.iij.§.incertam.ff.de acquiren.posses. & idem not.Ange.in.l.qui de tota.§. incertę.ff. de rei vend. versi.& ideo.vbi inquit quòd si venderem vel donarem quicquid habeo in tali fundo : & constituam me precario nomine possidere: non transfertur possessio propter incertitudinē. Et ad hoc bene facit,quod not.

not.Bar.in consi.xxiiij.Petrus vendidit.vbi inquit quòd si venditio facta sit ad mensurã: quo casu ante mensurã non est perfecta venditio.l. quod sæpe.§.in his.ff. de contrah.emp.vnde tali casu constitutum nihil operatur:& secundus emptor cui facta est vẽditio & traditio, debet primò præferri:vt concludit Bart.in consi.præalleg.& ista videtur quarta limitatio ad conclusionem suprà factam.

¶ Quintò limitatur conclusio supradicta,quando constitutum fuit factum præsenti, secus verò si absenti factum sit: quia tunc possessio non transfertur antequam ille ratificet:vt notab. concludit Alex. in.l.quod meo.in princi.col.ij.versic.item istud quod hîc dicitur.ff. de acquiren. possess.vbi limitando illum tex.dicit quòd intelligitur quando erat præsens ille cuius nomine fit constitutum. Nam tunc in illum,per constitutum possessio transfertur:secus si quis constituat se possidere pro absente: quia illi non acquiritur possessio antequam ratum habeat.l. si communis seruus.§.j.de acquir.possess.facit tex.in.l.si ergo.ff.de nego.gest. Et ideo dicit Anto.de but.in.c.cum venissent.in fin. de resti.spo.quòd si ille pro quo absente fuit factum constitutum expellatur de possessione,autequàm ratum habeat non competit sibi remedium recuperandæ possessionis:quia ante ratificationem,possessio acquisita non fuit.Et si nunc ratificaret post spoliationem, non admitteretur ratificatio : quia non esset facta congruo tempore, videlicet tempore quo constituens possideret:quia iam erat perdita possessio.argu.l.bonorũ.ff.rem ratam haberi.Et ad hoc alleg.Anto.de but.in.d.c.cum venissent. decisionem dominorum de Rota in decisione.cxlvj.incip.item licet amicus.& reperitur in nouis in decisione.cl. & sequitur Alexan. in.d.l.quod meo.col. ij.quia ratificatio debet fieri re integra:vt not. Bart.in.d.l. si vxor.§.si quis planè vxore.ff. de adulte. vbi inquit, † quòd si ab aliquo fuit facta pax pro se & adhęrẽtibus suis, sub pœna: & vnus ex adhęrẽtibus offensus fuit,antequàm ratũ [a] haberet : quod licet postea ratificet,pœna non cõmittitur.arg.d.l.bonorũ. sic in proposito cõstitutũ factũ pro primo emptore vel donatario absente,nõ põt ratificari si ante ei⁹ ratificationẽ facta sit venditio & traditio secundo emptori vel donatario.

¶ Et ampliatur singulariter ista limitatio,etiam si notarius stipulatus sit pro illo absente pro quo factum fuit cõstitutũ:vt singulariter tradit Pau.de cast.in consi.cxcvij. aliâs.cxcv.visis his quæ narrantur.& planè allegata sunt in secundo dubio.versi.secundo videndum est.vbi ponit quæstio

A ¶ Ratũ. Vide eundem in regula semper qui non prohibet, infrà eo.

ſtionem † de donatione facta abſenti: pro quo notarius illam recipit & ſtipulatus fuit: & ante ratificationem abſentis fuit alteri facta donatio de eiſdem bonis: concludit quòd ante ratificationem, non fuit ius quæſitum primo donatario: per reg. l. ſi ego. de neg geſt. & alleg. §. generaliter. auth. quib. mod. natu. effic. ſui. Et quia ſpeciale eſt in mutuo, vt alteri per alterum etiam ignoranti actio acquiratur. l. certi conditio. §. ſi nummos. ſ. ſi cert. peta. Non obſtat ſtipulatio notarij: quia dicit ibi Pau. de caſt. quòd ſtipulatio notarij. non facit quòd abſenti ius acquiratur niſi ſecuta ratificatione [a] Solum enim operatur, vt ſecuta ratificatione, vtilis actio ſine ceſsione acquiratur quòd non eſſet in alio quàm notario: qui ſi ſtipuletur nomine abſentis, etiam ſequuta ratificatione actio illi non acquiritur ſine ceſsione, vt latius proſequitur Pau. de ca. in. d. conſi. Et ibi ad propoſitum concludit, quòd ratificatio non poteſt fieri in præiudicium ſecundi donatarij, cui medio tempore ius quæſitum fuit: quia illi fuit res donata & tradita. alleg. l. ſi ego. §. ſi res. ff. de iur. do. & no. in. l. ſi. indebitum. §. j. ff. rem rat. hab. Et hoc idem tradit Pau. de caſtr. in conſi. clxxij. aliâs. clxxj. in caſu præſenti viſis omnibus: de quibus. ſ. in nouis. Et id quod dictum eſt de notario, etiam tenet Bald. in. l. nec ei. §. ſatiſdatio. circa fin. verſic. vj. quæro. ſ. de adopt. vbi quærit, † ſi notarius recipit pacem pro abſente infra terminum, nunquid poſt terminum ratificari poſsit. Et videtur primò quòd ſic: in notario qui alteri acquirit. Contrarium concludit: quia non obſtante ſtipulatione notarij. ratificatio requiritur ante terminum. & ſic Bal. tenet quod nō obſtāte ſtipulatione notarij, ratificatio neceſſaria ſit. ſecundū prædicta aliâs cōſului Lugdnni in quadam donatione facta per magiſtrum Ioannem de Albendo notarium, filiæ ſuæ Margaritæ abſenti.

A ¶ Ratificatiōe. Simile ex Ciceronis verbis colligit Alciatus lib. 3. parer. cap. 3. vbi quæſtionē format, an cū qs abſenti donat qui deinde ante acceptationem moritur, num ius accipiendi hęredi cōpetat? & ꝓbat non cōpetere. pro quo alleg. Pau. de ca. conſilio 95. deciſi. 116. vide apud eos. Pet. Cor.

¶ Sexto limitatur non habere locum in primo emptore vel donatario, qui factum ſit conſtitutum ſub conditione: quia licet purificata cōditione, cōditio retrahatur: vt no. Old. in conſtituto. in conſi. cxxxix ſ. alleg. in. iij. du-

bio. Tamen si ante euentum conditionis, res pro qua fuit factum constitutum alteri vendita sit & donata & tradita, illi ius quæsitum videtur quod tolli non potest: licet prima conditio cõstituti primi emptoris vel donatarij purificata sit: quia illa conditio non trahitur retro in præiudicium secundi emptoris vel donatarij: quia extremum à quo non est habile: iuxta no. p Bar. in. l. si is qui pro emptore. col. iiij. ver. idẽ si æstimabile extremum à quo. ff. de vsuca. allega. l. bonorum. ff. rem rat. hab. vbi si ille actus qui ratificatur non potest secundum veritatem fieri tempore ratificationis, illa ratificatio non trahitur retro: quia extremum à quo non est habile. Et idem probatur in. l. necessario. §. quod si penden te. ff. de peri. & commo. rei vendi. vbi si conditio venditionis extitit, re perempta conditio non retrotrahitur: quia extremum à quo non est habile. & ita in proposito videtur: quia tempore purificatæ conditionis, illa clausula constituti non potuisset possesionem transferre: quia non erat apud venditorẽ. & hoc idem no. Bar. in. l. quoties. in fi. ff. de noua. & Alexan. in consi. xxv. viso testamento. col. ij. lib. iij. & quia ad hoc vt ratihabitio vel conditio trahatur retro, requiritur quòd res sit in eodem statu: vt not. tradit Barto. in. l. si vxor. §. si quis vxorem. versic. vel aliter. ff. de adult. & Alexan. in. d. l. quòd meo. in princi. col. ij. & in consilio. lxxviij. viso. col. penul. lib. v. & Corneus in consi. cx. in iudicio diuisorio. col. pen. lib. ij. & ad idem facit quod not. Bart. in. l. res aliena. in princi. ff. de pign. act. vbi concludit, † quòd ratificatio domini de obligatione rei suæ per alium facta, eius nomine non præiudicat illi cui dominus ante ratificationẽ rem vendidit vel obligauit. Et facit quod not. Abb. post Ant. de but. in. d. c. cũ venissent. co. ij. de rest. spo. & quod no. Pau. de ca. in cõsi. cxcvij. cũ si. in præsenti limitatiõe. ff. alle. Et ita aliâs consului in ciuitate Auinionensi pro magnifico Barono dAles. ! 1

¶ Vltimò, conclusio supradicta limitatur procedere stante primo contractu venditionis valido: secus si nullus fuisset: quia constiutum in cõtractu nullo nihil operatur: vt no. Bal. in. l. ex testamento. C. de fideicõ. dicens, quòd si non valet principale, cõsequenter non valet precarium eius accessorium. Et idem not. Bal. in. c. ij. de feud. dato inui. legis commis. & sequitur Alexan. in. l. j. §. si vir. & l. quod meo. in princi. ff. de acquiren. posses. & latius idem Alexã. in consi. lxxxj. lecto & discusso. col. iiij. lib. iij. Et hoc bene procedit, in ista possesione quæ à iure per constitutum transfertur: quòd pariter potest à iure annullari: secus est in possesiõe reali quæ in facto cõsistit: quia illa trãsfertur: licet cõtractus

principa

principalis sit nullus.l.j.§.si vir.ꝟ.de acq.pos.vbi Pau.de cast.ita dicit & declarat.Et hæc satis sint de constituto.

9 ¶Tertiò noto ibi dolum & culpã:ꝙ in pluribus contractibus hîc enumeratis,venit non solũ dolus,sed etiã culpa. Et de leui intelligitur : quia sub nomine culpæ quãdo profertur à lege,de leui intelligitur,[a] vt no. Bal.in auth. quod locũ.in.ij.q.j.de colla.alleg.l.si cum venderet.§.fi. ꝟ.de pig.acti.& no.per glo.in.l.in venditione.§.de tempore. in verbo ex culpa. & Bar. ibi in vltimo notabili.ꝟ. de bonis au.iud. pos. & facit gloss.in.§. præterea.in ver. culpæ. insti. quib.modis re contrahitur obli.& in.l.si filiusfamiliâs.§.marito.in ver.culpa.ff.sol.mat.& no.Bal. in.l.acceptã.in.vj.q.C.de vsu. Et hoc intelligitur,nisi secundũ subiectã materiam esset aliud dicendum:quia tũc culpa intelligitur,secundũ subiectã materiã:vt no.Bal.in l.quæ fortuitis.col.iiij.ver. sed dubitatur. C. de pig.act. cũ simi.vt per Alex.in.l.si mora.col.v.ꝟ.sol.matr.

A ¶Intelligit. Vide Iaso.in.l. si mora.so.ma. ij.col.

¶Hoc tamẽ non haberet locum in testibus:quia si deponunt de culpa in contractu gratia vtriusq; celebrato,non intelligitur de culpa leui secundum subiectam materiã: quia probatio non concludit,cũ possit intelligi de leuissima culpa:vt no. Corn.Perusinus in consi. cxviij. videtur prima facie.col.iij.lib.j.Et hoc ex eo videtur,quia probatio debet de necessitate concludere. c. in præsentia. de

0 proba.l.nõ hoc.j.vnde legi.† Et ideo in testibus, indefinita nõ æquipollet vniuersali:vt no.Abb.post Inno.in.c. auditis.de præscr.Alex.in cõsi.cx. visis acutissimis.lib.j.

B ¶In contractib⁹.Vide Ias. l.domus.ij.co. de lega.j.

1 ¶Et discurrẽdo breuiter,† quomodo veniat culpa in cõtractibus[b] hîc enumeratis. Primò in mandato. Cõclusio sit ꝙ regulariter in mãdato mãdatarius[c] teneatur de dolo,lata & leui culpa.tex.hîc declarando vt dixi,facit tex. in.l.si procuratorẽ.§.fi.ꝟ.manda.in.l.in re mãdata.in fi. C.manda.Et ista conclusio videtur procedere in mãdato,quod mediocrẽ diligentiã videtur requirere: vt emere aliquid vel negotia gerere.Secus est in mãdato in quo maxima diligentia requiritur:vt in mãdato ad lites:quia tunc procurator de culpa etiã leuissima tenetur.l.à pro-

C ¶Mandatarius. Quando mãdatarius teneat de leuissima culpa: & ꝗ dicatur leuissima:et qñ de dolo vel lata culpa. vide Paul. de cast. in. l. in rebus.ff. cõmodati. Item de qua culpa teneatur mãdatarius.vide Bar. in.l.eũ qui.§.si culpa.ff.de fur

curatore. C. manda. & no. Dyn. in reg. contractus. cum simi. vt tractat Alex. in consi. xlj. viso puncto. col. ij. lib. j. Et ex hoc ibi infert, ꝙ Capitaneus galearum de leuissima culpa teneatur ꝙ tale negotium videtur exactissimā industriam requirere. Si verò in mandato continetur illud: quod modicā aut nullā requirit industriā, vt in mandato facto fideiussori ꝙ soluat, vel alicui portet literas: tunc solū mandatarius de dolo & lata culpa tenetur. l. si fidiussor. in prin. &. §. j. ꝟ. mandati. Et ita adaptando iura. ꝟ. all. cōcludit Bar. in. l. quod Nerua. col. pe. ver. nonò quęro. ꝟ. manda. & in. l. eū qui. §. fi. ꝟ. de fur. & sequitur. Bal. in. l. quæ fortuitis. in penul. col. ver. iuxta hoc reuoco in dubiū. C. de pig. act. Pau. de cast. in l. in rebus. in prin. ꝟ. cōmoda. & Ange. are. in. §. mādatū in fi. insti. manda. glo. tamen in. l. in re mādata. C. manda. in ver. exactio. aliter distinguit. cōsiderando cuius gratia factum sit mandatū. Sed gl. insti. manda. in. §. mandatū. in versi. iusta causa. nō approbat dictā opi. dicens: ꝙ cōtractus mandati, multū distat ab alijs contractibus. Et hoc patet ex eo quod. ꝟ. dictum est de procuratore ad iudicia, qui etiam de leuissima culpa tenetur: & tamen mandatum, factum videtur gratia mandantis. Et supradicta habent locum in actione mandati directa: secus est in contraria, in qua venit leuissima culpa. l. si seruus communis. §. quod verò. in princi. & ibi Bart. ꝟ. de fur. Et hoc limitatur & declaratur vt per Bald. in. l. quæ fortuitis. col. pe. C. de pig. act.

¶ †Secundò dicitur hîc, de commodato: nam commodatum differt à 22 precario: quia precarium conceditur ad voluntatem concedentis. l. j. ꝟ. de precario. c. fi. de preca. &. ꝟ. dictum fuit. Sed commodatum fit ad certum vsum, & debet esse gratuitum. l. si rem tibi inspiciendam. ꝟ. de præscript. ver. Item debet fieri cum certo tempore expresso vel tacito: secus si concessio facta sit ad certum vsum indeterminatū, quia esset precarium: vt not. Bar. in. l. j. in princ. ꝟ. de preca. & in. l. in commodato. §. sicut. ꝟ. commodati. per. l. Lucius. ff. de dona. & idem no. Bal. in. l. aquilius. in. j. oppo. ꝟ. de dona. & idem no. Bal. in. l. ij. C. cōmo. & Ange. are. sequitur in. §. sequens. col. iij. insti. de actio.

¶ Et cōmodatū nō pōt reuocari, nisi vsu finito. d. l. in cōmodato. §. sicut. in. c. j. in. fi. eo. tit. ꝟ. cōmo. sufficit tamē ꝙ tantū tēporis elapsum sit ꝙ potuerit cōmodatarius perficere vsum ad quē res fuit cōmodata. Et si nō sit vsus etiā propter aliquod impedimentū: reuocatio nō impeditur: vt not. Barto. post gl. in. d. l in cōmodato. §. sicut. Et in cōmodato, quia gratia cōmodatarij cōmuniter fieri solet: ideo de leuissima culpa

regu

regulariter cõmodatarius tenetur.§. item is cui. instit.quib.mo. re contrahi.oblig.&.l.j.§.is quoq;.ff.de actio.& obli.l. in rebus in prin.l.si vt certo.§.nunc videndũ.ff.cõmo.c.j.in. princ.de cõmod. Secus si gratia vtriusq;,scilicet dãtis & recipientis,factũ sit cõmodatũ: quia tunc solũ de leui culpa obligatur.l.in rebus.§.hoc ita.s̃.cõmo.l.si cũ venderet.§.fi.& ibi glo.s̃.de pig. actio.si verò tantũ gratia cõmodantis factũ sit cõmodatũ:cõmodatarius solum de dolo & lata culpa tenetur.d.l.si vt certo.§.interdum.s̃.cõmodati.& glo.ibi ita distinguit & latius tradit Bar. in d.l.quod Nerua.col.fin.in versi.xij.quæro.& Bal.in l.quæ fortuitis. col.pe.C.de pig.act.Abb. in.d.c.j.col.ij. Et ex prædictis infert Bart.in d.l.quod Nerua.in loco prææalle.†nõ esse differẽtiã inter cõmodatũ & depositũ,data paritate terminorũ:sed differentia quã facit tex.hic & in d.l.si vt certo.§.nũc videndũ.videtur ꝓcedere cõsiderato eo quod plerunq; cõtingit. Quia cõmodatũ gratia cõmodatarij,& depositũ cõiter gratia deponẽtis fieri solet.Et propter hoc in dubio pręsumitur,†ꝙ rogatu cõmodatarij,sit factũ cõmodatũ:vt not.Bart.in.d.l.si vt certo.§. interdũ.& sequitur Ang.are.in.d.§.itẽ is cui.insti.quib.mo.re cõtrahi. obli.vbi dicitur:ꝙ cautus sit ille qui agit cõtra cõmodatariũ:vt dicat ꝙ ipse cõmodatari⁹ rogauit & petijt. Ista tñ cautela nõ videtur necessaria ex eo quod dictũ est ꝙ rogatu cõmodatarij p̃sumitur factũ cõmodatũ. Et ad iudicandũ cuius gratia cõtractus sit celebratus, debemus inspicere principale propositum:vt not.Bar.in.l.rogasti.s̃.si cer.peta.

¶ †Et ex supradictis infertur, ꝙ si commodatarius vtatur re commodata ad vsum pro quo fuit commodata,& res deteriorata sit:non tenetur.l.fin. ff. commoda. Et si res commodata remittatur per nuntium idoneum communi opin.& à casu perdita sit non tenetur commodatarius.l.argentũ.s̃.cõmo. Qui tex.limitatur & declaratur vt dixi in.c. significãte.de app.& tradunt Moder.in.l.j.ff.de eo per quẽ facta est.

¶ Tertiò dicitur hîc,de venditore† qui etiam ipse de dolo, & culpa tenetur:vt hic dicitur.Et de culpa leui intelligitur cũ gratia vt vtriusque cõtractus celebretur:vt concludit gl.per illum tex.in.§.cum autẽ.insti. de cõtrahẽ.empt.in ver.neq; culpa.& in.l.custodiã.ff.de peri.& cõmodo rei vend.& tex.in.d.l.si vt certo.§.nunc videndũ. ver.sed vbi.Nam licet in re vendita,periculũ pertineat ad emptorẽ.d.§.cũ autẽ.& in.l.j. C.de peri.& cõmo.rei vendi.debet tamẽ venditor custodiam in re vendita pręstare,qualẽ bonus paterfamiliâs in rebus suis adhiberet.l.quod sæpe.§.si res vendita.s̃.de contrahen.empti.

¶ † Quartò idem est in contractu pignoris: vt hîc dicitur. Gratia enim 2
vtriusq;,contractus pignoris celebratur: & ideo de dolo lata & leui culpa creditor tenetur.§.creditor quoq;.insti. quib.mo.re contrahi. obli. &.d.l.si vt certo.§.nunc videndum.ver.sed vbi.&.l.sicut.ibi gl.Bal.[a] C. de pigno.&.l.si cũ vẽderet.§.fi.& ibi gl.ff.de pig.actio. Et ista cõclusio procedit in pignore conuentionali prout tex.hîc dicit,& iura.s̃.allegata loquuntur. Secus est in pignore prætorio vel iudiciali,in quo creditor solum de lata culpa tenetur.l.prætor ait.§. est præterea.s̃. de bonis author.iud.pos.vbi tex.expressè istam differentiam facit. Et not. Barto.in l.j.ff.de pig.act.

¶ † Quintò dicitur hîc,de contractu locationis & conductionis in quo 2
vterq; adinuicem tenetur de dolo lata & leui culpa: vt hîc quia gratia vtriusque celebratur.d.l.si vt certo.§. nunc videndum. ver. sed vbi. Ad idẽ tex.in l.in iudicio.C.loca.vbi gl.&.§. qui pro vsu.vbi gl. insti. loca.

¶ Hoc fallit in rebus quæ leuiter frangũtur in quibus venit etiam culpa leuissima.l.si merces.§.qui columnam.vbi glo.s̃.loca. & no. per glo.in dicto.§.qui pro vsu.

¶ Et ex prædictis infertur ad quæstionem quam ponit Bald. in consil. 2
ccxix.incip.vannutius.li.j.quòd † pro equo quem quis accipit ad vecturam. si in itinere infirmatus sit, & conductor apud hospitem dimisit: & mortuus sit, non tenetur quia de vitio naturali nec de casu fortuito: nec etiam de leuissima culpa conductor tenetur per supradicta.

¶ Et similiter infertur, ad gl.in authen.de non alienan. §. scire autem. ver.fecit.quæ dicit † quòd emphyteuta qui rem deteriorem facit, tene- 3
tur quando talis deterioratio proueniat ex lata vel leui culpa: quia contractus gratia vtriusque celebratur. Et no.Bal.in authen. qui rem.de sac.san.eccle. C.in.j.col.versi.tertiò requiritur.& tradit Alexan.in cons.cxviij.in casu de quo quæritur.col.penul.lib.v.

A ¶ Bal. Adde cũ in l. quæ fortuitis.in.j.q.C. de pigno.ac.& in l.pign⁹.xiiij. col.eod.titu.

¶ Similiter infertur ad quæstionẽ quam ponit Corneus Perusi.in cons.cccxviij. pro dicto victurali.lib.iiij.ibi:de victurali qui perdidit sacculum,in quo erat argentum.

B ¶ Tenetur. Adde Bal. in l. quæ fortuitis. fi.col. doct.l.si mora. sol.mat.

¶ Sextò dicitur hîc de dotis datione. Nam etiam contractus dotis, gratia vtriusq; celebratur: † ideo maritus 3
de dolo lata & leui culpa tenetur[b]: vt hîc. & in. d.l. si vt 1
certo.§.nunc videndum.ver.sed vbi.& not.per glo.in l. si constante.§.si maritus. in ver. culpanda. in fi. & in l.si

mora

mora.in ver.culpa.s̃.solu. matri.Illo tamen casu, tenetur de leuissima culpa:videlicet quando in rebus suis esset diligentissimus: vt per gl.no. in l.in rebus. C.de iur.dot.in gl.j.in fi.& Alex.in l.etiam.§.licet.in prin. ff.solu.matri.& ibi post Nicolaum de Neapoli dicit hoc modo posse limitari omnia iura,dicentia quem teneri de dolo lata & leui culpa.Et ibi infert ad quæstionem de Boue,quam ponit Bal.in l.pignus.sed voluit allegare.l.quæ fortuitis.col.iiij.ver.sed iuxta prędicta quęritur.C.de pig. act.Eodem modo si esset leuissima culpa in faciendo, maritus tenetur: quia cum de leui teneatur : vt.s̃. dictum est, leuissima culpa in faciendo æquiparatur leui in non faciendo: vt per Bart.in l.quod Nerua. in. vij. q.prin.versi.item quæro vtrum.s̃.depositi.Et ad hoc est glo.not.in l.si mora.& Alexan.ibi.ff.solu.matri.

¶ Septimò etiam in tutela † obligatur tutor de dolo lata & leui culpa:vt hîc.& est tex.in l.quicquid.C.arbi.tute.& in l.tutori. C.de neg.gest.in l. iij.§.tutores.vbi gl.in ver.inconsideranter.s̃.de suspe. tu.vt no.Bart.in l.quod Nerua.col.penul.in.x.q.Et ibi excipit duos casus,in quibus tantum de lata culpa tenetur.& tradit Bald.in l.quæ fortuitis.col.penul.C. de pigno.actio.Ange.aret.in.§. actionum.col.xxiiij.insti.de act.& vide tex.in l.ij.C.arbi.tut.in l.si tutor.s̃.de admi.tutor.& Fulg.in cons.xxv. Spectabilis miles.in fi.Et faciunt quæ dixi in consi.clxxviij.& in consil. cxcij.& in consil.cx.col.fin.Et licet tutor de leui culpa teneatur,hæredes tamen tutorum solum de lata culpa conueniri possunt.l.j.& per totum.C.de hæred.tuto.

¶ Successiuè octauo dicitur de actione[a] negotiorum gestorum: † in qua etiam regulariter venit dolus lata & leuis culpa.l.tutori.C.de neg.gest. Et per illum tex.hanc regulam facit gl.in l.iij.§.interdum.s̃.de ne.gest. &.§. sunt autem. instit.de obli. quæ ex quasi contra. Et licet iste qui alterius negotia gerit,videatur se ingerere, tamen regulariter de leuissima culpa non tenetur vt facilius homines inducantur ad gerendum negotia absentiũ quæ perirēt:vt no.Bar.in l.quod Nerua.col.fi.in.xj.col.

¶ Et considerandum est,quòd ista actio negotiorum gestorum numeratur inter contractus.qua gratia vtriusq; celebrantur:quod ex eo fieri videtur:quia cum spōte quis veniat ad negotia alterius,illa oblatio facit.quod etiam eius gratia contractus videatur celebrari arg.l.j. §. sepe. suprà depositi. Meritò ergo tenetur de leui culpa : quia in contractibus bonæfidei , qui gratia vtriusq; celebrantur quis tantum de leui tenetur.l.

A ¶ Actio. Vide Bal.d.l.quę fortuitis. penultima columna.

si seruus.§.cùm quid. de lega.j. limitatur tamen ista conclusio vt per glo.in.d.l.iij.§.interdũ.de neg.gest.& Bar. ibi sequitur.& in.d.l.qui Nerua.col.fi.Et Ang.aret.in.§. actionum co.xviij.ver. quæro.de quo tenetur gestor.institu.de actio.

A ¶Societate. Adde Bal.d.l. quæ fortuitis. fi.col.

¶Nonò dicitur hîc,de societate.[a] † Nam in tali contractu,etiam dolus & culpa præstatur vt hîc dicitur:& de leui culpa intelligitur: quia gratia vtriusq; celebratur.l. si vt certò.§.nũc videndum.ver.sed vbi.& ad idem tex.in.§.fi.insti.pro socio. & in l. socius socio.& in l.cum duobus.§.j.ff.pro socio. Et tradit Alex. in consil. xlvij.circa primum.col.v.lib.j.Et prædicta conclusio procedit,nisi socius in suis rebus negligens esset:quia sufficit illam adhibere diligentiã quam in rebus proprijs præstare solet : vt dicitur in.d.l. socius socio. & d.§.fi.insti.pro socio.Et no.Alex. in consi. cij.super primò.col.v,lib.ij. Et hoc declaratur vt per glo.in.d.l.cum duobus.§.j.in versi.venit. quã pro notabili sequuntur,Ang.aret.in.§.fi.insti.pro soc. 34

¶Et ex prædictis infertur, quòd cùm socius teneatur de leui culpa tenetur de furto,l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio.not.Bal.in l.si creditor.C.de pigno.act.& Corneus peru.in consi.cccviij.pro dictovictuali.col.iij.lib.iiij.

¶† Decimò & vltimò dicitur hic, de rerũ cõmunione in qua etiam dolus lata & leuis culpa consideratur vt hîc:& in l.heredes.§.non tantum, in l.& puto.§.sed & si.ff.fami.ercisc.Est tamen notãdum,quòd leuis culpa in rebus communibus aliter consideratur quàm in rebus alienis;quia in alienis illa diligentia requiritur,quam diligens paterfamiliâs præstare solet.l.si cùm venderet.§.fi.cum.l.seq.ff.de pigno.act.& l.si procurator.ff.ad.l.aquil. sed in rebus communibus sufficit talẽ præstare diligentiam qualem in suis rebus adhibere solet.d.l.hæredes.§.non tantum.& declarat Bar.in l.quod Nerua.col.ix.ver.ad primum.& ver.ad secundũ. Et idem in l.j.ff. de sol. col.ij. vbi etiam limitat quod dictum est de rebus alienis,nisi committatur res arbitrio recipientis:quia tunc illa verba important vt faciat illud quod in rebus suis faceret: per illum tex.ibi cum glo.& not.Bal.in l.j.in.ij.oppo.C.de his. quæ pœnæ nomi.cum similibus.vt tradit Alex.in consi.cij.super.j.col.iij,lib.ij, 35

¶† Quartò principaliter noto, valere conuentionem contra naturam contractus vt quis in plus vel minus teneatur quàm de iure obligatus sit: quia contractus ex conuentione legem accipiunt vt hîc dicitur.& in regula 36

gula contractus. eo.tit.in.vj.l.j.§.si conuenerit.&.§.sæpe.ff.depositi.in l.pacisci.ff.de pac.

¶ Et ista conclusio procedit, quando natura contractus solum alteratur:secus si mutetur illud quod esset de substantia contractus;quia tunc conuentio non valet.l.cum precario.ff.de precario.facit tex.in l.ij.ff. de vsufru. earũ rerum quæ vsu cõsu.Et.l.per seruum.§.deniq;. ff. de vsu & ha.& in l pacta conuenta.ff.de contrahen.emp.in l. cũ mansueta.eod.tit.Et hoc intelligitur nisi conuentio posset in aliam dispositionem transire:quia tunc illa conuentio quæ non valet prout agi videbatur, in aliam dispositionem transfertur quando verba conueniunt & hoc patiuntur.l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau. mor. vbi Bart. declarat,

7 ¶ † Quintò noto,quòd dolus per pactũ remitti non potest.idem dicitur in l.j.§. si cõueniatur.ver.illud.ff.depositi in l.si vnus.§.illud.ff.de pac.l.in commodato.in prin. ff.cõmo.& rationem.tex.hîc adducit:quia hoc bonæfidei iudicio contrarium est.ista tamen ratio non videtur generalis. quia idem videtur in contractu stricti iuris. l. si quis cùm aliter.de ver.obli.l.dolo. C. de inuti. stipu. Et ideo illa ratio esse videtur, ne detur occasio delinquendi [a].l. conuenire.ff.de pactis dotalibus.Et ista ratione; quia dolus remitti non potest: in generali remissione vel liberatione,facta alicui,non venit dolus [b].l.non solum. la.ij.§. fi.l. Aurelio Caius.ff. de li.lega. &.l. si seruus vetitus. de leg.j.l.quidam decedens.in prin.ff.de admi.tu. vbi Bart. cum si.vt tradit Alexand.in consi. lxij. seuerissimus. lib. iiij.& in consi.clxiiij.præsupposito primo lib.v. Et idem Ang.in cons.cxliiij.reuocatur in dubiũ.& in cõs. clxxiiij. filius Iugonis.& Bald.in cons.l.in causa præsenti. in prin. lib.j.secundum formam nouam.vbi inquit quòd in nulla latitudine potestatis.dolus includitur.l.creditor.§.luci⁹. suprà mãdati.Et idem not.Fulg.in cons.ciij.Nobilis vir. Et de hoc latè dixi in cons.clxxviij. vbi hoc limitatur & declaratur.& consi.cxcij.vbi videndum est.

¶ † Et licet dolus remitti non possit, lata culpa tamen re

A ¶ Delinquẽdi. Vide Bald. in l.sic cum antea.C. de arbi. & in l.fi.de cõhen. emp.Hier. Chuchalon.

B ¶ Dolus. Vide glo. & doc. l.transactio.C. de transact. & in l. si vnus. §. illud. de pact. Bal.in l.aduersus.C. de exce. Bar.in l.Pompo.in.ix.col.de nego.gesto. Hiero.Chuch.

mitti potest.vt no.in.d.regula contractus.eod.tit.in.vj. facit tex.in l. si vt certo. §. interdum. ff. commodati. Et not.Alex.in l.si mora.col.j.s̃.so.ma. Et idem Fulg. dicit in consi.xxv.spectabilis miles.col.penul.alleg.illum tex. qui de dolo loquitur.

A ¶Dolo. Vide istam regulã per Soci.in suo tracta.fallen.in regula.xcv.

¶Posset tamen responderi,quòd idem sit in lata culpa quæ dolo[a] æquiparatur † adeò quòd si dicatur de dolo A
tantum,lata culpa non excluditur.l.j.§.j.ff. si mens. fal. 39
mo.dix.nisi dicamus quòd remissio doli est contra bonã fidẽ.vt dicitur in l.j.§.si cõueniatur.ff.depositi.Et ista ratio nõ videtur habere locũ in lata culpa,quæ ex simplicitate & quadam fatuitate procedit: vt not. Bar. in l.quod Nerua.in diffinitione latæ culpæ.Et per glo.§.peñ.insti. quibus mod.re cõtra.obli.Et ad hoc facit,quia lata culpa videtur dolus præsumptus.l. quod Nerua. s̃. deposi. qui quidem dolus præsumptus remitti potest,vt tenet Ant. de but.in.c.fraternitatis.co.ij.versi.fallit quartò.de test. Et Feli.ibi sequitur.col.iij. Contrariũ tamen voluit Pau. de cast.in.d.l.si vnus.§.illud.s̃.de pac.per tex.in l. quod
Nerua.†Et ad hoc facit,quia licet minor restituatur ad- 40
uersus dolum præsumptum vt per glo. in l.vbi exigitur. ff.de edendo. hoc non habet locum in dolo præsumpto de futuro.vt not.Bart.in.d.l.vbi per.l. auxilium.in prin. s̃.de mino. vbi Barto. & idem Barto. in l.j.§. nuntio. de oper. no. nun. cum simi.vt tra. ibi Alexand. Concordari possunt si dicamus,quod dolus pręsumptus de futuro re-
mitti posit[b] quando in non faciendo consistit vt in tuto- B
re qui non fecit inuentarium vt dixi in consil. clxxviij.s̃. alleg.Et ita opin.Ant. de but. intelligitur : si verò dolus pręsumptus in faciendo cõsistat remitti non posit.Et tali casu dictum Pau.de cast.procedat per rationes quæ habentur in consi præalleg.

B ¶Posit. Vide Bal.in l.j.C. de vsufru. Alexan.in.§. illud hîc alleg.& vide Hippoly. de marsi. in sing. cclxxxix. inci. dolus. Hiero. Chuchalon.

¶Item quod dicitur hîc de dolo intelligitur de dolo fu-
turo : secus est in dolo præterito qui remitti potest[c] vt C
per gloss.& docto.in dicta.l.si vnus.§.illud.suprà de pac. Et not. Barto. in l.quidam decedens.in princip. suprà de admini.tuto.

C ¶Potest. Vide Bal.in l.cũ necessitatẽ.C. de fidei.

Vltimò,

1 ¶ Vltimò, conclusio.ſ.facta procedit ſi dolus expreſsè remittatur prout iura.ſ.alleg.loquuntur.† Tacitè verò etiam dolus de futuro remitti poteſt: ſecundum gl.in.d.l.ſi vnus.§.illud per illum text. in verſi. quamuis. Et idem gl. in l.iuriſgentium.§. ſed & ſi quis paciſcatur. ſ. de pact. Pau.de caſt.& Moder.in.d.§.illud.reprobant iſtum intellectum.Et dicitur quòd nec etiam tacitè remitti poteſt: quia text.dicit nulla pactione & ſic expreſſa nec tacita.Et quia ſubeſt eadem ratio ne detur materia delinquendi.Ad.§. quamuis. reſpodetur quòd in dolo de præterito intelligitur.

¶ Sed certè opi.glo. videtur apertè probari in.d. §. illud quamuis. vbi tex.aduerſatiuè loquitur ad illud quod. ſ. proximè dixit de dolo.vnde in eodem caſu intelligitur, & ſic in dolo de futuro vt bene aduertetur. Et non eſt nouum, quòd aliquid permittatur tacitè fieri, quod expreſsè prohibeatur vt patet in iuramento calumniæ, quod tacitè remitti poteſt quamuis expreſsè non poſsit.c.j.de iur.calum.in.vj.l.iij.§.ſed quia veremur.C.de iur.cal.

¶ Nō ob.tex.qui dicit nulla pactio: quia de pacto expreſſo intelligitur: quia tacitū pactum, non eſt pactum propriè: vt not.Hoſt.de pac.in prin. in diffinitione.& dixi in rub.C.de pac.

2 ¶ Vltimò noto regulam † quòd debitor ſpeciei ex natura contractus, de caſu fortuito non tenetur.ad idem tex.in l.in rebus.in prin.ſ. commo. in l.quæ fortuitis.C.de pig.act.in l.j.C.depoſiti.in l.ij.§.ſi eo tempore. ſ.de admini.rerum ad ciui.perti.&.l. ſi res pupillaris.ſ. de admini. tut. vbi gl.limitauit hoc tripliciter. Et pro illa gl.eſt tex.in.c.ij.de depoſito.

3 ¶ † Primò enim limitatur, niſi debitor ſit in mora: quia tunc periculū caſus fortuiti ad eum pertinet.l. quod te.ſ.ſi cer.pe.l.ſi ex legati cauſa.de ver.obli.cū ſimi.Et hoc etiā habet locū, in mora irregulari.l.meritò.la.j.§.certiſsimè.ſ.de vi & vi arma.& no.Bal.in cōſi.lxxxiij.ſunt qdā.lib.j.

¶ Secūdò fallit, quando culpa præcedit caſum: quia tunc etiā debitor de caſu tenetur.§.item is cui.in fi.inſti.quib.mo.re cōtrahitur obl.ibi: ſi modo nō ipſius culpa in caſu interuenit.Et tex.in l. in rebus.ſ. cōmoda. cū ſimi.vt tradit Roma.in cōſi.ix.ꝙ pars codēnata.Et hoc procedit, quādo culpa eſt ordinata ad caſum: vt in iuribus præalle. ſecus ſi culpa non fuit ordinata ad caſum: quia tūc de caſu, is nō tenetur; licet in culpa fuerit.l. ſi is qui.ſ.de ac.& obli.l.fi.§.ſi ea conditione.ſ.ad le rhod.de iac.&.l.ſi alius.§.etiam autem.ſ.quòd vi aut clam. & not. Bart.l.ſi vt certo.§.interdum.vbi latius hoc declarat.ſ.commodati.

Tertiò

¶ Tertiò fallit, quando quis pro casu fortuito se obligauit. l. j. C. deposi. l. negotium. C. de neg. gest. & in. c. ij. de deposi. & not. Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. fi. ff. si quis cau. vbi post glo. ibi tenet, quòd sufficit si quis dicat in se suscipere periculum casus fortuiti: & tenetur de omni casu. l. quæ fortuitis. C. de pig. ac. & l. si quis fundũ. in prin. ff. loca. & d. c. ij. de deposi. vbi Abb.

¶ Et idem Bar. per illum tex. in l. titius. in prin. ff. de li. & posthu. cum simi. vt tradit ibi Alexan. qui dicit illam esse communem opinionem: ista tamen altiorem postularent indaginem: ideo videndum est in. d. l. sed si quis. §. quæsitum. quia in singulis insistere, longum esset. Et ex his lex ista expedita sit.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Interesse, quotuplex sit?
2 Statutum vel consuetudo loci particularis, quòd sit facti & in facto consistat.
3 Tutius peti factum fieri, & si factum non fuerit, interesse.
4 Probatio interesse, quòd sit difficilis, remissiuè.
5 In probando interesse, testis debet rationem sui dicti allegare etiam non rogatus.
6 Testis deponens aliquem fecisse ad sui defensionem, quòd probet.
7 Probatio, quòd concludens esse debeat.

A Triplex. Cõtra communem opinionem tenet Do. Anto. fumei Parisien. in tracta. suo de eo quòd interest cap. ij. num. 15. volu. tracta. v. quòd vnica tantum sit species interesse, idq; rationibus & authoritatibus probat vide apud eum. Petrus Corue.

REGVLA XXIIII. PAVLVS.

QVATENVS *cuiusque intersit, in facto non in iure consistit.*

QVATENVS id est quantũ. l. si vnus. §. pacta. l. si quis crediderit. ff. de pact. & in l. grege. §. pignori. ff. de pig. & c. placet. ff. de conuer. coniuga.

¶ † Et cùm interesse, secundum communem opi. sit triplex.[a] Commune, singulare, & conuentum. vt per glo. in l. j. ff. de ac. emp. in ver. interesse & libertas. j. eo. in fi. & l. j. in glo. j. C. de sen. quæ pro eo quod interest profe. 1 A

¶ Dictum huius regulæ in qualibet specie, videtur procedere. Nam si agatur de interesse singulari, quòd consideratur

deratur ex eo quod fundus sit vicinus.l.si cui.in fi. de leg.ij.vel ex eo, quod res fuerit maiorum suorum. l. si in emptione. ff. de minor. in facto hoc consistit: vt hic dicitur. Eodem modo, si agatur de interesse communi quòd est communiter æstimatum, ita quòd vnicuiq; tantum valet.l.pretia rerum.ff.ad le.fal.l.si seruum.ff.ad leg.aquil hoc etiam in facto consisit.similiter si agatur de interesse conuento, quia pendet à conuentione & contractu.l.fi.ff.de præto.stipu.etiam illud dicitur in facto consistere quia contractus facti sunt.l.consilio.in fi.ff.de cura.fur.

¶ Sic ergo quantum sit alicuius interesse in facto, & nō in iure consistit. Sic etiam quæstio facti est, si quæratur quousq; videatur permissum administrare peculium: vt dicitur in l.j.§.j.ff.quæ res pigno. Et quæstio facti etiam dicitur in l.insulam.quæ res pig. obl. pos. Et quæstio facti est potius, quàm iuris quis prior natus sit.l.idem Meuius.in fin.ff. de statu. homi.l.Herennius.infrà.de verb.signi.

¶ † Sic etiam statutum vel consuetudo loci particularis, dicitur esse facti & in facto consistit vt dicit tex.in. c.j. de constitu. in sextò. & etiam quæ pendent ab animo, in facto consistunt.l.bonæfidei.suprà de acquiren.rer.domi.Et ista quæ in facto consistunt, debent probari: quia non præsumuntur.l. in bello.§. factæ. suprà de capti.c. cum in iure. de offi. delega.j. C. de proba.l. asseueratio. C. de non numerata pecu. Et hoc modo arguit Bald.in rub.C.de fide instrmen. colum. tertia. & Abb. in consilio xxxvj.circa primum.colum.prima.lib.ij. & consil. lxxix. super eo.lib.ij.cum simi.vnde videndum est de duobus.Primò qualiter interesse petatur.Secundò qualiter probetur.

¶ † Circa primū, tutior modus quòd petatur factum fieri. Et si factum non fuerit, petatur interesse succesfsiuè: vt Barto.concludit.in l.stipulationes non diuiduntur.colum.penultim.ver.tertius modus est. & glo. quæ hoc dicit in l.secunda.§.item si facto.in glo.j. de verbo. obligatio. Et nota.Bald.in l.si pacto quo pœnam.in fin. ver. vltimo quæro. suprà de pac.vbi dicit apertissimè formari libellum, si dicatur peto quod principaliter promisisti.& si non solues, peto pœnam.& idem.Bald.in l.prima.colum.fina.C.de senten.quæ pro eo quod interest. & in consil. cxc. allegationes.in quarto lib.& idem gloss. in l. prima.suprà de act. empt. in gloss.magna.& Barto.ibi idem sequitur versicu.tertia practica est.Et idem tenet Cyn.in l.si traditio.ver.secundo quæritur.C.de actio.emp. & Bald.ibi in princip.ver item potest.colum.prima.& sequitur Petr.de Ferra.in eius practica Papiensi in libello de actione reali.ver.pro florenis

nis decem pro omni damno & interesse.col.iij.

¶ † Circa secundum, de probatione inter esse: dicit Bart. in.l.ij.circa finem.C.de rescind.vendi.quòd talis probatio interesse est difficilis: & in tali probatione interesse, debet iudex habere æquitatem ante oculos: & etiam ex coniecturis [a] probari potest: vt dicit Bald.in.consi.clxx. ad euidentiam. col.ij. libr.j. Et in probatione interesse, non defertur iuramentum in defectum probationis. secundum Bald. in.l.j. in fin.de sentent. quæ pro eo quod interest. Et primò de interesse communi videndum est, quomodo probetur testibus. Secundò de singulari. Tertiò de conuento.

a ¶ Ex coniecturis. Qualiter hoc intelligatur. vide Baldum in.l. si traditio. C. de actio. empt. & doct. l. vnica. C. de sentẽ. quæ pro eo.

¶ Circa primum interesse commune, referri videtur ad communem rei æstimationem & ad communem rei valorem: vt not. Bald.in.d.l.j.col.iij. de senten.quæ pro eo quod interest.& facit tex.in.l.penul.ex quib.cau.in possessio.eatur.in.l.si vendidero.§.j.ff.de fur.in.l.j.ff.de his qui à non domino manu.

¶ † Et testis in probando interesse, debet rationem dicti sui allegare etiam non interrogatus: vt no. Barto. in tract.de testi.col.ij.versi.testis dixit aliquem esse dominum.in fin. vbi inquit, quòd si testis dicat fundum valere decem, non probat, nisi rationem adducat: quamuis non sit interrogatus. Et no.Abb. post alios quos ibi refert in c.cum causa. col.ij. versi. sed dubitatur. de testi.& idem Bald.in.l.fin.C. de iure domi.impe.&.l.j. col.viij.versi. septimò quæro.de sent. quæ pro eo quod interest profe. Alexan.post Pau.de cast.in.l. pretia rerum. col.fin.ſ. ad legem fal. Et idem Alex.in.l.j. in princi.ad fin.ſ.de ope. no.nuntia.facit quod no.Inno.in.c.cum causam.de testi. Bar.in.l.solam.C.de testa.cũ simi. Et ista conclusio procedit in æstimatione domus vel fundi: quia talis æstimatio intellectu potius quàm sensu corporis colligitur. Secus in æstimatione frumẽti & victualiũ, & in similibus rebus in quibus nõ est opus magno discursu: ideo dictum testis bene probat, absque alia ratione si non fuit interrogatus: vt not. Barto. in dicto tracta. in loco suprà alle.

& idem

& idem Bald. dicit in.l. solam. colum. secunda. versicu. quæro nunquid. C. de testi. Et ad hoc facit quod not. Bald. in dicta l. solam. colum. fi. versicu. solum hic quæritur. vbi tenet † quòd testis qui deponit aliquem fecisse ad sui defensionem, probat: licet rationem non adducat: quia modico discursu intellectus hoc percipi non potest per coarctationem loci & temporis. alleg. Barto. in consil. lvij. sed reperitur in consil. cviij. quidam mansiolus. vbi Barto. hoc dicit: & sequitur Alexand. in consil. cxix. visis. colum. fin. lib. primo. Et ratio in testibus deponentibus de valore rei, vt congruè sit & probet, debet ad communem æstimationem referri: videlicet quòd communi æstimatione tantum valet: & quòd tantum communiter venderetur. vt not. Bar. per illum tex. in. l. pretia rerum. ff. ad legem falci. & in. l. filiusfamiliâs. §. si quid alicui. de legat. j. & l. fina. C. de prædi. naui. lib. xj. vnde non sufficit quòd testis dicat quòd ipse tantū daret: quia posset moueri aliqua particulari affectione. & ita tenet glo. in. l. ij. in glo. mag. C. de rescin. vendi. Et pari ratione nō sufficit probare, quantum res vendita fuit. vt no. Bar. in. l. cum emptor. §. fina. ff. de dam. infe. cum simi. vt tradit Alex. in consi. xxviij. in causa & lite. col. ij. lib. v. Et Marianus in consi. viij. visis. col. j. Ange. aret. in. §. si quis agens. col. iiij. insti. de acti.

¶ Non omitto tamen, quod contra glo. in. d. l. ij. de rescin. vendi. tenet Bal. in. d. l. ij. col. penul. vbi post Nico. de marsi. dicit, quòd si non apparet de speciali affectione, non præsumitur quòd testis qui dicit quod ipse tantū daret: moueatur particulari affectione, sed potius cōmuni æstimatione: præsumitur quis facere illud quod fit communiter. l. si pactum. de proba. Imo. & Alex. in. d. l. pretia rerum. sequuntur opi. glo. & Bar. † quia probatio debet esse concludens. c. in præsentia. de probat. & iura alle. per Bal. non loquuntur in materia probationis.

¶ Sed replicari potest, quòd imò etiam in materia probationis sufficit quòd præsumptiuè probatio concludat: vt per glo. in. l. neque natales. C. de proba. cum simi. vt dixi in. d. c. in præsentia. Et hoc in proposito dicunt ipse Imo. & Alex. in. l. j. §. hæres percepto fundo. ff. ad Treb. vbi dicunt per illum tex. quòd res tantum valet quantum vendi potest: intelligitur scienti qualitatem rei. Et dicunt hoc non esse opus exprimere: quia sufficit quòd ita præsumatur. Et ista probatio Bal. esset sustentabilis, & verior videtur de iure, & pleriq; illam tenent, quos refert Alex. in. d. l. pretia rerum. Et saltem videretur procedere, quando in capitulo super quo testes deponunt, dicitur quòd res tantum valet communiter

niter vel cõmuni æstimatione: quia dictum testis videtur habere relationem ad capitulum: vt no. Bar. in. l. Labeo. ff. de supel. leg. Et hoc modo opiniones concordari possunt, & in probatione interesse aduertendum est, quia debet esse in potentia propinqua. & not. declarat Pau. de cast. in. l. non vtique. §. nunc de officio. ff. de eo quod cer. lo. Et de ista materia vlterius non insisto hic, quia latè videbimus in. l. j. C. de sententia quæ pro eo. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Actio in rem quòd vtilior sit quàm in personam.
2 Qui tenetur dare fideiussorem, an liberetur dando pignora?
3 Aliud pro alio, inuito creditore an solui possit?
4 Licet quis liberetur à satisdatione quam præstare tenebatur, non tamen videtur liberari si tenetur dare pignora.

REGVLA XXV. POMPONIVS.

PLVS *cautionis in re est, quàm in persona.*

IBI: cautionis, id est securitatis & cautelæ. vt glo. dicit. & facit text. in. §. neque autem. in authen. de manda. princi. & in. l. sancimus. C. de ver. signi. Sic ergo plus securitatis est in rem, quàm in personam.

¶ Et hoc exemplificari potest in eo, quod dici solet quòd melius est pignori incumbere quàm in personam agere. §. furti. instit. de oblig. quæ ex delic. nascun. & l. itaque. §. fin. ff. de furt. Et hoc etiam patet in actionibus realibus, quæ firmiores sunt, quia dantur contra quemlibet possidentem. §. j. insti. de acti. secus est in personalibus: nam actio personalis contra singularem successorem, non dirigitur. l. j. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebel. l. fi. §. fin. ff. de contrahen. empti. l. cùm fundus. vbi Bal. ff. de ser. rusti. prædi. secus est in reali actione. l. si fundus. §. in venditione. ff. de pigno. facit tex. in. l. pignoris. eo. titu.

¶ † Et quòd vtilior sit actio in rẽ, quàm in personã: probatur in. d. l. si fundus. in. d. §. in venditione. in. fin. Et plenius prouidet dispositio realis, quàm personalis. l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pign. acti. & l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pactis. & no. in. l. si pactum. ff. de proba. Et personis data immunitas, cum personis extinguitur, & rebus nunquam extinguitur. l. iij. §. fin. l. forma. §. quanquam. ff. de censi. Et ex supradictis dicunt. Guil. de cugn. Ange. Pau. de cast. & Alexan. & Moderni in rub. ff. si cert. peta. quòd actiones reales, digniores sunt, de quo dicendum est vt dixi ibi.

¶ Et per istum tex. infert. Bar. hic, † quòd ille qui tenetur dare fideiussorem

rem, liberatur dando pignora: quia plus cautionis est in rem quàm in pson ã. Et idẽ Bar. dicit in .l. prætoriæ. la. iij. ſ. de præto. stipu. l. j. ſ. qui satisd. cog. cum simi. vt ibi tradunt Alexan. & Moder. idem Alexan. in .l. j. C. de procu. Et hoc verum videtur, nisi à lege aliud præcisè disponatur. d. l. prætoriæ. Non obst. regula quam in contrarium adducũt Alex. & Moder. in. d. l. j. qui satisda. cog. † quòd aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest. l. ij. §. j. ſ. si cert. peta. ideo non videtur quod pro fideiussore pignus dari possit: quia respondetur [a] quòd hîc non agitur de solutione, sed de cautione: quo casu qui promisit dare vnum pignus, potest dare aliud æquè bonum: vt per glo. in. l. si titio. ſ. de pign. Et pro fideiussore dato, alius æquè idoneus præstari potest. l. Labeo ait. §. fi. ſ. de arbit. & .l. qui autẽ. §. sed & si quis certam. ſ. de consti. pecu. Et quia tenetur quis facere quod sibi non nocet, & alteri prodest. l. in creditore. & ibi glo. ſ. de euic. & .l. ij. §. item varus. ſ. de aqua plu. arcen.

A ¶ Respondetur. Opin. Bar. est magis communiter approbata, vt dicit Iason in dicta l. j. qui satisda. cogan. in prin. iij. colum. ver. ex secunda.

¶ Vltimò notandum est, † quòd licet quis liberetur à satisdatione quam præstare tenebatur: si sit valde idoneus: vt no. Bar. in .l. quicunque. la. ij. C. de fun. patrimo. lib. xj. cum simi. vt tradunt Alex. & moder. in. d. l. j. qui satisd. cog. non tamen videtur liberari, si tenetur dare pignora: ita videtur dicendum per istum tex. quia plus cautionis est in re, quàm in persona.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Quòd ista regula procedat in materia correctoria & quare.
2 Quòd citari non debeat ille, quo inuito actus expediri potest.
3 Limitatio multiplex, ad hanc regulam.
4 Hæc regula non procedit in iudicialibus, cum iudicia reddantur etiam in inuitum.

REGVLA XXVI. VLPIANVS.

QVI *potest inuitis alienare, multomagis & ignorantibus & absentibus potest.*

AD hoc facit text. in .l. nec non ignorante & inuito. ſ. de tuto. & curat. da. ab his. & in .l. iiij. §. j. ſ. de fideicom. libert. Et per istam regu. arguit glo. in. l. j. C. qui admit.

l

in versicu. ratam. quòd filius agnosceret possessionem inuito à fortiori potest ignoranti.

¶ Et Alex. ibi in. d. l. j. ampliando istam reg. dicit † illam etiã procedere in materia correctoria: quia est interpretatio passiua: per not. in l. ij. de leg. ij. in. l. j. §. lex falcidia. ff. ad legem falc. Et hoc idem prius voluit Imo. in. l. si quis in bona. §. iussum. ff. de acqui. hære.

¶ Et per istam reg. infertur, † quòd nunquam debet citari ille, quo inuito actus expediri potest. Et hoc modo arguit Oldra. in consi. xcv. in fi. ex forma istius statuti. & eodẽ modo arguit Pau. de cast. in cõsi. xxxiiij. super. j. dubio. col. pen. in nouis. aliâs in consi. ccxxvij. vbi etiã alle. tex. in. d. l. iiij. §. j. de fideicõ. lib. & ita etiã arguit Rom. in consi. ccij. quo ad primũ. & idem Rom. in consi. ccclix. circa primũ. in. v. du. & idẽ Alex. in. l. si pacto quo pœnã, in vlt. no. C. de pact. & in cõsi. ij. visis codicillis, col. vj. lib. j. & idẽ Alex. in consi. cxxx. difficultas. in eo. lib. j. & in consi. vj. circa processum causæ vertentis. col. fin. lib. iij.

¶ † Ista regula limitatur pluribus modis: vt per gloss. hîc. & in. l. si in tres. ff. de arbi. & Bar. hîc resoluendo. considerat hîc plures casus: vt ex eius distinctione colligitur.

¶ Sed magis breuiter concludi potest, quòd regula intelligatur & procedat vbi sit eadem ratio prout regulariter videtur: quia si possum facere aliquid te inuito & contradicente, pari ratione te absente & ignorante, quia non debet expectari præsentia & scientia, quæ nihil operatur. arg. l. aliquando. §. fin. ff. ad velleia.

¶ Secus vbi sit diuersa ratio, prout est in casu. l. duo ex tribus arbitris vel iudicibus. suprà de re iudicata. & in. l. si in tres. ff. de arbit. ibi: duo ex tribus arbitris vel iudicibus iudicare possunt. tertio. contradicente & inuito: non autem eo absente vel ignorante. facit textus in dicta. l. si in tres. qui rationem adducit: quia tertius si esset præsens, posset alios in suam sententiam trahere. Barto. tamen hîc videtur istam rationem impugnare: quia talis ratio semper videretur habere locum. Et in omnibus casibus regulæ procederet: quòd absens posset alios præsentes trahere in eius sententiam: sed cùm ista sit ratio iurisconsulti, impugnari non potest. Et ideo dicendum est, quòd illa ratio solùm attendatur in arbitris vel iudicibus qui ratione officij, habent potestatem iudicandi, secus videtur in priuatis prout regula loquitur.

¶ Et eodem modo, regula non procedit in iudicialibus: † quia iudicia redduntur in inuitum. l. inter stipulantem. §. j. de verbo obliga. & tamen

men non procedit iudicium contra absentem: quia citatio requiritur.l. de vnoquoque.in prin.suprà de re iudi. Et similiter in electionibus prælatorum,& in actibus capituli vel collegij, in quibus attenditur quod sit à maiori parte. & contradictio minoris partis, non attenditur. l.quod maior.suprà ad munici.c. cùm omnes.de constit. Et tamen factum à maiori parte non valet, aliquibus absentibus, & ignorantibus: quia plus nocet vnius contemptus, quàm contradictio multorum. c. per venerabilem. de electio. in prędictis enim casibus regula non procedit: quia data est forma à iure quòd absentes requiruntur. Philippus Decius.

A ¶ Partium. Sed an pacto publico populi vel alicuius villæ vel alterius vniuersitatis possit derogari iuri publico. Bar. i.l.oẽs populi.de iust. & iure. in. iij. co. tenet ꝙ sic. tu tñ vide Barba.d c.si diligẽti.v.col.ver. v. põdero. vbi re probat hanc opinionẽ Bart. Hier.Chucha.

NOTABILIA.

1 Partium conuentione,iuri publico derogari non potest.
2 Vtilitatem publicam respicit, quòd delicta impunita non sint.
3 Pactum per quod iudiciorum ordo tolleretur,non valet.
4 Per statutum,quod iuri publico derogari possit.
5 Multa per statutum fieri possunt, quæ pacto sunt prohibita.
6 Facultas testandi potest per statutum tolli, secus autem per pactum.& nu.8.
7 Statuto fieri potest,vt quis pro parte intestatus decedat.
9 Argumentum de pactis ad statutum,quòd non valeat.
10 Affirmatiuè valet argumentum de pactis ad statuta.
11 Princeps per pactum,quod etiam obligetur.

B ¶ Publico. Et ideo pactũ qđ faciunt debitores suis crẽditorib⁹ de nõ probãda solutione nõ valet per Barb. in.d. c.si diligẽti. ij. col.per Bal. in sua marga. in verb. pactum. Pau.in.l.pactũ inter hæredes. ff.de pact. Bar. in.l.si.ff. de prę to.stipu. Hier. Chuchalon.

REGVLA XXVII. POMPONIVS.

Nec ex prætorio, nec ex solenni iure, priuatorum conuentione quicquam immutandum est: quamuis obligationum causæ pactione poßint immutari & ipso iure & per pacti couenti exceptionem: quia actionum modus, uel lege, uel per Prætorem introductus, priuatorum pactionibus non infirmatur: nisi tunc cũ inchoatur, pacto inter eos conuenit.

NOTANDVM est † quòd partium [a] conuentione, iuri publico [b] derogari non potest. ad idem tex. in .l. iurisgentium. §. paciscar. l. ius publicum. suprà de pact. in.l.ij. §.

ius reipublicæ. ff. de administ. rerum ad ciui. pertinen. & in.c.si diligenti. de foro compe.

¶ Et ius publicum intelligitur, quando respicit formam & solennitatem à iure publico introductam : cui etiam testator derogare non potest.l. nemo potest. de lega.j.l. testandi. C.de testi.

¶ Similiter † vtilitatem publicam respicit, quòd delicta 2
puniantur. l. ita vulneratus. suprà ad legem aquiliam.l. si citatio.§. quod illicitè.s̄.de publica.c.vt famę.de sent. excommunic. ideo non valet pactum, quòd non agatur actione iniuriarum vel furti si committatur.l. si vnus.§. pacta.suprà de pact.

¶ Et nō valet pactum, † propter quod ordo iudiciorum 3
tollatur: vt per glo.in.c.de causis.de offic. delega. quod declaratur vt dixi ibi. Et tradit Alexan.in.l. si conuenerit.col.vij.de re iudica.

¶ Et quod dictum est, bene procedit in pacto. † Secus 4
est in statuto, quod iuri publico derogare pōt: vt not.per glo.hîc.& no.in.l.neque pignus.§.priuatorum.j̈. eo.vbi glo.tenet q̄ etiā vniuersitas potest statuere contra ius publicū.& per illā gl.no.Abb.cōsi.ciiij.videtur primò.col. ij.lib.ij.& in.c.si diligenti.in.iij.not.de fo.compe.

¶ Et ideo dicit Bar.in.l.alia.§.eleganter.s̄.sol.matr.† q̄ 5
multa possunt fieri per statutum, quæ non possunt [a] per A
pactum.allegat gloss. in locis præallega.& no. Domi.in consi.cxxxix.in causa.col.iij.& idem Bar.in.l.Titio centum.§.Titio centum.el.ij.s̄.de condi.& demonst. † vnde 6
facultas testandi per statutum, auferri potest: licet pacto tolli non possit: vt not.Ange,in consi.lxvj. visis.col.fin. Et licet pacto quis non possit se obligare ad pœnam mortis [b] vel mutilationē membri: quia non est dominus mem B
brorum suorum.l. liber homo.la.j.s̄. ad legem aquil.& Bar.in.l. si quis reum.in prin. ff. de custo. reo. A statuto tamen obligari potest: vt no.Bar.in.l.Titio centum.d.§. titio centum.versi.tertia ratio est.

¶ Et solennitas testandi, à statuto potest tolli. l. si non speciali. C. de testament. licet à priuatis derogari non possit

A ¶ Possunt. Adde dominū Philip. in rub. de consti.ij.lectu.iiij. colum. versicu.potentius. & in. c. j. eo.titu.in. ij.lectu.iij.col.ver. vlterius.

B ¶ Mortis. In criminalib⁹ nemo potest renūtiare defensiōi per pactum. de quo vide Feli. in.d.c. si diligēti. in princi. & eiusd. addit. super litera b.

posſit. d.l. nemo poteſt. † Et licet non posſit quis decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus. l. ius noſtrum .infrà eodem.à ſtatuto tamen hoc induci poteſt:vt not.Ange.& Imo.per illum textum in.l.ij.& ibi Alexan. in.ij. notab.de vulga. & pupil. Et dictum fuit in dicta.l. ius noſtrum.

¶ Similiter licet non valeat pactum , per quod tollitur facultas teſtãdi.l.pactum quod dotali.C.de pact.†valet tamen ſtatutum ,vt no.Bal.in.l. Archimedoram .col.fin. verſi.ſed nunquid. C.vt in poſ.lega.

¶ Hoc tamen dictum Bal.reprobat Alexan in.l.pactum. & in dicta.l.fin.ſ.de pact. quia tale pactum videtur contra bonos mores.[a] dicta.l.pactũ.&.l.ſtipulatio hoc modo concepta. de verbo. obliga. quo caſu ſi non valet pactum: quia contra bonos mores, etiam tali caſu non valet ſtatutum:vt not.Bar.in.l.non impoſsibile.ſ. de pact. & infrà ſtatim dicam.

¶ Sed põt reſponderi,ꝙ ratio Alexan.procedit inſpecto iure communi. Sed ex quo à ſtatuto in loco hoc permittitur: non videtur contra bonos mores: quia ad iudicandum aliquid eſſe contra bonos mores, Mores ciuitatis de qua agitur , debent conſiderari. l. item apud Labeonem. in princip. verſicu. ſed quod adijcitur. ff. de iniur. Et quòd valeat ſtatutum , tenet Ange. in conſilio. lxvj. ſuprà alleg . Et quod ſuprà dictum eſt de validitate ſtatuti , à fortiori haberet locum ſi cum ſtatuto pactum concurreret : quia plus poteſt fieri per ſtatutum vallatum pacto,quàm per ſtatutum ſimpliciter:vt tradit Baldus in . c. venientes.colum.fina. verſiculo ſed nunquid. de iureiurando.

¶ Et ex prædictis infertur,quòd negatiuè†non valet argumentum de pacto ad ſtatutũ:vt dicamus ſi non poteſt fieri per pactum,ergo nec per ſtatutũ:vt no.Bar.& doct. in locis ſuprà alleg.Et idem Socinus in cõſi.lij.ſuper hac difficultate.in princi.nouiſ.

¶ Et hoc intelligitur & procedit, vbi agitur ſimpliciter de derogatione iuris publici per ſupradicta.

A ¶ Bonos mores.Adde ꝙ pactum quod debitor bonis cedere nõ posſit, eſt inualidum, quia cõtra bonos mores.Soci. ĩ tract.fallẽ. in reg. cclxxix idem in pacto de hære. perdẽda.in regu.cclxxx. & quot modis dicatur pactũ cõra bonos mores, vide Bal.in.l.pactũ. C. de col. & Bart. in.l. ſi quis pro eo.de fideiuſ. Hiero. Chuchalon.

¶ Secus sit aliquid turpe,& contra bonos mores: quia tunc etiam negatiuè valet argumentum: quia si non valet pactum, non valet statutum: vt not. Barto. in. d. l. non impossibile. ff. de pac. l. omnes populi. in. iij. q. prin. ff. de iusti. & iur. & in l. titio centũ. §. titio centũ. de cõdi. & demon.

¶ Et hoc modo intelligitur gl. in rubri. C. de decre. ab or. fac. lib. x. quæ dicit non valere statutum, si pactum non valet. † Affirmatiuè verò valet 10 argumentum, si potest fieri per pactum: ergo per statutum. Et ita arguit tex. in l. fi. vbi Barto. C. de fideiusso. & idem Alex. in consi. l. in causa & lite. lib. v. Barto. in consi. clxxij. dubia occurrentia. in princip. Et ad hoc facit: quia dispositio legis contrahentium & testatoris, æquiparantur. l. fi. ff. de re. ali. non alie. vbi Bald. Et ampliatur ista conclusio: quia si potest fieri per pactum iuramento firmatum, potest fieri per statutum: vt not. Bar. in l. fi. col. iij. ver. quod casu. ff. de pac.

¶ Et ista conclusio affirmatiuè procedit, vbi sit eadem ratio: secus si diuersa: quia quandoq; aliquid potest fieri per pactum & non per statutũ. † Nam per pactum Princeps obligatur. c. j. de proba. & tamen lege vel 11 statuto nõ obligatur. l. princeps. ff. de legib⁹. l. digna vox. C. de legibus. Et per pactũ põt remitti iuramentũ ab eo in cuius fauorẽ præstitũ fuit. c. ij. de sponsa. Et tamen iuramentum, à statuto tolli non potest: vt per Alexand. in consi. lix. viso instrumento. col. iij. ver. non obstat tertio. lib. j. Et ex his expedita sit ista lex.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Qui ex causa donationis conueniuntur, in id quod facere possunt condemnandos.
2 Quòd vsufructuarius teneatur cautionem idoneam præstare arbitrio boni viri, quando locum habeat?
3 Donatio ob causam quòd non sit propriè donatio & ob id insinuationem non requirere.
4 Donatio facta à patre in pręmium emancipationis, simplex donatio est.
5 Regula hæc quando procedat?
6 Quòd hæc regula locum habeat in eo, qui ex propria donatione conuenitur.
7 Item in actione personali: secus in reali.
8 Quòd huic regulæ, renuntiari possit.
9 Donatario quòd alimenta sint præstanda, secundum quantitatem fructuum.

REGVLA XXVIII. VLPIANVS.

DIVVS Pius *rescripsit, eos qui ex liberalitate sua conueniuntur: in id quod facere possunt condemnandos.*

NOTO † quòd illi ex causa donationis cõueniuntur in id quod facere possunt

possunt[a] debent condemnari ad idem tex.in.§.sunt præterea.ver.idem est si quis ex donatione. insti. de actio.l. inter eos.§.hic quoq;.ꝟ.de re iudi. Et hoc habet locũ,etiã si ex alia actione donatarius cõueniatur quæ originẽ habuerit ex donatione: vt not.per glo.hîc. & est text. in l.si quis id quod.in prin.ꝟ.de dona.ad idem bene facit tex.in l.ij.§.parui quoq;.ꝟ.de priui.cred.

¶ Et quod hîc dicitur, iusta ratiõe statutũ fuit:ne quis ex sua liberalitate periclitetur:vt tex.dicit.in l.ne liberalitate sua.ꝟ.de re iudi. Et ista ratione singulariter dicit Bartholomeus Soci.in l.omnes.ꝟ.de excep.quòd licet† vsufructuarius teneatur præstare cautionẽ idoneam de vtendo,arbitrio boni viri.l.j.ꝟ.vsufru.quemadmo.ca.Hoc secundũ eum non habet locũ in eo,qui donasset eius bona retento vsufructu:quia cũ ex sua liberalitate cõueniatur, cum eo mitius agendũ est.arg.l.ad res donatas.ꝟ.de edil. edic.Et ideo satis erit,ꝙ tali casu vsufructuarius solũ promittat cũ hypotheca bonorũ.& ad hoc inducit tex.no.in l.filio.ꝟ.vt le.no.caueatur.Et latius hoc idem cõsulendo deducit Cor.Peru.in consi.cclxvij.in hac consultatione. col.iij.lib.iiij.Et hoc idem prius voluit Io.de Platea.in.d. §.sed præterea.ver.si quis.insti.de actio.

¶ Et ista regula ꝓcedit in donatione simplici,quæ ex mera liberalitate procedit.d.l.ne liberalitate sua.de re iudi. secus est in donatione ob causam:vt not.Ang.in l.sed hoc ita.ꝟ.de re iudi.& ibi Alexan. sequitur & inducit glo. ibi in ver matrimonio.Et idẽ Alex.in l.qui in id.col.ij.eo.ti. ꝟ de re iudi.& idem tenet Io.de platea. in.d.§.præterea. versi.sed & si quis.† Et ratio manifesta videtur:quia donatio ob causam,non est propriè donatio:ideo non requirit insinuationẽ:vt no.per glo.& ibi Bart.in l.aquilius regulus.per illũ tex.ꝟ.de dona.& facit tex.in l.si pater.§.j. ꝟ.de dona.& not.Oldr.in consi.cxxxix.ad habendam.cũ simi.vt tradit Alex.in consi.xij.viso instrumento. col.ij. lib.j.Et donatio ob causam, quantũ ad propositum dicitur quando causa respicit fauorem donãtis, quæ excludit liberalitatem : secus est in alia causa extrinseca quæ non

A ¶ Possunt. Adde ꝙ istud beneficium cõpetit illi q donauit,si conueniatur ab illo cui donauit vt per Do. Petrũ de vnzola ĩ sua practica artis notari. in arti. Beneficium ne quis condemneẽ nisi in quantum facere potest.nu.10. vol. tracta. xij. pro quo alleg.l.inter eos.§.vl.ff. de re iudi. vbi ꝙ etiam idẽ beneficiũ illi competit,qui bonis cessit suis creditoribus. Petr. Coruesius.

impediret quominus dicatur donatio ex liberalitate procedere: vt not. Ang. in. d. l. sed hoc ita. & Ioan. faber. & Ioan. de Platea. in. d. §. praeterea. ver. sed & si quis. & facit quod not. Pau. de cast. in l. vt liberis. col. pe. C. de colla. † vbi declarat, quomodo donatio facta à patre in praemium 4
emancipationis dicitur donatio simplex: & non ob causam: quia illa causa non tollit liberalitatē. sic etiam concludit Pau. de cast. in l. j. s. de dona. vbi dicit quòd donatio facta sub conditione, si nauis venerit ex Asia: dicitur tamen donatio simplex: quia à mera liberalitate procedit. & hoc etiam declarat Aret. in consi. xvij. consideratis. col. iij. Et si donatio excederet causam donationis, in illo excessu haberet priuilegiū per ea quae not. Bal. in l. illud. col. iij. in. iij. q. C. de sac. san. eccle. cum simi. vt tradit Alex. in l. si donatione. col. ij. C. de colla. facit tex. in l. si sponsus. §. circa venditionem ibi: quatenus locupletior facta est. s. de dona. inter vir. & vxo. & in. c. relatum. de testa. ibi: iuxta seruitij meritū. & not. Oldra. in consi. ccxxvj. quidam episcopus. col. pe. Alexā. in consi. lv. consideratis verbis. col. ij. lib. j. & in consi. cj. visis instrumētis. col. iij. eo. lib. j. & Are. in consi. xvij. s. allegato.

¶ † Secundò regula procedit, quando illi qui donationē fecerunt, cōueniūtur: quia retinere possunt vt insolidū non exigantur. Sed si soluissent petendo nō haberent tale priuilegiū: vt not Bald. dicit in. c. j. in prin. ad finē in tit. de notis feudo. Et ad hoc bene facit in l. nam & maritus. ff. de condic. indeb. Et not. Alexan. in l. maritū. versi. xvj. fallit. s. solu. matri. Et ad idem facit: quia facilius retentio permittitur, quàm petitio. l. ij. vbi Bal. in. iij. notabili. C. de fideicō. facit tex. in l. per retētionē. C. de vsuris. in. c. intelleximus. de iudi. iuncto. c. cū inter. de excep. Et in notabili casu tradit Benedic. Capra in consi. xix. & si viso & considerato. Et in alia simili quaestione not. Alexand. post alios quos refert. in l. precibus. in glo. si. de impube. & alijs substitu. 5

¶ † Tertiò regula habet locū in eo, qui ex propria donatione conuenitur. d. l. ne liberalitate. de re iudi. cum simi. s. allegatis. secus est in alio qui ex donatione alterius tenetur: cui non competeret tale priuilegium: quia est personale, & ad aliū qui nō donauit non porrigitur: vnde nō datur haeredi. l. sciendum est. s. de re iudi. nec fideiussori. l. & si fideiussor. in prin. eo. ti. s. de re iudi. & not. per glo. hîc & ad idem tex. in l. verū. in prin. ff. pro soc. Cautela tamen est, quòd si conueniatur fideiussor principalis, compareat & suscipiat iudiciū in se: & tunc ex persona sua habebit priuilegiū: vt docet Bart. in. d. l. & si fideiussor. per. l. idéq;. §. & generaliter. 6

liter.in fi.ff.manda.Et idem not.Bar.in.d.l.rerũ.in prin. s̃.pro soc.cum simi.vt tradit Alex.in.d.l.sed hoc ita.§.ꝙ autẽ.in fi.ff.de re iudi.& ibi dicit no.hoc procedere, quando fideiussor qui conuenitur, esset habiturus regressum contra principalem: quia tũc principalis compareret pro suo interesse: aliâs secus: vt not. Barto.in l. Marcellus. in fin.s̃.de fideiusso.

¶ † Quartò regula procedit, in actiõe personali: secus est in actione reali: vt probatur in l.Nesennius.§.fundum.s̃. de re iudi.& not.Bart.in l. maritum. & in l. si constante. colum.fin.s̃.solut. matri. & hoc intelligitur quando conuenitur actione reali prout loquitur text. in. d.§.fundũ: videlicet quando res donata, tradita fuit donatario, & postea aliquo casu ad donantem perueniret, aliâs secus: vt not.Bar.in l.si filiofamiliâs.la.ij.s̃. sol. mat. cum si. vt Alexan.trad.in.d.§.fundum.

¶ † Quintò[a] limitatur nisi tali priuilegio sit renuntiatum: quia cum habeat originem ex contractu, potest renuntiari: vt Alexand.concludit in l.alia.§.eleganter.col. penul.s̃.sol.mat.& videtur renũtiatum ab illo, qui integrè promisit soluere quantitatem: vt not.Alexan.trad.in consi.cxxxiij.super quæsitis.in prin.lib.v.

¶ Vltimò ad declarationẽ huius beneficij, notandum est ꝙ in tali beneficio donans deducit æs alienũ.l.inter eos. ver.& quidem.s̃.de re iudi.Et vlterius deducitur, ne donans egeat[b].d.l.inter eos.§.fi.& in l.in condemnatione. in prin.j.eo.Et illa verba inquantũ facere põt, intelligũtur cõmodè & honestè vt per glo.in dicta.l.in condemnatione.Et hoc debet considerari secundũ qualitatẽ personæ: vt not.Bald.in l.ij.in prin.C. quod cum eo.cũ simi.vt Alex.tradit in l.si maritus in id.in fi.s̃.sol.mat.nec tali casu videtur ꝙ donans teneatur vendere proprietatẽ: si res aliqua sit magni valoris & parui redditus. arg. l. qui boni s̃.de cesſione bonorum. Nam proprietas vendi nõ debet. † Sed alimenta debent præstari secundum quantitutẽ fructuum: vt no.Bar.in l.pe.s̃.de alimen.& ciba.leg.per.l.imperator.s̃.ad trebel. vbi Bar. in l.fi.cum simi.vt scribit ibi

A ¶ Quinto. Sexto crederẽ esse limitãdum qñ iste qui ex cã dona. cõuenit negaret donationẽ quia ꝑ mendaciũ perdit priuilegium sicut dicim⁹ de marito negãte mr̃i. qui habet sibi priuilegiũ: nã cõuenit in solidũ.ita Bar. l.etiã.§.j.circa fi.suprà.so.ma. & Alexã. in l. maritũ. ij. col. eo.tit. rõ est qa mendaciũ circa id quod est fundamentũ & cã priuilegij facit ꝑdere priuilegiũ. ita Bart. in l. si dubitet. §.ita demũ per text. ibi. suprà de fideiusso. Hiero. Chu.

B ¶ Egeat. quę personæ gaudeãt hoc bñficio & qualr̃ intelligatur vide Fabrũ. & post eũ mo.in.§.sũt præterea. ver. itẽ si de dote.in sti. de actionibus ibi latè per Iason. Hiero. Chuchalon.

Alexan. Bald. tamen in casu nostro, videtur velle contrarium: quòd imo debeat vẽdi proprietas, vt ipe tenet in. d. l. ij. versi. iuxta prædicta. quæro cum simi. vt tradit Alex. in. d. l. si maritus. Et idem Alexan. in l. maritum. in fin. s̃. sol. mat. concludit q̧ si alimenta debentur ex titulo lucratiuo, non debet vendi proprietas: secus si ex titulo oneroso. Et quòd non vendatur proprietas: tradit Alex. in consil. iij. super ꝓcessu causæ. li. iiij. & facit tex. no. & quod ibi Bald. in l. fi. §. ipsum autẽ. in fi. C. de bo. quæ lib. vbi filius non dicitur posse alere se, si non habet tot redditus, quòd viuere posit: nec tenetur vendere proprietatem.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Acquisitio quæ à principio fuit nulla, quia facta per forensem contra formam statuti, non reconualescit, licet postea ciuis efficiatur.

2 Laudum quod à principio fuit nullum, tractu temporis non reconualescit.

3 Liberatio facta à filio debitoribus paternis, si à principio sit nulla, an reconualescat demum.

4 Confesio in tormentis facta si inualida sit à principio, an confirmetur indicijs superuenientibus.

5 Actus a principio nullus eo quia persona erat illegitima, non confirmatur licet mox legitimetur.

6 Electio facta de bãnito inhabili, nõ confirmatur si rebãniatur.

7 Testamentum filijfamiliâs in quo non interuenit consensus patris à principio, non confirmatur mox ipso interueniente.

8 Regula hæc in prædictis locum habet, quando à principio fuit initium vitiosum & constat.

9 Item quando actus à principio fuit nullus, secus si validus fuisset. limitatur & alio modo, vt nu. 10.

11 Alienatio rei minoris facta sine decreto, quòd superueniente maiori ætate, confirmetur.

12 Testamentum vsurarij factum non præstita cautione, quòd reconualescat demum cautione præstita.

13 Actus quando confirmatur per ratificationem, consensus retrotrahitur.

REGVLA XXIX. VLPIANVS.

QVOD INITIO *uitiosum est: non potest tractu temporis conualescere.*

ISTA regula etiã habetur, in regula pe. j. eo. & in regula nõ firmatur. eo. tit. in. vj. plura exempla[a] in glo. hîc ponuntur

B ¶ Exempla. vide Dynũ in d. re. nõ firmatur. vbi etiam ponit plura exempla tam in testa. quã in legatis quã etiã in contractibus & mr̃imonijs glo. & Ioan. imo. in l. fi. §. fi. de ver. obliga. & doc. in regula. j. de reg. iur. lib. vj. Hiero. Chuch.

A ¶ Roma. Idem etiam in sing. cxxxj. fol.v. Feli.in.c.ad nostram.de proba.j.col. vbi satis remissiuè.& quid in minore qui confessus est in tormentis sine autoritate tutorum.& postea ratificauit: vide Abb.c.fi.de confes. iiij. col. & quòd confessio in tormentis non pręcedentibus indicijs sit nulla, etiam si perseueret. Vide Iaso.vbi plura de confessione in materia delictorum. in l. qui aliena. §.celsus.de acqui.hære.

ponuntur ad idē tex.in.§.j.insti.de exhę.liberorū.in.c.j. de despon.impu.in.vj.& in.c.j.§.j.de prohi.feu.alie.

¶ Et per istam regulam infertur ad.q.quam tradit Rom. in consi.cccccix.circa propositam consultationē in quinto dubio col. pen. vbi plura iura inducit, ad probandum quod † acquisitio quæ à principio fuit nulla: quia facta per forensem, contra formam statuti non reconualescit, licet post acquisitionē nulliter factam, ciuis efficiatur.de quo tamen aliter loquitur And.sicu.in consi. lxx.col.ij.li. iij.

¶ † Similiter laudū, quod à principio fuit nullum, ratificari non potest: vt not.Bald.in tit.de pace constan.in ver. sententiæ quoq;.Roma.in consi.clx.præmissum laudum. & idem Ang. in consi. ccxviij.visa narratione.col.pe. De quo videndū est, quod tradit Pet.de anch.in consi.cxxij. vnus ex procuratoribus.

¶ † Similiter liberatio facta à filio debitoribus paternis, viuente patre: quia à principio fuit nulla, non reconualescit si postea filius patri succedat. ita arguit Bal.in l.filiusfamiliâs. la.ij. ff. de solu. de quo dixi post Moder. in l.filius.C.de pac.

¶ † Et confessio facta in tormētis, nō præcedentibus indicijs, quia non valet à principio, non confirmatur posteà superuenientibus indicijs: vt not.Bar.in l.maritus.col. j.ff.de quæstioni.cū simi.vt tradit Alexā.in consi. clxxix. in causa Angelorum.col.penul.ver.quinimo. lib.ij. Roma.[a] in consi. clxxvij.Antonius.col.ij.

¶ † Et actus qui à principio fuit nullus, quia persona non erat legitima, non confirmatur: licet postea persona legitimetur: vt tradit Alexand. in consil. clxxj. viso processu causæ.lib.ij.& facit quod not.per glo. in.c.dilectus.el.ij. de præben.de impetratione iudicis excommunicati quæ fuit nulla à principio & non confirmatur licet postea absolutus

Hippolytus de Marsi. in titu. de quæst.in l.j. vj. col. versi.j. enim.& in l. penul.eo.tit. col. ij. versi. modo redeundo &c. Lanfran. in. c. quoniā contra. de ꝓba. in ver. cōfessiones. & per Mathesilla. sing. lv. fol. iij.& Rapha.in cōsi. cxxxviij. col.j.in prin.& Bal.in sua margar.in ver.confessio.col.iij.in prin. & Alexā. consil.v.incip. in causa inquisitionis.in.j.volu.& in cōsil.j. incip.viso processu.in.iij. volu. & in consil. lij.incipi. viso thema.volumi. iij.Hier.Chuc.

ſolutus ſit. Et in ſimili no. per glo. in.c.ſtatutum.in prin. in ver.canonicus.in fi.de reſcrip.in.vj.cum ſimi.vt dixi in c.poſt ceſsionem. in vltima charta.verſi. prima concluſio eſt.de probationibus.

¶ †Et electio facta de bannito, qui non poteſt eſſe de prioribus ſtatuto ita diſponente, quia eſt nulla, non confirmatur licet poſtea rebannitus ſit: vt not.Bald.in rubr. C.de condi.ob tur.cau.circa fi.facit tex.in c.ſi eo tempore.de reſcrip.in.vj.& not.Barto.in l. vſusfructus. in fi.ſ. de ſtipul. ſeruo. † Et ſi in teſtamento quod poteſt facere filiusfamiliâs de conſenſu patris, ex forma ſtatuti à principio non interuenit conſenſus patris, non valet teſtamentum: nec poſtea confirmatur: vt not. Bald. in l.ſi vxore.col.ij.C.de condi. inſer. Et in ſimili quæſtione de conſenſu propinquorum, not.Bald.in l.j.col.penul.verſi. extra quæritur.C.qui admit. 6 7

A Excedit. Ita declarãt hãc regulã Io. and.& doc.in.d.rĩa nõ firmat. in prin. & adde quòd ſi poſ. eſſet violenta à prin. nõ poſſet talis reſcripto principis confirmari. ita Iaſ.in l.iuſte poſsidet. j. col. verſi.ij.limita. de acq. poſ. & quando cõfirmatio ſuperioris firmet actum nullũ. Vide latiſ. Feli.in c. ĩter dilectos. de fid.inſtru. in v.co. poſt prin. & ca. qualiter quando.de accu.xij.co. Ale. in conſil. viij. incip.abũde.ij. col. Hier. Chu.

¶ Et iſta regula videtur procedere, maximè vbi conſideratur principium.vt glo. dicit in.d.reg. non ſumatur. in fin.facit text.in.d.c.ſi eo tempore.de reſcri.in.vj.cum ſimi.ſuprà alleg.

¶ Secundò regula ampliatur procedere, etiam ſi eſſet cauſa propter quam actus fuit nullus: quia per hoc actus non confirmatur: vt not.per Dyn. in.d. regu. non firmatur. co.ij. Et approbatur in.§.præterea.inſti.qui.non eſt permiſ.face.teſta.§.j.inſti.de inuti. ſtipu.l. eius qui.ſ. de teſta.& in.d.c.j.de deſpon.impu.

¶ †Et prædicta regu. habet locum, quando à principio fuit initium vitioſum & conſtet: ſecus ſi non conſtaret: vt patet in eo quod memoriam hominum excedit[A]: quia illud valet & habet vim priuilegij. l. hoc iure.§. ductus aquę.ſ.de aqua quotid.& ęſti.&.c.ſuper quibuſdã.§.præterea.de verbo.ſignifi.cum ſimi.vt tradit Alexan.in conſil.vj. viſo themate. in princip. lib.j.vel dici poteſt, quòd illa verba tractu temporis, non videtur excludere tempus cuius initij memoria non ſit in contrariũ: facit quod not.Ange.per glo.ibi in authen.vt decætero commu.eccleſiarum.col.v.cum ſimi. vt tradunt Moderni in rubri. 8 A

de præ

de præscript.in fin.

¶ † Secundò regula limitatur procedere, prout loquitur quando ab initio actus fuit nullus: secus si validus sit, licet annullari possit: quia tūc cōfirmatur.c.quod sicut.in fi.ff.de elec.& no.per gl.in.d.reg.nō firmatur. & idem no.Abb.in.c.iij.col.ij.de his quæ fiūt à prælatis. Et hæc ampliatur etiam, si aliquo respectu actus valet: vt not.Innoc.in cap.cum consuetudinis. de consue. per.l. per fundum.suprà.de serui.rusti.prædi.vbi Pau.de cast.refert Innoc.& dicit quòd ideo in dicta.l.per fundum.confirmatur illa concessio seruitutis, quia non erat ex toto nulla: quia ille qui prius consensit, non poterat contrauenire. Et hoc idem tradit Pet.de anch.in consi.cxxij.ex narratis.in fi.

¶ † Tertiò regula limitatur nō procedere si causa confirmans superueniat: quia tunc confirmatur quod ab initio fuit nullum. Et Dyn.concludit in.d.regula non firmatur.per.d.l.fundum.vbi Bart. approbat quod Dyn.dicit. Et idem sequitur ibi Bald.& Ang.& Domi. in consil. xxxiij. pro examinatione.col. fi.& idem glo.hîc in effectu dicit.& idem glo.in d.regula non firmatur. Et hoc facit, quia iudicium quod à principio erat nullum, ex iure superuenienti confirmatur.l. si rem alienam.§.fin.suprà de pigno.act. not.Alexand. in consi.xxvij. viso libello.col.ij.lib.j.& in consil.lxxviij.in causa & lite.in fin.eo.lib.j. & in consil. cxxvij. viso instrumento.col.ij.lib.v.

¶ Et similiter in casu.l.fina. C. si maior.fact.aliena.ra. ha. † vbi alienatio rei minoris facta sine decreto, quæ non valet confirmatur superueniente maior ætate prout ibi distinguitur.de cuius intellectu not. Alexand.in consilio.cxvij. viso processu. lib.v. Bald. in consilio. xlv. incip. quandoque contractus. & consilio. clxxxiiij. ad intelligentiam. libr.ij. & Corneus Perusi. in consilio. xxxvj. in hac consultatione. lib. ij. & in consilio.ccvij.videtur prima facie. lib.iij. Et quando actus à principio nullus, ex consensu vel ratificatione superuenienti confirmetur. Roma.tradit in consilio quinquagesimosecundo.visis circa id de quo quæritur.& And.sicu. plenè in consilio septuagesimo.lib.iij. Et ad prædicta facit text.in l.prima.in fin.C. si quacunque præditus potestate.l.;si quis in senatorio.suprà de ritu nuptia, & quod notat Barol. in. l. filio præterito. colum. fina. suprà. de iniusto rupt. testa. † vbi ponit quæstionem de vsurario, qui fecit testamentum non præstita cautione iuxta cap.quanquam.de vsuris. in. vj. Nam eius testamentum, reconualescit demum præstita cautione secundum Bartol. in dicta.l. filio præterito.

cum

cum simi. vt Alexand. scribit in.l. posthu.colum.antepe nulti.C. de contratab. & est communis opinio vt Felin. dicit in capit.cum dilectus.de accu.colum.ij.Et circa prædicta considerandum est, quòd regula videtur generaliter procedere, prout loquitur: quia tractu temporis non firmatur. Sed aliud vltra tempus requiritur; & talis confirmatio facit quòd actus valeat prout nunc, & non prout tunc: vt notat Abb. per illum text. in dicto capit. iij de his quæ fiunt à prælatis.& bene facit tex.in.l.obseruare.in fin.§.de officio proconsulis. Et ideo si matrimonium fuit nullum,[a] filij nō legitimantur per dispensationem postea factam: quia dispensatio videtur conualidare matrimonium vt nunc: vt not.Bartol.in.l.Paulus. suprà de statu homi. A

¶ † Et quod dictum est, limitatur nisi actus confirmetur 13 per ratificationem: quia trahitur retro: & perinde habetur ac si ab initio consensisset. l. fin. C. ad Macedo. vbi Bar.cum simi.vt tradit Alex.in consi.cxvij.viso processu. col.ij.lib.v. Et hoc intelligitur, quando actus qui ratificatur, fuit aliquo respectu validus: secus si omnino fuit nullus: quia tunc ratificatio retro non trahitur: vt not. Bar.in.d.l.obseruare.§. de officio proconsulis. Alexā.in consi.lxxviij. viso & diligenter ponderato. col.vj.versi. quartò respondeo.lib.v. Et Aret.in consi.cxxvij. eximie domine.col.ij.& de ista ratificatione videbimus in regula semper qui non prohibet.infra eo.

A ¶ Nullum. An si dolus det causam matrimonio sit nullum. Vide Iasonem in. §. actionum. institu. de actio. col. vij in fin. Hieronymus Chuchalon.

Phillippus Decius.

NOTABILIA.

1 Matrimonium consensu, & non concubitu fieri.
2 Ex consuetudine quæ cum muliere habetur, quòd matrimonium præsumatur.
3 Respectu filiorum vt legitimi sint, matrimonium præsumi.
4 Matrimonium quòd perficiatur consensu.
5 Legatum factum alicui cum conditione si nuptias cōtrahat, quòd solo consensu videatur conditio impleta,
6 Vxor nondum cognita quòd religionem ingredi non prohibeatur.

Filius

7 Filiusfamiliâs, vtrum absque patris consensu contrahere matrimonium possit.
8 Statutum quòd filiusfamiliâs non possit cõtrahere matrimonium sine patris consensu, non valet,
9 Pater quòd possit ad tempus filio matrimonium prohibere etiã sub pœna.
10 Filius an exhæredari possit, eo quia sine consensu patris matrimonium contraxit?
11 Statutun per quod libera contrahendi matrimonium facultas tollitur, quòd non valeat.
12 Pœna exhæredationis à iure ciuili filio imposita si matrimonium contrahat absque patris consensu, non valet.
13 Fœmina si cum turpi persona contrahat & sine consensu parentum, an exhæredari poterit?
14 Exhæredatio & priuatio alimentorum, quòd à pari procedant.

REGVLA XXX. VLPIANVS.

NVPTIAS *non concubitus, sed consensus facit.*

NOTA quòd † consensus facit matrimonium, & non concubitus. ad idem text. in. §. nuptias itaque. authent. de nup. col. iiij. & in. §. illud. in auth. quib. mod. na. effi. legi. & in. l. fin. in princi. C. de repud. nam solo consensu matrimonium contrahitur. c. cum locum. de despon. in. c. sufficit. & c. matrimonium. xxvij. q. ij. sic etiam nudo consensu, sponsalia contrahuntur. l. ij. ff. de spon. in. c. tuæ de sponsa.

¶ Et matrimonium per verba de præsenti contractũ, præfertur secundo matrimonio postea contracto: etiam sequuta copula. c. fi. de sponsa duorum. Et ex isto tex. duæ conclusiones colliguntur.

¶ Prima est, quòd concubitus non facit matrimonium. Et idem dicitur in. c. matrimonium. s̃. alleg. xxvij. q. ij. & hoc videtur intelligendum, vno coitu. † Secus videtur si quis haberet consuetudinem cum muliere, quia ex tali consuetudine, matrimonium præsumiur. l. in liberæ. ff. de ritu nupti.

¶ Et hoc procedit de iure ciuili: secus est de iure canonico: quia fornicatio præsumitur vt no. per gl. in. c. illud. in versi. vxorem. de præsum. & ibi Abb. in fin. Et hoc verum intelligitur, respectu ipsorum cohabitantium: † sed respectu filiorum vt legitimi sint, matrimonium præsumitur. vt no. Abb. in. c. lator. qui fi sint legi. cum simi. vt dixi in. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. col. xvj. versi. in septimo casu.

¶ Secundò limitatur ista conclusio, nisi præcedant sponsalia de futuro: quia tunc copula quæ sequitur, matrimonium inducit. c. veniens. el. ij. de sponsa. c. is qui. & nota. in. c. fi. eo. titu.

Secunda

¶ † Secunda conclusio est, quòd consensus facit matrimonium. gloss. hîc intelligitur quòd consensus perficiat matrimonium: sed resoluitur negatiuè, quòd sine consensu non possit esse matrimonium: & ista conclusio gloss. negatiua indubitata est, adeò quòd etiam si quis expressè consentiret per verba de præsenti, si tamen animo non consentiret non esset matrimonium saltem in foro conscientiæ: vt est textus in capitu. tua nos. de sponsalibus. de quo latè Marianus scribit in consilio. xxviij.

¶ Sed dubitatio est, in conclusione affirmatiua. Et affirmatiua etiam non videtur probari concludenter, per istum textum, quia dum dicitur quòd concubitus non facit matrimonium, sed consensus: potest intelligi quòd concubitus solus, non facit matrimonium, sed consensus requitur. Et per hoc inferri non potest, quòd solus consensus faciat matrimonium. & istum sensum fortè habuit gloss. dum inquit, quòd consensus perficiat matrimonium. Et licet iste textus cauillari possit: tamen contra glossam sunt plura iura, in quibus dicitur expressè quòd solus consensus facit matrimonium. in. c. cum locum. de sponsalibus. & in. c. sufficiat. & in. c. matrimonium. xxvij. quæstione. ij. cum similibus suprà allegatis. Et per solum consensum quo ad essentiam eius, dicitur matrimonium. vt nota. per glossam finalem in. c. ex publico. de conuer. coniugat. Et tale matrimonium impedit secundum matrimonium postea contractum, etiam copula sequuta. c. fina. extrà de sponsa. duorum. Et ideo † legatum factum alicui, si nuptias contrahat statim contracto matrimonio, solo consensu conditio impleta videtur absque copula carnali, quia nuptias non cõcubitus, sed consensus facit. l. cui fuerit. suprà de conditi. & demonstra. Et quia talia sponsalia, de præsenti non possunt dissolui à partibus. c. si inter. de sponsalibus. Et isto respectu, quia contrahitur vinculum indissolubile, dicitur matrimonium contrahi solo consensu absolutè: tamen non videtur perfectum matrimonium solo consensu: vt probatur in capitu. debitum. de bigamis. in principio. vbi dicitur quòd duo sunt in coniugio: videlicet consensus animorum, & commixtio corporum: ergo non videtur quòd alterum faciat perfectum matrimonium. Et ideo absque corporum cõmixtione, non contrahitur bigamia. dicto. c. debitum. & facit textus in. c. ex publico. de conuer. coniuga. vbi textus interpretatur legem diuinam: quòd non licet viro vxorem dimittere, vt intelligatur de matrimonio, copula carnali consumpto. † Et ideo non prohibetur vxor nondum cognita

gnita, intrare[a] religionem.c.verum.c.ex publico.de con uer.coniuga.& facit tex.in.c.quod autem.xxij.q.ij.appa ret illos coniuges non fuisse. ergo patet quòd copula, ad perfectionem matrimonij requiritur. Et dicit text.eadē causa &.q. in.c. si quis desponsata. quòd ritè coniugium vocatur, quando mulier est tradita viro: ita quòd ea vtatur. Et hoc modo saluant glo. hic quæ dicit quòd consensus non perficiat matrimonium.

¶ Et cum solo consensu inducatur matrimonium (vt suprà dictum est) infertur ad quæstionem de qua superioribus diebus quærebatur, † vtrum filiusfamiliâs absque patris consensu, matrimoniū contrahere posit. Et si hoc facit, an propter hoc exhæredari posit. Circa primum, breuiter considerandū est: quòd licet de iure ciuili consensus patris necessarius sit. instit. de nupt. in princ. l. Pau. ff. de sta. homi. l. si vt proponis. la. ij. C. de nupt. Et maximè si filius duceret vxorem turpem & indignam, quo casu etiam propter hoc, exhæredari potest. l. iij. §. si emancipatus. el. j. ff. de contra tabu. l. libertus. vbi Barto. C. de nup. Secus tamen est de iure canonico, quod in isto casu attenditur vbi agitur de matrimonio. c. fin. de secū. nup. & in. ij. q. iij. §. hunc igitur. ibi: leges seculi, pręcipuè in matrimonijs, sacros canones sequi non dedignantur. & dominus Federi. in consi. xxxvj. casus talis est. Ange. in consilio. xxix. ex themate. in. j. dubio. & in consi. cxcij. super primo quæsito. in quinto dubio. Anto. de butr. in consi. xxxv. visa forma. in princ. Abb. in. c. j. col. ij. de desponsa. & in. c. j. col. j. de desponsa. impuberum. & in cōsi. lxv. ad decisionē. col. j. lib. ij. Et ideo in terminis in casu nostro, infertur quòd iura. ff. alle. de iure canonico correcta sint: quia secundum canones, filiusfa. absque consensu patris matrimonium contrahere potest: vt no. per glo. in. c. fin. xxxij. q. ij. quæ expresè hoc dicit. idem glo. penul. in. c. j. de desponsa. impub. vbi Abb. & idem concludit glo. in. l. Paulus. de statu homi. De honestate, bene requiritur consensus patris, vt nota. per glo. in. c. cum virum. de reg. in verbo paterna. & in. c. sufficiat in verbo solus. xxvij. q. j.

A ¶ Intrare. Vide textū & ibi doct. in. c. commissum. de spō. & Abb. i. d. c. ex publico. vbi ponit an ad essentiā matrimonij requiritur copula. & ponit quæstionē: si statutū sit ꝙ maritus lucretur dotem muliere decedente sine liberis, an si decedat ante copulam si lucrabitur dotē. Et adde ꝙ si vxor vel spōsa sit cognita per vim à spōso: nihilominus potest contra volūtatem spōsi religionē intrare: ita Ange. in. l. j. §. monet. ff. depo si. quem sequitur Hippo. de marsi. in. l. j. §. præterea. in. iij. co. suprà de quæstionibus. Hie. Chuchalon.

A ¶ Communem opin. Hanc etiam dicit cōem Feli.in.d.c. ecclesia sanctæ Mariæ. col.xix. ver.sed contra.& in.c.j.de spon.vj.&.vij.col.vbi Alex. dicit eam magis cōmunem & idem dicit Fran.cur in consi.hic alleg.de quo etiā per Moder. Hisp. in repe.c.per vestras.de dona.inter vi.& vxo.fo.lxxv.ver. sunt tamē qui has.col. iiij. vbi refert quasi omnes tenentes hanc opin.de qua etiam vide Ias. in.l.j.§.ii.supra de iusti. & iur.& sic patet hāc esse magis cōem à qua nō est recedendū, vt per glo.in.l. oīs diffinitio. ĩsta eo. & Bal. in.l.pēibus.C. de impube. & alijs.dicētes ad hæredes Carrocio.& Abb. c. ij.de cog.spiritua & in.c.tua nos.de vsur.vnī patet clarè an valeāt leges regni Castellæ disponētes φ si filia contraxerit matrimoniū sine patris & matris cōsensu φ nihil ex bonis parentū possit habere. de qb⁹ & alijs simile dūponētib⁹.vide moder. hisp. vbi suprà. fol. lxxiiij. & fol. lxxv.vbi multa adducit ad earū corroborationē:dicendo eas iustissimas & rationabiles:φ admitto tñ φ.d.ll.nō tollant libertatē cōtrahen.matrimo.& φ causa matrimonij nō spectet ad ecclesiā hoc nō est admittendū per ea q̃ oēs doc.suprà.alleg. dicūt.de quo adde eundē do.Philip.in.d.c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.xvj.idē etiā est dicendū de prius in.d. ll. depositis, vt subtiliter more suo concludit do.Philip. infrà in ver.venio ad secundum.& Fran.curtius in.d.consi.xxvij.Hic.Church.

sed (vt dixi) non est necessarius cōsensus patris: nec impedit validitatem matrimonij. Et secundum istam conclusionē, consuluit Abb.in consi.lxv.in prin.in.ij.lib.s̃.alle. & idē Abb.in consi.xij. vt clarè materia in primo dubio. lib.j.& idē Pet. de anch.in cōsi. xxj. pro solutione dubiorum.in secundo dubio. Et Ang.in consi.xxix.& themate. in princ.s̃.alleg. Et ad confirmationem huius conclusionis, facit. † quia nō valet statutum φ filius non possit contrahere matrimonium sine consensu patris: vt concludit Ioā.and.in.c.statutum.el.j.in versi. & facit decretalis ad quæstionem.in fin.de hære.in.vj. dicens quòd correctæ sunt leges quæ requirunt consensum patris & matris filiorum: vnde à fortiori non debet valere statutum.& sequitur Domi.ibi & Alex.Abb.in.c.ecclesia sanctę Marię. col.viij.in ver ad prædicta adde.de cōsti.& in.c.j.de spōsa.& in consi.xij.lib.j.s̃. alle.cum simi.vt tradit Alex. in cōsi.j.col. vij.lib.iij.& in rub.s̃.so.ma.col.fi.& in.l.Seius & Augerius.col.j.s̃.ad leg.fal.vbi refert se ita cōsuluisse: & ita consuluit in cōsi.xcvij. principalis dubitatio. lib.j. Et licet statutum videatur esse rationabile: vt no. Bal. in rub.de consti.col.fi.& in.c.clerici.col.j. de iudicijs. in.c. tenor.in fi. de re iudi & in.l. oēm matri suæ.C. ad tertu. in.l.j.§.ius naturale.s̃.de iusti.& iure. And.sicu.in consi. vlti.in.iij. lib. Tamē non sufficit rationē subesse, ex quo deficit potestas: quia in quolibet actu, voluntas & potestas requiritur.c.cum super. de offi. dele.l.cum in te.vbi Bal. C. de dona. ante nuptias. & in.l. nolle.vbi Bal.s̃. de acqui.hær. cum simi. & cōmunem opinionem [a] ipse Bal.

sequitur

ſequitur in.l.nemini.C.de iudi.in.c.pe.in fi.de conſti.cum ſimi. vt nouiſsimè latè deſcribit Fran.de curte in cõſi.xxvij.magnificus vir.in primo dubio.Et ita ex omnibus ſupradictis cõcludendũ eſt, indubitanter valere matrmoniũ quod abſq; conſenſu patris contractũ fuit: †illud tamen notá,quòd pater poteſt ad tempus ſub pœna filio matrimoniũ prohibere.l.ſed ſi hoc ſpecialiter.§.fin.de condi.& demon.vbi Bar.& Imo.& Areti.in conſi.lxvij.diligenter & maturè.col.ij.

¶ †Venio ad ſecundum,an filius exhæredari poſsit, ex eo ꝙ ſine cõſenſu patris matrimoniũ contraxit? Et prima facie videbatur dicendum ꝙ ſic:quia ita decidit Pau.de caſt.in.l.ſi filiã.C. de inoffi.teſta.vbi per illũ tex. dicit ꝙ filia quæ nubit ſine conſenſu patris, exhæredari poteſt. Ita à contrario ſenſu ibi colligitur. Et idem dicit Pau. de caſtr. ibi etiam in filio.argu.l.iij.ſi emãcipatus.el.j.s̃.de contratabu.quia licet valeat matrimonium contractum ſine cõſenſu patris,prout canones dicunt:vt.s̃. proximè dictum eſt ius canonicũ ſolum diſponit de fœdere matrimonij & nõ de iniuria quę patri illata videtur.Et ad hoc quod no.Bar.in.l. adijcimus.C.de murileg.lib.xj. in fi.vbi inquit quòd licet ſtatutum nõ poſsit prohibere matrimonium ,quia eſt res ſpiritualis & de iuriſditione eccleſiæ. Tamen valet ſtatutum quo ad hoc vt contra facientes puniantur.Et ita videtur eſſe in caſu noſtro:quia honeſtas maximè ſuadet, quòd conſenſu patris matrimonium contrahatur:vt not. per gloſ.in.c. cum virum.de regu.cum ſimi.s̃. allega.Et facit quod not.Bald.in rub. extrà de conſue.col.pe. dicens ꝙ conſuetudo poteſt pœnam imponere rei licitæ: puta matrimonio ſi ex eo ſequatur illicitum. Et idem tradit Bal.in.l.omnes.C.ad Tertu. vbi tenet valere ſtatutũ quod pœnam imponit filijs contrahentibus matrimonium ſine conſenſu patris:quia non vetat ſubſtantiam matrimonij,ſed punit malos mores.

¶ Sed prædictis & ſimilibus quę adduci poſſunt nõ obſtantibus,cõtrarium de iure videtur:quod propter tale matrimoniũ filius nullo modo exhæredari poſsit:quia cũ matrimoniũ permiſſum ſit de iure canonico, vt.s̃.concluſum fuit. Quod fit lege permittente, pœnã non meretur.l. Gracchus.C. de adult.xxiiij.q.iiij. in.c. qui peccat.& in terminis Abb. cõſuluit in cõſi.xij.vt latè materia.col.ij.verſi. ſed dubiũ imminet.li.j. vbi dicit,iſtam nõ eſſe iuſtam cauſam exhæredationis:quia cum de iure canonico matrimonium debeat eſſe liberum, non debet per iſtam pœnam exhæredationis reſtringi : & inducit deciſionem Ioan.and. in.d.c. ſtatuto.de hæred.in.vj.& idem Abb.in c.j.de.ſponſa.col.ij. ſicut enim

m 2

pœna conuentionalis in matrimonio reprobatur, ne libertas matrimonij impediatur. l. titia. in princi. ff. de verbo. obliga. Et cum à iure canonico permittatur matrimonium absque consensu patris, quia vult matrimonium gaudere omnimoda libertate. c. cum locum. c. gemma. de sponsa. & eadem ratione pœna exhæredationis remota videtur: quia cessante prohibitione matrimonij, cessat effectus: & tollitur pœna quæ in casu prohibitionis erat statuta: vt dicit textus in. c. non debet. de consanguin. & affinit. Et vbi non est delictum, pœna cessare debet. l. sancimus. C. de pœnis.

¶ Et ideo filia quæ contraxit matrimonium absque consensu patris (prout canones permittunt) non prohibetur dotem petere: vt not. per glo. in. c. fin. xxxij. q. ij. in glo. prima. versi. sed nunquid. & . xxxvj. q. j. in c. de raptoribus. in glo. in verbo excusata: & pari ratione videtur, quòd filius nullo modo exhæredari posit: vt suprà dictum est secundũ Abb. in consi. xij. lib. j. suprà allegato. Et hoc idem in terminis tradit Pet. de ancha. in consi. xxj. pro solutione dubiorum in secundo dubio. dum inquit quòd pœna quam canones concedunt filijs & filiabus liberam facultatem contrahendi matrimonium absque consensu patris, non videtur quòd talis facultas metu pœnæ per leges coarctari posit. Et propter hoc concludit, quòd filij tali casu non debent priuari hæreditate patris, naturali iure illis debita, vt latius ipse ibi prosequitur. Et decisionem Pet. de ancha. latè comprobat Alexan. qui in simili casu consuluit in consi. xcvij. principalis dubitatio. lib. j. vbi concludit † non valere statutum, quod imponit pœnam filijs contrahentibus matrimonium sine consensu patris: quia à tali statuto aufertur libera facultas contrahendi matrimonium. l. cum tale. §. rescriptum est. ff. de condi. & demonstra. vnde sicut nõ valet statutum, quod tali casu prohiberet matrimonium: pariter non debet valere statutum quod pœnam imponit contrahentibus matrimonium: quia vbi non potest aliquid directò & principaliter prohiberi, non potest etiam conditionaliter & per indirectum prohiberi: vt no. Bar. per illum tex. in. l. Seius & Augerius. ff. ad legem falc. & per illum tex. dicit Bal. in. l. j. C. de indi. vidui. tol. quòd si non valet statutũ prohibitorium, ergo nec pœnale, quia pœna legis nunquam potest incipere à permissis. argu. l. ab administratione. C. de leg. Et no. etiam Bal. in. l. omnes populi. col. vj. versi. sed nunquid statutum inualidum. ff. de iusti. & iure. Dicens quòd qui non potest disponere simpliciter, non potest disponere pœnaliter. Et quòd in adiectione pœnæ maior potestas re

1

stas re

ſtas requiritur, quàm in diſpoſitione principali. Et in propoſito bene facit gloſſ. not. in. c. de tutelis. xxxvj. q. ij. in glo. fi. quæ voluit, quòd ſicut non valet prohibitio legis ciuilis, quæ prohibet mulierem raptam matrimonium cõtrahere cum raptoribus. c. pen. de raptoribus. ita pariter non valet diſpoſitio iuris ciuilis quæ pœnam imponit mulieri contrahenti matrimonium cum raptore: quia cum prohibitio ceſſat, etiam pœna ceſſare debet, vt glo. ibi dicit. Et iſta ratio pariter in caſu noſtro concludit.

¶ † Vnde concludendum eſt, quòd pœna exhæredationis impoſita à iure ciuili non habeat locum.

¶ Non obſtãt allegata. ſ̃. in contrarium: quia reſponſio ex ſupradictis colligitur. Nam dictũ Pau. de caſt. in. d. l. ſi filia. non eſt verum. & contrarium tenent Pet. de ancha. & Abb. in conſi. ſ̃. alle. Et rationes contra Paulum, ſunt efficaces, vt patet ex prædictis.

¶ Non obſtat texus in. l. iij. §. ſi emancipatus. de contra-tabu. quia vt dicit Barto. ibi ille textus hodie non habet locum & no. Imo. in. c. accedens. col. fi. ver. & per prædicta. de procurato. Alexander in. l. j. colum. x. ſ̃. ſol. mat.

¶ † Et quamuis plerique dicant, ꝙ filia etiam hodie ſine poſsit exhæredari duobus [a] concurrentibus. videlicet ꝙ ſine cõſenſu patris contrahat matrimonium: & cũ turpi perſona: vt gloſſ. ſentit in. c. de raptoribus. xxxvj. q. j. ver ſicu. excuſata in fin. & vt not Bald. in. l. nec filium. C. de nupt. & in. l. ſi pater. C. de ſponſa. Anto. de butr. in dicto c. accedens. de procur. Et Pe. de anch. in conſi. xxj. ſ̃. alle. col. ij. hoc haberet locum ſecundum iura antiqua: & ita doct. loquũtur in locis præalle. qui allegãt tex. in. d. l. iij. §. ſi emancipatus. ſed hodie ille. §. eſt correctus: vt. ſ̃. dictum eſt. Et quia ſecundum iura canonica, quæ attenduntur, hoc non videtur verum. quia matrimonium à iure ciuili prohiberi non poteſt, nec pœna imponi per ea quæ ſuprà dicta ſunt: quæ omnia habent locum etiam ſi cum turpi perſona contractum ſit matrimonium: quia eſt defectus poteſtatis: vt ſuprà dictum eſt. Et iſta etiam ratio militat concurrentibus his duobus, cùm iura ciuilia

A ¶ Duobus. hanc ſequebatẽ Soci. in tracta. fallẽ. in reg. cclxxxj. de quo vide Iaſ. in authẽ. ſed ſi poſt. C. de inofficio. teſtament. vbi refert omnes tenentes hanc opinionem. finaliter tamen tenet cum domi. Philip. hic. Hierony. chuch.

in tali materia non habeant poteſtatem.

¶ Non obſt. dictum Bar. in. d. l. adijcimus. de murilegu. lib. xj. quia non eſt verum per ſupradicta. & contra Bar. tenet Io. de pla. in. d. l. adijcimus vbi allegat Io. and. in. d. c. ſtatutum. de hæreti. in. vj. cuius opi. communiter tenetur, vt Alex. concludit in. d. conſi. xcvij. lib. j. vbi alios plenè refert in. iij. col. & latius ſcribit Fran. de curte in conſi. xxvij. in. j. dubio ſ. allega. Et hoc modo etiam reſpondetur ad alia. ſ. alleg. in contrariũ.

¶ Et ſi ex omnibus ſupradictis, cõcluſio eſt, quòd filius qui accepit vxorem ſine conſenſu patris, propter hoc non poteſt exhæredari. Et pari ratione non poteſt priuari alimentis, quia rationes ſuperius alle. etiam militant in alimẽtis: † & quia à pari procedunt exhæredatio & priuatio 1 alimentorum: vt not. Bar. in l. ſi quis ex liberis. §. ſi quis ex his. verſi. idẽ iudex. in ver. detuleras. ſ. de liberis agno. Et idem Bart. in l. diuus. ſ. de parici. & in l. fi. C. de alen. lib. in prin. & per glo. in. §. ſiue igitur. in verſ. habere. in authen. vt cũ de appel. cog. & idẽ Bar. in tractatu. de alimen. col. ij. ver. quæro an ex cauſis. & Abb. in. c. cum haberet. col. fi. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adul. Et ex his expedita ſit iſta lex.

¶ Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Factum, non eſſe factum, eſt impoſsibile.
2 Mulier corrupta & violata, reſtitui non poteſt.
3 Per viam fictionis, quòd facta pro infectis haberi poſsint.
4 Fingi quandoq; eum qui mortuus eſt viuere.

REGVLA XXXI. VLPIANVS.

VERVM EST *neq; pacta, neq; ſtipulationes factum poſſe tollere: Quod enim impoßibile eſt, neq; pacto, neq; ſtipulatione poteſt comprehendi: ut utilem actionem, aut pactum efficere poßit.*

NOTA † quòd impoſsibile eſt factum non eſſe factum. ad idem tex. in. l. in bello. §. facto. in prin. ſ. de cap. in l. ſi ita quis. ſ. de euic. & in l. j. §. ſi vir. ſ. de acqui. poſ. & in authen. de æquali. dot. §. j. ver. quæ igitur. vbi dicitur quod enim factũ eſt, infectũ manere impoſsibile eſt: adeò quod nec Deus ipſe facere poteſt, quod illud quod ſit factum non ſit factum: vt not. Bar. in l. non dubium. col. iiij. C. de legi. vbi alleg. tex. noſtrum hic. & idẽ not. Bald. in l. fi. circa. ver. his autem factis. C. de leg. & in l. ex his. in fi. C. de teſta. mili. latè tradit Soci. inferendo ad pulchram quæſtionem. in conſi. cij. in præſenti conſultatione. Et facit quod not. Bald. in. l. eã quã. col. x. ver. circa quintum. C. de fideicom. Et ideo dicit tex.

in l. j.

in l.j.in prin.C.de rap.virgi.† quod mulier corrupta & violata, restitui non potest. Et gl.ibi in ver.non potest: dicit, quod etiam Deus facere nõ potest quod illa quæ fuit corrupta, non sit corrupta: licet enim omnia Deus possit: suscitare tamen virginem non potest post ruinam: vt dicitur in.c.si Paulus.xxxij.q.v.

¶ † Et istud verum est, veritate inspecta: sed per viam fictionis facta pro infectis haberi possunt: quantum ad effectum iuris: vt not. Bart.in l.non dubium.col.iiij.& est glo.notabilis.in clemẽ.j.de immuni.eccle.in ver. pro infectis.cum simili.vt dixi.in.c.si.col.ij.in fi.de constitu. Et ad idem tex.in l.nõ dubiũ.C.de legi.vbi pacta cõtra leges, pro infectis habẽtur.

¶ Nec obstat quod est impossibile, quod factum, non sit factum: vt hîc dicitur, ibi: impossibile est.cum simi.§.alleg.nonvidetur quod per fictionem contrarium induci possit: quia fictio non habet locũ super impossibili.l.qui ad certum.vbi Bar.§.loca.l.certè.in prin.§.de preca.

¶ Quia respondetur vt declarat Bart.in l.sub conditione.§. de sol.col. j.quòd lex non potest fingere illud, quod est impossibile in suo genere: vt quod filius sit maior patre vel quòd furiosus consentiat. sed bene fictio habet locum in eo, quod est impossibile in aliquo casu particulari. Et satis est, quod possibile sit in suo genere.

¶ Vnde fingitur quandoq;, quod ille qui mortuus est viuat.l.si.§. de va. mune.in prin.l.bello admissi.§.de excu.tuto. Et licet impossibile sit ꝙ mortuus viuat, † satis est ꝙ possibile sit in genere ꝙ homo similis viueret: vt latius declarat Bar.in l.si is qui pro emp.col.xv.ver.iij. principaliter quæro.§.de vsuca. Et Alexan.refert in.d.l.j.§.si vir.de acqui.possess.

¶ Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Seruus, tabellio esse non potest.

2 Argentarij officium, quòd publicam causam habeat.

REGVLA XXXII. VLPIANVS.

QVOD attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur: non tamen & iure naturali: quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

DE ISTA regula dictum fuit in l.in personam.§. eo. solum adde ꝙ seruus † non potest esse tabellio.l. generali[a].C.de tabula.lib.x.obstare tamen videtur: quia seruus potest esse argentarius.l. prætor ait.§. sed & si seruus.§. de eden. Et † tamen officium argentarij, publicam habet

A ¶ Generali. Vbi latissimè Io.de platea & qua pœna puniatur dñs qui permittit seruũ sumere tabellionis officium ibi: in prin.l.

causam: vt dicitur in l.argentarius.in prin.ff.de eden. potest dici quòd tex in.d.l.generali.procedat ex noua prouisione illius legis. quia tex.dicit deinceps:& sic decætero: vnde videtur præsupponere quod secundum iura digestorum potuisset seruus esse tabellio.& ad istam regulam vide aliã regulã quæ habetur.j.eo.in l.in omnibus officijs.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Causa lucratiua dicitur quando agitur de hæreditate & donatione causa mortis.

2 Quod titulus hæreditatis lucratiuus dicatur, in quibus locum habeat?

3 Quando hæreditas est soluendo, tunc habere dicitur causam lucratiuam. limita vt nu.4.

5 Lucratiua causa, quando dicatur?

6 Lucrum dotis, an dicatur causa lucratiua?

7 Donatio quando sit prohibita, inter virum & vxorem.

8 Causa lucratiua vel onerosa, quòd ab origine debeat iudicari.

REGVLA XXXIII. POMPONIVS.

IN EO *quod uel is qui petit, uel is à quo petitur lucri petiturus est, durior causa est petitoris.*

DE ISTA regula videbimus.j. eod. in reg.l. in pari. vbi melius cadit.

¶Sed quantum ad causam lucratiuam, de qua loquitur iste text.

Lucri & damni, interdum ratio diuersa.

¶Sciendũ est quod sæpenumero alia ratio damni,& alia ratio lucri habetur in l.proculus.in fi.ff.de dam.infec.l. si is cui.§.fi.ff.de fur.l.fi.§.licentia.C.de iu. delibe.l. fi. C. de codi.l.qui autem.in prin.ff.de his quæ in frau.cred.l.cum hic status.§.si maritus.ff.de do.inter virum.

A ¶Lucratiuas causas enũerat Spieg. ĩ suo Dictionario esse, hæreditas, legatum, fideicõmissum, mortis causa donatio, & alia quæ relinquũtur in vltima volũtate. Petrus Corue.

¶Et hoc intelligitur, nisi lucrũ radicatũ sit: quia de tali lucro idẽ quod de dãno iudicatur: vt per gl.in l.j.§.si qs propter.in ver.in integ.restitu.ff.de itine.actuq; priua.& no. Bal.post Cy.in l.cũ te. C.de dona.ante nup.Bald. Ang.& Imol.in l.nõ amplius.§.j.ff.de leg. j. cũ simi. vt tradit ibi Alex.& in l.iij.ff.de dam. infec.in prin.in l.ij.§.fi.ff.qui satisda.cog.& in l. cũ emptor.ff.ad.l.fal.& in consi.lxxxix. viso puncto.col.penul.lib.ij.

1 ¶ †Et de lucro agitur,& causa lucratiua dicitur[a], quod agitur de

tur de hæreditate & donatione causa mortis vel inter viuos vel de relictis in vltima volũtate.l.j.§. lucratiuas verò.C.de imponen. lucra. descrip.lib.x.facit tex.in l.si hæreditatem.ff.manda.

¶ Et quod titulus hæreditatis dicatur lucratiuus:probatur in l.inter stipulantem.§.si rem.de verbo. oblig. in l.fi.§.penul.C. de codicil.in.§.si verò expectet.vbi Ang.in authen.de nup.& not.Alex.in consi.cij.super eo de quo quæritur.col.penul.lib.iij.

¶ †Et hoc habet locum,non solum in hæreditate extranei,sed etiam in hæreditate ascendẽtis.tex.cum gl.in l.si emancipata.C.de iu.& fa.igno. Et ita hoc ampliando Alex.dicit in.d.l. inter stipulantem.§. si rem.

¶ Et de hæreditate intelligitur, † qñ hæreditas est soluendo tũc habet causam lucratiuã:aliâs secus:vt no.Alex.post Dyn.& Ang. in.d.l. inter stipulantem.§.si rem.per.l.si seruus legatus.§. item si domino. de leg.j.

¶ Et hoc videtur verum,†quando à principio constat hæreditatẽ non esse soluendo prout loquitur tex.in.d.§.item si domino. aliâs secus videtur: † quia quando causa trahit originem[a] à lucro, licet quandoque damnum afferat,lucratiua dicitur. gl. no.vbi Imo.in l.si duo.de acqui. hæredi.in glo.penul.

¶ Similiter quod acquiritur ex causa pœnæ acquisitum dicitur ex causa lucratiua:vt not.Bart.in l.meuius.§.duobus.col.penul. de leg.ij. Idem Bald.in l.nec damnosam.in.ij.oppo.C. de preci.impe.offe.facit tex.in l. seruus ea lege.in fi.ff.de ser.expor.& quod not.Bal.per illum tex.in l.milites.in fi.C.de testa.mili.

¶ Similiter acquisitũ in ludo,dicitur ex causa lucratiua acquisitũ:vt no. Bal.in l.j.circa fi.in versi.extra quæro.C.si quid in frau.patro.

¶ Et acquisitũ modico pretio,dicitur acquisitum ex causa quasi lucratiua.gl.not.in l.apud celsum.§. de autoris.in ver.causa.ff. de excep.doli.

¶ †An autem lucrum dotis,quod facit maritus ex forma statuti dicatur ex causa lucratiua:glo.not.in l.si donatarius.§.j.in ver. duntaxat.ff. de condi.ob cau.tenet ꝙ non.Sed ex causa onerosa acquisitum dicitur:quia propter onera matrimonij acquiritur.& Bald.ibi & doct.alij communiter sequuntur vt Alexand.ibi dicit.

¶ Et idem Bald.in l.cum multa.C.de dona.ante nup. col.ij. in authen. præterea.col.penul.ver.præterea non est verum.C.vnde vir & vxor. & in l.hac edictali. col. iiij. C. de secund.nup.& idem Bal.in consi.lxiiij.duo sunt.lib.iij.in fi.& est bonus tex. in l.j. §. lucratiuas.ver.si verò.de impo.lucra.describ.lib.x.

A ¶ Originẽ. vide ĩfrà.nu.8.

¶ Sed tamen aduertendũ est, quòd prædicta videntur procedere, in spe cta causa remota. Sed causa ꝓxima & immediata huius lucri, est vir ipse: & matrimonium: vt not. Bald. in authen. ex testamento. col. x. versi. xiij. capitulũ. in fi. C. de colla. Et pro dicto Bald. est tex. in l. cum quis. ff. de dote præalleg. in. §. j. vbi dicitur ꝙ matrimonij causa id lucratus est. & per illum tex hoc tradit Bald. nouellus in trac. de dote. in vj. parte. in xxxvij. priuilegio. col. iij. Et ista causa proxima attenditur: vt no. Bal. in d. authen. ex testamento. in loco præal. alle. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulg.

¶ Et ista ratione: quia causa immediata attenditur. tale lucrũ dotis, aduentitium dicitur: vt not. Bart. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. in fi. ff. sol. mat. per tex. in l. j. vbi Bal. in fi. C. de bo. quæ lib. Idem Bal. in l. si donatarius. §. j. in prin. ff. de condi. ob. cau.

¶ Et certè cũ tale lucrũ marito acquiratur immediatè absq; aliquo onere, ex causa lucratiua acquisitũ videtur: quia causa onerosa dicitur, quando onus est causa acquisitionis: vt in emptione cõtingit. l. apud Celsum. §. de autoris. ver. si quis autem. ff. de excep. doli. Et ideo in dote dicitur causa onerosa. l. ex promissione. ff. de act. & obli. quia dos datur pro oneribus. C. de iu. do. l. dotis fructus. ff. de iu. do. l. dotem. ff. de cast. pecu.

¶ Non sic videtur in tali lucro statuti, quod marito defertur: quia ipse etiam absq; tali lucro cogebatur onera matrimonij subire: & videmus ꝙ tale lucrum acquiritur etiam marito qui onera matrimonij non sustinuit: vt not. Bar. in l. nihil ff. re. amot. Bal. in Deo nobis. per illum text. C. de episc. & cle. in l. non sine. C. de bonis quæ lib. cum simi.

¶ Et ꝙ tale lucrum ex causa lucratiua dicatur procedere: expressè tenet Ange. in auth. de nup. §. ascriptio. Et ad hoc facit, † quia donatio est prohibita inter virum & vxorem, quando donans pauperior efficitur: non autem si lucrũ remittitur. l. sed & si vir. §. quod legaturus. l. cũ hîc status §. si maritus. el. ij. versi. si miles. ff. de dona. inter virum.

¶ Et ideo tale lucrum, remitti potest vxori per maritum: quia causam habet lucratiuam: vt not. concludit And. sicu. in consi. lix. illud in medio. col. ix. lib. ij. idem dicit Alexan. in l. si socer. §. lucius. ff. soluto matrimo. & idem concludit Soci. in consi. cxiiij. viso testamento. col. ij. versi. ad secundam rationem.

¶ Et ex decisione istorum, concludendũ est tale lucrũ statuti procedere ex causa lucratiua: attenta causa proxima quæ inspicitur: vt dixi. Et al leg. ff. in contrariũ, possunt habere locum considerando causam remotã

quæ non

quæ non attenditur.l.socium qui in eo.§.pro socio.

¶ †Non obst.quòd causa lucratiua vel onerosa, debet iudicari ab origine:secundum glo.in dicta.l.si duo.§.de acqui.hæred.

¶ Quia illud procedit quando causa de sui origine & natura, habeat causam lucratiuam.Nam licet accidentaliter damnum occurrat,non attenditur prout est in hæreditate: de qua illa glo. loquitur: non sic videtur in lucro statuti:quod de sui natura causam habet lucratiuã per supra dicta.Et ideo secundum principalem eius naturam,iudicari debet.arg. l.si quis nec causam.supra si cer.peta.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 In contractibus primò attendi,quod à partibus actum est.
2 Iustum est magis voluntates contrahentium inspicere, quàm verborum conceptionem.
3 Propositum in mente retentum,quòd nihil operetur.
4 Quòd à verbis recedatur,quando aliter constat de mente disponentis.
5 Ex loquella hominis,eius animum indicari.
6 Actum etiam illud videtur,quod tacitè intelligitur.
7 Actum videtur illud,quod ex qualitate rei colligitur.
8 In contractibus si non apparet quod actum sit,ad consuetudinem recurri.
9 In consuetudinibus,vltimam attendi.
10 Doctor conductus,quòd videatur conductus secundum consuetudinem studij.
11 Notarius quòd rogatus videatur,vt clausulas consuetas apponat.
12 Quòd quælibet dispositio,à consuetudine dispositionem recipiat.
13 Clausula codicillaris,quòd apposita videatur de voluntate testatoris.
14 Notarius potest in instrumento dotis apponere hypothecam, de qua contrahentes nihil dixernnt.
15 Pœna quòd apponi possit in contractu, quia consuetum est pro obseruatione contractus,pœnam apponi.
16 Iuramentum,quod ratione consuetudinis in contractu apponi posit.
17 Facultas extendendi contractum secundum consuetudinem loci, habet locum in notario qui rogatus fuit.

REGVLA XXXIIII. VLPIANVS.

SEMPER *in stipulationibus & in cæteris contractibus, id sequimur quod actum est:unde si non appareat quid actum erit, consequens est ut id sequamur quod in regione in qua id actum est, frequentatur.Quid ergo si neque regionis mos appareat, quia uarius fuit, ad id quod minimum est,redigenda summa est.*

NOTA †quod in contractibus,primò attenditur quod actum est, à partibus.ad idem text.in l.sed Celsus.§.si fundus.de contrahen.emp.

vbi

A ¶ Dictum est. Quid in matrimonio. vide tex. & ibi not. in.c.tua nos.de sponsali.

vbi dicitur quòd in contractu, potius id quod actum est quàm id quod dictum est[a] sequi debet. Et in contractibus A veritas rei potius, quàm scriptura perspici debet, vt dicitur in l.j.C.plus vale.quod agi.& in l.iij.eod.tit.vbi dicitur nõ quod scriptum est: sed quod gestum est inspicitur.
¶ † Iustum est enim voluntates contrahentium magis, 2 quàm verborum conceptionem inspicere: vt dicitur in l. fina.in prin.C. quæ res pig. obli. pos. ad idem tex. in l.in conuentionibus.ꝟ.de verb.sig.in l.promittendo. in prin.ꝟ.de iure dot.
¶ Et prædicta procedunt, quando constet de volũtate & apparet quod actum est vt hîc dicitur. Secus si non apparet: quia tunc plus valet scriptura, quàm quod actum est.l.si alij.in fi.ꝟ.de vsufru.lega.qui tex.ita intelligitur: vt declarat Barto. post gloss. in l. in ambiguos. suprà de rebus dubijs.
¶ † Et ratio est, quia propositum in mente retentum, nihil operatur.l.si 3 repetendi. C. de condi. ob cau. Et non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat. l. quidam cum filium. vbi Bald. & Imol.ꝟ.de hæred.insti.
¶ Et est communis doctrina, quòd receditur à verbis quando aliter con 4 stat de mente disponentis vt not.in l.non aliter.in prin.de leg.iij.& latè tradit Barto. in l.non dubium. colum.ij. ver. secundum dubium est.C. de legi.Bald.in l.iurisgentium.§. pactorum. ꝟ. de pac. Ang.in consil.ij. præmitto primo.col.ij.Areti.in consil.lxvj.viso puncto.col.j.in singu. Alexand.in cõsil.cxvj.animaduersis statutis.col.iij.lib.ij.sic ergo si non apparet quod actũ est: non est recedendũ à verbis: & actũ videtur quod ex verbis colligitur: quia videtur quis habere voluntatem, prout verba sonant.l.Labeo.§.idem Tubero. de supelle.lega. & in l.nepos proculo. de verb.signifi.& id loquitur quòd ex his quæ significãtur sensit.& ideo à verbis contractus non est recedendum.l.si quis stipulatus sit stichum. de verb.obli.l.fideiussores magistratuũ.ꝟ.de fideiusso.quæ iura ad hoc alleg.Pau.de cast.in consil.ccxxvij.super primo.& in consi.clxj.in præsenti causa.ad idem.tex.in l.fi.C. communia vtriusq; iudi. vbi tenor stipulationis inspicitur. Et in stipulationibus, verba ex quibus obligatio oritur inspicienda sunt.l.si ita stipulatus.§.grisogonus.in fi.ff.de ver.obli.
¶ † Et ex loquela hominis, eius animus iudicatur: vt not. Bald. in l. sed & reprobari.in prin.ꝟ.de excu.tuto.
¶ Et verba cõtractus, sunt forma contractus: quæ forma dat esse rei: vt no.Bal.in l.quoties.col.ij. C.de suis & legit. & nullum est magis nostræ mentis

mentis testimoniũ, quàm qualitas inspecta verborum: vt Bal.dicit in.c.j.de testi.cũ simi.vt tradit And.sicu.in cõsi. lvj.lib.ij.in consi.ix.col.penul.lib.iij.in consi.xx.col.pe. eo.lib.iij.& in consi.xlij.col.iij.in eo.lib.

¶ †Similiter actum videtur etiã illud,quod tacitè intelligitur: vt not.Bar.hîc.per.l.cũ quid.ff. si cer. pet. vbi hoc probatur in his quæ sunt de natura cõtractus: illud tamen nõ videtur propriè ex conuentione contrahentiũ.Sed potius ex prouisione legis: quia tex. dicit agi intelligitur & pro cauto habetur. & declarat illũ tex. Aret. in l. iiij.§. Catho.col.xiiij.de ver.obli.facit quod not.Bar.in l.cum stipulatus.de verb.obli. vbi concludit,quòd oblig.ad interesse quæ tacitè in obligatione facti intelligitur,non dicitur ex dispositioue hominis sed legis.

¶ †Item actũ videtur illud,quod ex qualitate rei colligitur: vt no.Bar.hîc post gl.no.& ad idẽ gl.& ibi Bar.in l.j. §.qui superficiẽ.ff.de superficiebus in verbo agẽdo: quæ dicit ꝙ ex qualitate pretij,colligitur an fuerit vẽditio vel locatio.& no.Bar.in l.patronus.§.j. col.ij.de leg.iij. Pet. de anc.in cõsi.ccccij.pluribus rõnibus.co.ij.Alex.in cõsi. xxvj.consideratis verbis.lib.iiij.& Aret. in cõsi.vj.viso in strumẽto visionis.col.pe.Et quãdo in fine instrumenti dicitur,actum in tali loco: verbũ illud actum,rem perfectã significat.Pau.de cast.in consi. cciiij.ad primũ quæsitum. Bald.in l.quod sine.C.de testa.

¶ †Secũdò colligitur hîc,quòd in cõtractibus si nõ apparet quod actũ sit (secundũ supradicta) recurritur ad consuetudinẽ:[a] videtur tamen ꝙ in primis cõsuetudo ipsius contrahentis inspiciatur.l.vel vniuersorũ.ſ.de pig.act.l. qui semisses.ſ. de vsuris. & in l. hæredes palam.§.si quid post.in fi.ibi: ex consuetudine patrisfamiliâs vel regionis. ſ.de test.& in l.si seruus plurium.§.fi.de leg.j.ibi: ante omnia ipsius patrisfamiliâs consuetudo: deinde regionis.

A ¶Consuetudinem. Quid si sit talis consuetudo,quę sit cõtraria legi derogatoriæ ipsius consuetudinis, an eo casu ad cõsuetudinẽ recurrendum sit? vt hîc.& distingue vt per.d. Bal. nouellum in tracta.suo de dote vbi multa tradit in tracta. diuer.doct.volu.v.artic.xiij. & vlt.nu.18.& 19.Pet.Corue.

¶ Vnde concessio facta ab ecclesia,videtur facta secundũ consuetudinem ecclesiæ cõcedentis: vt no.Alex.in consi. cxxiiij.consideratis his.col.ij.lib.v.

¶ †Et consuetudo vltima, attenditur.l. Mella. §. quid

ergo

ergo. de alimen. & ciba.leg. & tradit Alex. in consi.v.si vera sunt.col.fin.lib.v.

¶ Sed cessante consuetudine contrahentis, secundum cō suetudinem loci contractus interpretatur: vt hîc dicitur. ad idem tex. in.l. quod si nolit. §. qui assidua.ff. de ædil. edict.& in.l.si fundus.ff.de euic.in.l.si prius.§. placuit.ff. de aqua plu.arcen.& in.c. cæterum.de dona.& no. Bart. in.l.fi.in prin.ff.de his quæ in frau. cred. & in l.si procurator.in prin.ff.de iur.fisc.

¶ Et ideo † doctor conductus, videtur conductus secun 1
dum consuetudinem studij: vt no.Bar.in.l. nemo est qui nesciat.ff.de duobus reis.Et magistratus, etiam videntur creati secundum consuetudinem: vt not.Bart.in.l.magistratus.in princi.ff.ad muni.

¶ † Et notarius rogatus videtur, vt apponat clausulas cō 1
suetas[a] vt no.Bal.per illũ tex.in.l.fin. C.de fideiusso.

A ¶ Cōsuetas. Vide Paul. de cast.i. l.j. ff. de iuris. om. iudi. et latissimè per Alexan. in.l. si finita. de dam. infec.Barb.in consi.ix. colũ. pen.in.iiij.vol. & Ias.in.l.gallus.§.idem credendũ. de libe. et posth.et do. Philip.in.c.cũ M.hic alle.co. ij.i.v.not.Hie. Chucha.

¶ † Et generaliter quælibet dispositio, recipit dispositio 1
nem à consuetudine, vt est dictũ Inno.in.c.olim. de ver. sig.& sequitur Abb.in.c.certificari.de sepul.cũ si.vt latè congerit Feli.in.c.cũ.M.col.iij.&.iiij.de consti.

¶ Et prius Alexan.in.l. huiusmodi.in prin.de leg.j.& in consi.xxvij. in causa & lite.lib.ij.& in consi.cvij. pro inuestigatione.col.pen.eo.lib.ij.& in consi.xxxvij.viso dicto instrumento. col.ij.lib.j.C.& And.sicu.in.c. quo ad translationem.char.iij.de offi.leg. & in consi.v.col.pen. lib.j.& in consi.vij.col.ix.& in consi.xiiij.co.pe.in consi. xxxvij.col.v.in consi.lj.col.iij.in.ij.lib.Et adde tex.in.l. item eorum.§.decuriones.ibi: secundum consuetudinem locorum.& idem no.tradit Bar.in.l.Paulus.la.j.in prin. ff.de solu.& no. Ange. in consi.lxxxv. ex themate.Bal.in l.ita demum.§.fi.ff.de arbi. in.l.si certis annis.colum.iij. versi.credo autem.colum.fin.C.de pact.Rom. in consi. xciiij.visis his.col. fin. & Ange.in consi.clxxxiiij. ex forma & serie. col.j. in fin. vbi allegat text. nostrum hîc. & Bal.in consi.cxxxj.tres sentētiæ. lib.j.Cuma. in consi.ij. proponitur.colum.ij.& Socinus in consi.xciiij. præstantissimi.colum.iij.

Et ex

¶ Et ex prædictis infertur, ꝙ† clausula codicillaris videatur apposita de voluntate testatoris: ex quo consuetum est quod apponatur contra Bar.in.l.j. in.vj.q.s̃. de iure condi. Ita And.sicu. concludit in.d.c. quo ad translationem.de offic. deleg. & Alexan. in consi.j.col.ix.in princi. lib.v.& facit quod no.Bal.in.l.j.col.fi.s̃.sol. matr.in.ver. Sed ponamus contrahentes.vbi dicit quòd†notarius potest in instrumento dotis,apponere hypothecam.de qua contrahentes nihil dixerunt: quia videtur rogatus vt apponat clausulas,quæ sunt de natura contractus.

¶ Et pari ratione videtur,ꝙ† pœna apponi possit in cõtractu: quia cõsuetum est,ꝙ pro obseruatione contratus pœna apponatur.

¶ Contrarium tamen decidit Bal.in.l. si duo patroni.§. si quis iurauerit.de iureiur.in princi.in versi.non tamen præsumam pœnam. vbi dicit quòd pœna non præsumitur etiam sub dictione & cætera: quia non est vniformis. & Soci.sequitur in.l.gallus.§. item credendum.col.ij.de libe.& posthu. Adde quòd contrarium Ange. dicit in.l.ij.s̃. de iurisdi. omn.iud.in princi.versi. potest & aliter exemplificari.vbi inquit,quòd ille qui habet potestatem vẽdendi bona fiscalia,potest apponere omnia pacta pœnalia secundum mores regionis. & idem Abb. dicit in.c.ij.de preca.vbi loquitur in mãdato ad pacem faciendam.Et hoc potest procedere,quando esset consuetudo vniformis circa pœnam.

¶ Et pari ratione,† iuramentum videtur,quòd ratione consuetudinis apponi possit in contractu.

¶ Sed nõ est verum: quia iuramentũ requirit formalitatem verborum: & specificam expressionem:vt no.Abb.post Anto.de but.in.c.penul.de iureiur.& prosequitur Soci.in.d.§.idem credendum.

¶ Et pari ratione idem videtur,quòd ratione consuetudinis in contractu vẽditionis apponi possit constitutum.Sed contrarium in hoc Alex. concludit in consi.xxviij.viso & præhabito.li.ij.

¶ Et in effectu videtur,quòd supradicta intelligãtur in his quæ sunt de natura contractus:secus videtur in alijs: vt no.Alex.in consi.præalleg. vnde in substantialibus non fit supplementum à consuetudine:vt not. Ioan.and. in titu.de instru:edi.§.instrumentum.col.iij. versi.quòd si à contractibus.& Ang.in.l.licet.C.locati.

¶ Et vlterius notandum est,† quòd illa quæ facultas extendendi contractum secnudum consuetudinem loci,habet locum in notario qui rogatus fuit. Secus est in eo cui alterius rogatus committuntur:quia ille nihil potest exprimere nec declarare: cum officium eius sit tantum transcri

transcribere, & non addere nec interpretari: vt no. Bal. dicit in rubrica. C. de fide instru. in col. vj. in versi. quartò quæritur. Quod tamen nõ videtur procedere sine dubio: quia ista interpretatio quæ fundatur in consuetudine, non adhæret personæ notarij qui rogatus fuit: & ideo videtur quòd etiam per alium notarium fieri possit [a] ex eo quod no. Bar. in. l. argentarius. in princi. ſ. de eden. & Alex. ibi specialiter hoc dicit.

¶ Vltimò notandum est ad supradicta, quod ista consuetudo interpretatiuè nõ requiritur quòd scripta sit: vt no. Areti. in consi. vndecimò procedendum. & in. d. c. cum M. vbi allegat Anto. de but. qui hoc dicit in. c. fi. de consuet. in. v. charta. in versi. ex his dicit Nicolaus de mata. Et dem Alexan. in consi. cvij. pro inuestigatione, colum. penul. l. ij. finis. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Cuius consensus in cõtrahendo requiritur, eiusdem etiam in dissoluendo interuenire debet.

2 Quot testes in probando testamentum requiruntur, totidem & in eius reuocatione sunt necessarij.

3 Solutio debiti si probari non potest nisi per instrumentum ex forma statuti, idem erit & in eius contrario.

4 Donatio quod fieri possit hodie, nudo pacto.

5 Prædicta quando locum habeant?

6 Testamentum primum ad pias causas factum cum septem testibus, an tolli possit per secundum factum cum duobus tantum?

7 Spiritualia, facilius construi, quàm destrui.

REGVLA XXXV. VLPIANVS.

NIHIL *tam naturale est,* [b] *quàm eodẽ genere quodq; dissoluere, quo colligatum est. Ideoq; uerborum obligatio uerbis tollitur: nudi consensus obligatio, contrario consensu dissoluitur.*

ISTA regula etiam habetur in. c. j. extrà eo. tit. vbi dicitur, quòd omnis res [c] per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. facit tex. in. § . fin. insti. quib. mo. tol. obli. & in. l. j. C. quando liceat ab emptione discedere. & in. l. prout quisque. ſ. de solu.

¶ Et ideo † cuius consensus in contrahendo requiritur, eiusdem

A Fieri possit. Vide latissimè per do. Bar. ĩ cõ. ix. in pe. col. in iiij. vol. & Ias. ĩ. l. gall⁹. §. idẽ credẽdũ. de libe. & posthu. Hier. Chuc.

B ¶ Est. Imò nihil cõmunius ĩ natura, adeò vt ferè cõtinuũ videat in gñatõe & corruptiõe rerũ qualibet. et corruptione appellat Arist. dissolutionem substantiæ: & corrũpere, substantiã dissoluere. Topico. 7. qđ nec al'r fieri experientia docet, quod cõtrario modo quo sunt cõposita & genita singula deficere: ita vt Vlpiano (velut de natura optimè sentienti) cõis obseruatio apertũ et euidẽs testimoniũ ferat. P. C.

C ¶ Res. Vide Ias. in. l. queadmodũ. de acq. poss. in. ij. no. et Bar. in. l. actor. suprà rẽ ra. ha. pe. col. & Ias. l. j. C. qñ non pe. ptes. co. v. ver. quinto nota &c. Hie. Ch.

eiusdem etiam in dissoluendo interuenire debet. authen. contra si filij. C.de repu.in fin.& ibi Bar.

¶ † Et quot testes requiruntur in probando testamentũ, pariter tot requiruntur in reuocatione testamenti: vt no. per glo.in.l. cum proponeretur.de leg.ij. vnde si ex forma statuti legatum potest probari duobus testibus, eodẽ modo reuocatio legati poterit duobus testibus probari: vt no.Bal.in.l.fi.col.fi.versi.ex hoc infero.C. de fideicõ. & sicut collatio beneficij potest probari testibus: pariter renuntiatio beneficij, testibus probari poterit: vt no.Bal. in.l.ij.in fin.de restitu.spolia.

¶ † Et si solutio debiti non potest probari nisi per instrumentum ex forma statuti, pariter idem erit in contrario videlicet in debito quod non poterit testibus probari: secundum Pet.de anch.in consi.ccclj.in quęstione.

¶ Et si contractus est bonæfidei, pariter & distractus erit bonæfidei.l.ab emptione.vbi Bar.ff.de pact.Et sicut † hodie pacto nudo donatio fieri potest. l. si quis argentum. C.de dona. sic etiam nudo pacto resolui potest: vt nota. per glo.& doct.in.d.l.ab emptione.

¶ Et sicut pignus solo consensu contrahitur. l. j. suprà de pign. actio. ita etiam solo consensu resoluitur. l. penulti. C.de pign.nota.per gloss.in.l.si tibi.§.de pignore. suprà de pactis.

¶ Et si tenuta data fuit de facto parte non citata, pariter non citata parte potest reuocari: vt not. Barto. in.l. si pacto quo pœnam. C. de pactis. facit quod nota. per gloss. in. l. minor. in versicu. Seius. suprà de euict. cum similibus.vt tradit Alexander in.dicta.l.si pacto quo pœnam.in vltimo notabi.

¶ † Et omnia supradicta procedunt, quando in conficiendo actum de necessitate aliquid requiritur.[a] nam tunc etiam in reuocatione, illud adhiberi debet. Secus si vltra necessitatem ex abundanti, aliqua solennitas adhibita sit: quia tunc illa solennitas non est necessaria in reuocatione: vt notab.declarat Barto.in. l. hæredes palam.§. si quis post. ff. de testa. vbi inquit, quòd dum ibi dicitur,

A ¶ Requirit. Vide Ias. post Bal.& moder. in. l. siue apud acta. C. de trãsactionibus. co. ij. & eũd. post Bar.in.l.si vnus. §. pactus. viij. col.de pac.& i l.more.de acq. hære.& in.l.quod iussit. colũ.iij. versi. secundò principal'r nota. de re iudic. Hier. Chucha.

quòd in mutatione testamenti omnia ex integro facienda sunt, intelligitur omnia quæ de necessitate fieri debuerint. Quid enim si in primo testamento fuerunt decem testes: nam satis erit reuocare testamentum coram septem. Et ideo consuluit Paulus de castr. in consi. cclxij. dubium facit in suprascripto puncto quòd † primum testamentum ad pias causas factum coram septem testibus, tollatur per secundum, factum coram duobus testibus. Et sequitur Alexander in. l. hac consultissima. §. si quis autem. colum. fina. per. l. ij. ſ. de iniust. rup. testam. Et idem Alexan. concludit in consi. cxlvj. viso themate. colum. fin. lib. ij. quia non sunt in consideratione, quæ abundant. l. iij. C. de testa. & idem Alexan. in consi. cvj. viso & diligenter considerato themate. colum. ij. versicu. quintò adduco quod dicit dominus Anto. in. iiij. lib. & idem And. sicu. in consi. xliij. col. iiij. lib. iij.

¶ † Item ista regula non habet locum in spiritualibus, quæ facilius construuntur, quàm destruantur. & dicit tex. in. c. inter corporalia. in prin. de transla. præla. vnde (vt ibi dicitur) solus episcopus honorem dare potest: solus auferre non potest.

¶ Et ideo matrimonium facilius contrahitur, quàm dissoluatur: vt dicit textus in. l. consensu in princi. C. de repud. nam solo consensu contrahitur. c. cum locum. de sponsa. c. sufficit. xxvij. q. ij. cum similibus. vt suprà dictum fuit in regula nuptias. ſ. eod. & tamen solo consensu dissolui non potest, imò nullo modo: quia quos Deus coniunxit homo nõ separet. c. ij. de translat. prælat. c. an quod. xxiiij. q. ij. & in. c. ex parte. de couersio. coniuga.

¶ Et idem est in baptismo, & in ordine, vt not. per gloss. in. c. j. de regu. iuris. quia in istis in quibus imprimitur caracter spiritualis, contrarius actus propriè interuenire non potest: vt Abb. dicit in. d. c. j. sicut in virginitate, quæ semel amissa recuperari non potest: vt dictum est suprà in regula verum. suprà eodem.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **Assessor asserens se peritum, quòd de imperitia teneatur.**
2 **Abstinere debet quilibet ab officio, cuius se idoneum non esse cognoscit.**
3 **Vnus officialis, non debet se de alterius officio impedire.**
4 **Verbum pertinere, quòd latam habeat interpretationem.**

REGVLA XXXVI. POMPONIVS.

CVLPA *est, immiscere se rei ad se non pertinenti.*

Similis

SIMILIS regula habetur eo.titu.in.vj. in regula nō est culpa.[a] Et exemplificari potest, in Assessore qui videtur asserere se peritum: ideo propter imperitiam tenetur l.ij.§.quod quisque iuris.

¶ † Et pari ratione, Medico imperitia imputatur. l. illicitas.§. sicuti. ff. de offic. Præsidis. Deliquit enim quis, officium alterius vsurpando. c. tua nos. de homicidio. † Ideo debet quis abstinere ab officio, cuius se idoneum non esse cognoscit. c. non punienda. §. fin. j. q. j. & facit tex. in. l. doli mali. §. fi. §. de noua. vbi quis non debet esse curiosus de rebus alienis.

¶ † Et vnus officialis, non debet se de officio alterius intromittere. vt no. Bar. per illum tex. in. l. in prouincijs. C. de numer. actua. & cartul. lib. xij. & no. Bald. in. l. repetita. C. de episco. & & cleri. cum similibus. vt tradit Andr. sicu. in consi. xlv. col. iij. lib. iij.

¶ † Et verbum illud ad se non pertinenti, tollit contraria de quibus glo. opponit: quia verbum pertinere, latam habet significationē. l. verbū pertinere. de verb. signifi.

¶ Vnde illud quod quis facit tanquam negotiorum gestor, vel procurator, vel intuitu pietatis, dicitur ad eum pertinere: quia facultas sibi datur à iure: ideo pertinet ratione officij, vt in tutore & procuratore: & ratione amicitiæ, vt in eum qui alterius negotia gerit: vel ratione humanitatis. l. nō tantum. ff. de appel. Nam hominem affici beneficio hominis, interest. l. seruus ea lege. §. de ser. ex. por. & not. per Dynum in. d. regu. non est sine culpa. & ibi prosequitur an quis teneatur alium defendere. de quo dixi in. c. j. de offic. deleg. finis.

Philippus Decius.

A ¶ Culpa. vbi videas plura exempla per Dynum, & latissime per eius additio. & per Ioan. andre. in mer. vbi ponit quæstionē an testis qui non iuratus se immiscuit ferendo testimoniū, & falsum dixit, si teneatur pœna falsi, quā etiā refert hic Albericus.

NOTABILIA.

1 Qui non potest condemnare, absoluere non potest.
2 Quòd hæc regula procedat, quando quis non potest condemnare ex defectu iurisdictionis.
3 In materia correctoria ablata potestate condemnandi, non adimitur absoluendi potestas.
4 Habens potestatem absoluendi ex priuilegio, non habet potestatem condemnandi.

REGVLA XXXVII. VLPIANVS.

NEMO qui cõdemnare nõ poteſt, abſoluere poteſt.

NOTO regulam negatiuam, † quòd Qui non poteſt condemnare, non poteſt abſoluere: & iſto modo arguit iuriſconſultus in.l.ſolent.in princip.ſuprà. de offic. proconſul. & lega. Et ibi Bald. in.ij. notabili dicit quòd qui non poteſt condemnare condemnando, non poteſt abſoluere abſoluendo. Et à contrario ſenſu, qui poteſt condemnare poteſt abſoluere, vt dicitur in.l.qui condemnare.ſuprà de re iudi.

¶ † Et regula noſtra hîc bene procedit, quando quis non poteſt condemnare ex defectu iuriſdictionis. Secus ſi nõ poſsit condemnare ex priuilegio perſonæ: quia tunc abſoluere poteſt.l.quoties.C.vbi ſenato.vel clariſsi.& Bal. ibi rationem adducit: quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

3 ¶ Secundò † fallit in materia correctoria,[a] quia ſi tollitur poteſtas condemnandi, nõ videtur adempta poteſtas abſoluendi.gloſſ. no.in cle.j.in ver.contra eos. de hære. quam ibi Car.Imo.& Abb.ſequuntur.licet Soci.& Aret. in rub.de acq.poſſ.videãtur illam impugnare.

A ¶ Correctoria. Vide latiſſimè Iaſo. in.l. qui condemnare. de re iud.in prin.ij. col. verſic.vltra ſcribentes &c. & in princi.l. vbi ponit plura exempla ad reg. noſtram.

¶ Sed pro illa facit, quia abſolutio fauorabilior eſt. l. fauorabiliores. infrà eodem.l. cum Arrianus. ſuprà de actio.& obliga.

¶ Vnde licet tollatur poteſtas condemnandi, non videtur eadem ratio ꝙ tollatur poteſtas abſoluendi. Et ad hoc facit, quia licet abſens non poſsit condemnari.l. abſentem.ff.de pœnis.l. abſentem.C. de accu. Si tamen de innocentia conſtet, abſens abſolui poteſt: quia officium iudicis magis exuberat in abſoluendo: vt no. Ant.de but. poſt Ioan. and.in.c.veniens.de accuſa. & Bart.Veroñ.in conſi.xlj.incip.licet inuitus.col.fi.

4 ¶ Et pari ratione videmus, † ꝙ ille qui habet poteſtatem abſoluendi ex priuilegio, non habet poteſtatem condemnandi: vt no.Ioan.and.in.c.canonica. de ſenten.excõi. Domin.in.d.c.cum inferior.xxj.diſtinct. Feli.[b] in.c.non poteſt.

B ¶ Feli. Quẽ vide vbi ponit tres fallentias ad regulam noſtram.

poteſt.in princi.de re iudica.

¶Et ſecundum ſuperius dicta,regula hîc declaratur: quia dum hîc dicitur,quòd qui non poteſt condemnare non poteſt abſoluere: procedit vbi ſit eadem ratio: prout eſt quando eſt defectus iuriſdictionis: quia tunc qua ratione nõ poteſt quis condemnare ex defectu iuriſdictionis: pari ratione non poteſt abſoluere:quia abſoluere & condemnare, ſunt in eadem ſpecie iuriſdictionis:vt no.Bal.in.l.imperium.col.iij.verſi.circa tertium punctum.ff.de iuriſdi.omn.iudi.alle.tex.in.l.ſolent.Et ideo præſcripta poteſtate abſoluendi, eſt præſcripta poteſtas condemnandi ſecundum Inno. in.c. dilecto.de offic.archi. ſequitur Bal.in.l.imperiũ. col.iiij.ver.circa vltimũ.quia ſunt eiuſdem ſpeciei:vt dictum eſt.

¶Secus vbi poteſtas condemnandi tollitur in priuilegium: & poteſtas abſoluendi datur in priuilegium: quia tunc non eſt eadem ratio, quòd ſicut poteſt abſoluere, quòd poſsit condemnare: vel ſi non poteſt condemnare,non poteſt abſoluere: quia priuilegium noceret priuilegio:vt dicit Bal.in dicta.l. quoties. Et quia inducta in fauorem reſultarent in odium:contra.l.quod fauore.C.de legi.

¶Et ideo in caſu glo.in.d.cle.j.de hæret.conſiderandũ eſt,quòd dum ibi dicitur in tex. quòd tollitur poteſtas condemnandi.glo. dicit quòd remanet poteſtas abſoluendi:quia non mutatur ibi epiſcopus qui habebat poteſtatem condemnandi,id eſt ſoluendi.

¶Si ergo tollitur poteſtas condemnandi, remanet poteſtas abſoluendi:quia illa poteſtas condemnandi quæ tollitur,reſpicit fauorem rei,vt condemnari non poſsit: vnde non extenditur vt abſolui nõ poſsit:quia non eſt eadem ratio.Et tali caſu glo.bene dicit.

¶Si verò ibi ſublata eſſet poteſtas abſoluendi, an remaneret poteſtas condemnandi? glo. ibi ſentit quòd ſic attenta ratione ſua, quia mutatio fuit limitata.

¶Et hoc non videtur verum, quia ſi tollitur poteſtas abſoluendi: videtur tolli poteſtas condemnandi: quia eadem ratio videtur in vtroq; per ſupradicta.

¶Et iſto caſu poteſt ſaluari opinio Pet. de anch.qui tenet contra illam glo.in.d.cle.j.& Areti.& Soci.in rub.de acquir.poſſeſ.

Philippus Decius Piſis.

NOTABILIA.

1 **Sicut heres ex delicto defuncti non obligatur,ita nec lucrum conſequi debet.**

2 **Pupillus cùm non obligetur abſque authoritate tutoris, non lucratur etiam ab eo,ſed tenetur ſi aliquid ad eum peruenit.**

3 Ecclesia quòd teneatur de eo, de quo locupletior facta est.
4 Bonæfidei possessor, quòd non teneatur ad æstimationem damni, sed de quo locupletior est factus.

REGVLA XXXVIII. POMPONIVS.

SICVTI *pœna ex delicto defuncti, hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum peruenisset.*

NOTA quòd sicut hæres non obligatur ad pœnam ex delicto defuncti, ita pariter ex delicto defuncti lucrari non debet: & ideo tenetur de eo, quod ad eũ peruenit vt hîc & in l. in hæredem. s̃. de calum. & in l. hæredem. s̃. de dolo. cũ simi. allegatis in gl. hîc. & ad idem tex. in l. quod diximus. §. fi. in l. quod autem. s̃. quod met. causa. in l. j. §. fi. s̃. de vi & vi arma. in l. vi pulsos. C. vnde vi. l. iij. §. ex re furtiua. ff. de pec. in l. si cũ exceptione. §. Pedius. cum similibus. ibi in glo. alleg. ff. quod met. cau.

¶ Similiter est in pupillo,† qui sicut nõ obligatus absq; autoritate tutoris, ita pariter lucrari non debet. vnde tenetur de eo quod ad eum peruenit. l. ij. §. si seruus. ff. de tributo. l. j. §. j. s̃. de auto. tu. l. fi. C. de vsuca. pro emptore. & in. §. sinautem. insti. quibus alienare licet.

¶ Idem est † in ecclesia, quæ tenetur in eo in quo fit locupletior, vt not. per glo. & Bar. in authen. qui res. C. de sac. san. eccle. Bal. in l. iubemus. §. sanè. in prin. de sac. san. eccle. in l. si prædiũ. in prin. C. de prædijs mino. Abb. in. c. si quis presbyterorũ. in fi. de rebus eccle. nõ alie. Alex. in cõsi. iiij. viso processu. col. j. in fi. lib. iiij. And. sicu. in consi. xl. col. x. lib. j.

¶ Idem est in bonæfidei possessore, † qui non tenetur ad æstimationem damni: sed duntaxat in eo quo fit locupletior. l. item veniunt. §. eos aũt. l. sed & si lege. §. consuluit. s̃. de peti. hære. & facit tex. in l. idemq;. §. si mãdauero. s̃. mãdati. vbi quis nõ debet lucrari ex actu, pro quo ad damnum noluit obligari. Et in notabili quæstione tradit Bart. in l. quia poterat. s̃. ad treb. vbi in fine concludit, quòd socius non debet aliquid lucrari ex negocio pro quo noluit ad periculũ teneri: cũ simi. vt tradit Alexã. in vlti. not. Et Ange. aret. in. §. illud. in fi. insti. pro socio. Adde tamen q̃ quandoq; quis lucratur ex actu, pro quo de dãno non tenetur. vt est tex. in l. si negotia. ff. de nego. gest. & illud contingit propter culpam eius, qui negotia insolita aggreditur vt ibi habetur. Et ad supradicta faciunt, quæ dicta sunt in l. secundum naturam s̃. eo. titu.

NOTABILIA.

1 Pro facto haberi, quod factum non fuit propter metum.
2 Metus, quòd iustus esse debeat.
3 Minor metus consideratur in muliere, quàm in masculo.

Præ

4 Præceptum legis iustam causam timoris præbere.
5 Præceptum comminatorium iustum metum inducere.
6 Excommunicationis timor, iustum metum facit.
7 Metus, qualiter probetur?
8 Quòd plus credatur duobus testibus deponentibus de metu, quàm centum deponentibus de libera voluntate.
9 Plus creditur duobus testibus affirmantibus, quàm pluribus negantibus.
10 Protestatio in probatione metus an requiratur?
11 Protestatio si clandestinè facta sit, quòd prosit.
12 Metus qualiter purgetur?
13 Mulier, quando metu mariti consentire dicatur?

REGVLA XXXIX. POMPONIVS.

IN OMNIBVS *causis pro facto accipitur id, in quo quis alium perhorrescit, quòminus fiat.*

NOTA quòd † pro facto habetur illud, quod factum non fuit propter metum. ad idem tex. in l. ꝓpter met. iu. non appel. Et notatur per glo. hîc adde tex. in. c. fi. de appel. Et ad declarationem istius regulæ, primò videndum est, qualis metus requiratur.

¶ Secundò qualiter metus probetur.

¶ Tertiò an ꝓtestatio necessaria sit, & q̃liter fieri debeat.

¶ Quartò quando metus purgari videatur.

¶ † Circa primũ, metus debet esse iustus vt dicitur in. c. fi. de appel. Et non intelligitur iustus, ita quòd iustè inferatur: quia pro tali metu iustè illato quis conqueri non potest. l. si mulier. in prin. vbi Bar. ꝟ. quod met. causa. not. per gl. in l. qui aliena. § fi. in ver. non fieri: in fi. C. de acq. hære. cum simili. vt tradit Alex. post Pau. de cast. in l. cum aliquis. C. de iure delibe. & dixi in. d. c. fi. de appel. Sed iustus[a] metus intelligitur, quòd sit probabilis & non vanus: vt Abb. dicit post Io. and. in. d. c. fi. Quia vani timoris nulla est excusatio. vt in reg. vani timoris. ꝗ. eo. & in l. metum autẽ. ꝟ. quod me. causa. Et ideo requiritur metus, vel cruciatus corporis. l. continet. ꝟ. quod met. causa. l. interpositas. C. de transactio.

¶ Et generaliter debet esse talis metus, qui cadat in constantem virum. c. cum dilectus. quòd met causa. in. c. veniens, & in. c. cõsultationi. de sponsa. Et licet tex. in l. me-

A ¶ Iustus. Ad de ꝙ iustus metus dicitur qui ex factis & nõ ex verbis infertur. Bal. in l. metũ ꝑ illũ tex. ꝙ met⁹ causa. sed tu vi de Bart. & Ang. in l. ad inuidiam. C. ꝙ met. causa vbi dicunt ꝙ etiam ex verbis infertur iustus metus. & per cañ. i. c. causam matrimonij. de off. de leg. Hiero. Chuch.

A ¶ Muliere. Adde Rom. in sing. ccxxvj. incipi. tu scis. & Ias. l. interpositas. de transac.

B ¶ Timoris. Adde quod iustus metus dicitur ex iniuria illata meo domestico. ita Car. in cle. j. de exces. præla. & metus mortis dicitur iustus. l. si quis. §. penul. ad leg. aquil. metus iustus infert etiã ex vultu superioris. Alexã. in l. j. quod met. causa. & not. ꝙ iustus metus excusat, siue sequatur eius effectus, siue non. Alex. cõsi. xlv. in. iiij. vol. vbi etiã dicit quod metus violẽtiæ est iust⁹ met⁹. ẽ etiã metus iust⁹ vbi est iusta suspicio. Bal. in l. fina. in j. col. de iur. delib. Item etiã quãdo propter se malè tractantur consanguinei. Feli. c. ecclesia sanctæ mariæ. de cõsti. ver. xiij. quero. &c. Hier. Chu.

tum autem. dicat de homine constantissimo: illud superlatiuum pro positiuo ponitur: vt not. Abb. cum dilectus. in secundo not.

¶ Et aduertendum est, in iuribus præallegatis quasi esset homo qui etiam ex leui metu terreretur licet nõ caderet in cõstantem virũ: videtur tamen quòd inspecta qualitate personæ deberet excusari. ar. l. plenum. §. equitij. s̃. de vsu. & habi. Et ad hoc facit glo. no. in. c. quod locum. de sponsa. quæ dicit, quòd † minor metus cõsideratur in muliere[a] quàm in masculo. Et sic videtur quòd metus debeat considerari, secundum conditionem personæ. Et no. hoc Inno. in. d. c. cum dilectus. col. pen. ver. aduerte tamen. & facit quod not. per glo. in l. j. C. vnde vi.

¶ Non obstant iura. s̃. allegata. In quibus consideratur metus, qui cadat in constantem virum: quia locum habent quantum ad probationem & ad fundandũ intentionem eius qui allegauit metum: quia ex leui metu quis excusari non videtur, nec coactus præsumitur. l. non est verisimile in prin. s̃. quòd met. causa. Sed tamen quando constaret aliquem fecisse vel non fecisse aliquid propter metum, etiã leuem idem esset dicendũ propter qualitatem personæ: quia eadẽ ratio videtur: vt. s̃. dictum est de muliere & dixi in. d. c. fi. quòd metus causa.

¶ Et ex prædictis infertur, quòd præceptum † Regis sit iusta causa timoris[b] vt not. per glo. in. c. conuenior. in verbo morere. xxiij. q. viij. 4

¶ Item regula (vt dixi) procedit, in actore qui à seipso certificari debet. Secus si facto aduersarij impediatur: quia tunc libellus incertus admittitur: vt dicit Barto. hîc per illum tex. alleg. in gl. in l. j. §. qui autem. s. quorũ leg. vbi Bar. idem dicit cum simi. vt tradit Alex. in l. vbi autẽ. §. qui illud. de ver. obli. & in consi. clxxxij. lectis & ponderatis lib. ij. & dixit in l. edicta. in secundo genere cumulationis. C. de eden. & etiam dixi ibi de intellectu. §. sed neq;. in authen. de fideius. alleg. in glo hîc.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Hæres qui ex proprio dolo conuenitur, tenetur insolidum.
2 Hæredem quandoque teneri ex dolo defuncti de eo quod ad eum peruenit.

REGVLA XLIIII. VLPIANVS.

TOTIES *in hæredem damus actionẽ de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti cõuenitur, non quoties ex suo.*

NOTA quòd † hæres qui ex proprio dolo cõuenitur, tenetur insolidũ. Sed quando ex dolo defuncti, tunc tenetur solum de eo quod ad eum peruenit. ad idem tex. quã 1

glo.

glo. hîc adducit in l. quod in hæredem. §. si seruum. ver. toties. ff. de ser. corrup. vbi glo. Et ratio manifesta videtur, quia primo casu, quando ex proprio delicto cōuenitur, ipse est auctor principalis delicti: ideo etiam pro eo quod non habuit tenetur. l. in hoc iudicio. ff. de ser. corru. & facit tex. in l. j. §. rectissimè. ff. de vi & vi arma. in l. j. §. interdum. ff. si quadru. pauper. fe. dicatur. & quia pœna sequitur suos autores. l. sancimus. C. de pœnis. Sed pro dolo defuncti, hæres non tenetur nisi pro eo, quod ad eũ peruenit. & facit text. in regula sicuti. suprà eod. c. cum si. ibi alleg.

2 ¶ †Et quandoq; etiam hæres tenetur ex dolo defuncti pro eo quod ad eum non peruenit, videlicet in condictione furtiua: vt not. Barto. in l. si pro fure. per illum textum. §. fina. ff. de condictio. furti. Et hoc est speciale, propter frequentiam furtorum: vt not. Barto. in l. j. ff. de priua. delictis. col. j. cum simi. vt tradit Corne. Perusi. in consilio. cccxiiij. licet hac consultatione col. ij. lib. j. Et quandoq; etiam hæres non tenetur de eo quod ad eum peruenit. l. ij. §. fina. ff. vi bon. rapt. declarando: vt no. Bar. in l. j. ff. de priua. delictis. & per gl. & doc. in l. j. C. ne ex delicto defuncti. Et de his, latius videbimus in regula pœnalia. infrà eo.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Res propria, quòd pignorari non potest.
2 Regula ista quando procedat.
3 Res mea quando mihi acquiri possit.
4 Depositum & precarium, in re propria non fit.
5 Emptio rei propriæ, non valet.
6 Quòd quis per alium possit, quòd per seipsum non potest.

REGVLA XLV. VLPIANVS.

1 NEQVE PIGNVS, *neque depositum, neque precarium, neq; emptio, neq; locatio, rei suæ consistere potest.*

1 PRIMO Noto, † quòd res propria pignorari non potest. ad idem text. in l. si rem alienam. la. ij. ff. de pign. actio. Sic etiam in re propria non constituitur vsusfructus. l. vti frui. in princi. ff. si vsusfru. pet.

¶ Nec res propia, alicui seruit. l. in re communi. ff. de serui. vrb. prædi. l. cum in fundo. in prin. ff. de iure do. l. si quis ędes. ff. de serui. vrb. prædi. l. quicquid. ff. cōia prædio. Nam sicut res mea nō potest vlterius mea fieri. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap. §. item nemo rem suã. inst. de inutili. stipu.

Ita

A ¶ Posſit. Vide latiſsi. Iaſo. in. §. ſic itaque col. iiij. verſic. gloſſ. in verbo magis &c. quę de verbo ad verbum refert Benedictus de vadi. in addit. ad Socinum in tracta. fallent. in regula centeſima. & latè etiam per Felinum in c. inter dilectos. de fid. inſtru. Hieron. Chuchalon.

Ita videtur quòd aliquod ius habēti, plenum dominium acquiri non poſsit.[a] Et ideo ius pignoris vel ſeruitutis, non acquiritur, & hoc intelligitur quando res perfectè & irreuocabiliter acquiſita ſit. Secus ſi reuocabiliter: quia tunc res propria iure pignoris retineri poteſt: vt not. Bal. in. l. ex ſextante. §. latinus. de except. rei iudic. vbi etiam allegat text. in. l. in rebus. vbi Bal. col. penul. C. de iu. do. & in. l. debitor. ff. ad Treb. vbi Barto. idem dicit. & facit tex. in. l. non quocunque. in princi. de lega. j. & idem no. Bar. in. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. per illum tex. ſ. de capti. & poſtlimi. reuer. & Ange. hoc idem ſcribit in conſilio. cviij. viſo dicto puncto. ad finem. A

2 ¶ Item † regula procedit, quando quis habet dominium de iure communi: ſecus ſi de iure ſpeciali; vt no. Bar. in. l. fina. col. ij. C. de ſacroſanct. eccle. & in. l. j. C. commu. de lega. & in. l. idemque. in princi. ad fin. ſ. qui potio. in pigno. habean. cum ſimili. vt Alexan. tradit in. l. j. colum. fina. de lega. j. Aret. in conſi. clx. longa eſt. colum. ix. & in l. exiſtimo. de verbo. oblig. colum. ij.

3 ¶ Et ad prædicta facit, † quia res mea poteſt mihi acquiri ex noua acquiſitione; quando prima cauſa acquiſitionis eſt dubia, vel quando per ſecundam pinguior acquiſitio fit: vt not. Domini. poſt Ioan. mo. & Ioan. and. in. c. cum perſonæ. §. quod talis. de priuile. in. vj.

4 ¶ Secundò noto † quòd depoſitum nec precarium, in re propria fieri poteſt: & idem in commodato l. qui rem. ſ. depoſiti. & idem in locatione: vt hîc dicitur. & in. l. qui rem. C. loca. Et iſta concluſio intelligitur & procedit, ſi agatur actione depoſiti, commodati vel locati. nam repellitur actor, quia contractus non valet. Secus ſi agatur condictione legis. l. ſi quis conductionis. C. loca. quia tali caſu actor non repellitur exceptione proprietatis: vt no. Alexan. dicit in. l. ſi aliquam rem. col. penult. ſ. de acquirenda poſſeſ. & idem prius voluit Pau. de caſtr. in dicta l. qui rem. ſ. depoſiti.

¶ Sed iſta limitatio videtur dubitabilis: quia ex quo contractus non valet, non videtur habere locum quod dicitur

tur

tur in dicta. l. si quis conductionis. vel saltem dictum Alexan. & Pau. de castr. videretur intelligendum quando scienter ab ipso domino facta conductio fuisset: secus si ignorãter: vt declarat Franc. de cur. in consi. lxx. super controuersia. col. vj. versi. similiter non obstant.

¶ Item regula procedit, quãdo fuit factus contractus respectu proprietatis: secus si respectu possessionis, quam non habebam: quia tunc tenet locatio & commodatum. l. si quis aliquam rem. de acqui. posses. & ita Pau. de cast. dicit in. d. l. qui rem. in fine.

¶ Tertiò & vltimò noto, † quòd emptio rei propriæ nõ valeat. ad idem text. in. l. cum res. C. de contrahen. empt. & in. l. suæ rei. ff. de contrah. empt. vbi dicitur hoc procedere, siue sciens, siue ignorans quis hoc facit. & in. l. si seruum. ff. de condi. inde. l. debitor. ff. de pigno. acti. Et ratio videtur, quia emptor emit ad istum finem, vt dominium acquirat. l. cum manusata. § . fin. ff. de contrahen. empt.

¶ Sed cum sit dominus, vlterius effici non potest. l. sequitur. § . lana. de vsucap. Et ista conclusio intelligitur, quando quis ratione proprietatis emit rem suam: secus si ratione possessionis quæ apud venditorem reperiatur: quia emptio valeret. l. si in emptione. § . rei suæ. ff. de contrahen. empt. Et tali casu, pretium possessionis erit minus, quàm pretium rei. l. si mulier. § . qui possessionem. ff. quod metus cau. l. si duo. in fin. ff. vti possside. Et quod dictũ est ratione possessionis idem est ratione alterius iuris deficientis: vt no. per glo. & Bal. in. d. l. cum res. ista tamẽ non sunt propriè fallentiæ: quia emptio fit de iure, cùm non est apud emptorem. & regula loquitur de re propria emptoris.

5 ¶ Vltimò regula habet locum in emptore, qui rem suam emeret: secus si alteri mandaret emẽdam: quia potest per alium quod per seipsum nõ potest. l. si tibi mandauero. § . si hi quorum. ff. manda. vbi Pau. de cast. docit, quòd intelligitur ibi quòd facit mandatum illi qui emit nomine sui non nomine mandantis. Sed text. ibi facit in contrariũ, dum dicit, quòd rei propriæ non valet emptio: ergo videtur quòd emptio ibi esset facta nomine domini. Sed toleratur ex æquitate duobus cõcurrentibus. Primò, quia res erat venalis. Secundò, ne priuetur dominio rei suę: & etiam dici potest ꝙ ibi esset sua reuocabiliter secundũ resolutionẽ sibi factã.

¶ Et ad illum tex. de re venali, notandum est singulariter, quòd si post certum tempus ex conuentione res vendi potest, & elapso illo tempore res non sit vendita, quòd venditio impediri potest, si debitor debitum offerat. vt notabiliter tradit Cardina. in clementina prima. § . nos

itaque

itaque.in .vij.q.de iureiur.

Philippus Decius Mediolanensis.

§. PRIVATORVM.

PRIVATORVM *conuentio iuri publico non derogat.*

DE quo dictum fuit in.l.nec ex prætorio.suprà eodem.

NOTABILIA.

1 Solutum nomine pœnæ,an posſit repeti?
2 In foro conſcientiæ pœna retineri non poteſt.
3 Pœna,quòd debeat delicto commenſurari.
4 Obligatio ad pœnam delicti,eſt de iure naturali.

REGVLA XLVI. CAIVS.

QVOD *à quoquam pœnæ nomine exactum eſt,id eidem reſtituere nemo cogitur.*

NOTA quòd † ſolutum nomine pœne, repeti non poteſt. ad idem tex.in.l.id quod.ſ. de ſolu. cum ſimi.allegatis in glo. ad idem tex.in.l. pœnæ.ſ.de condi.inde.

¶ † Et iſta regula procedit, in foro contentioſo. Sed in foro conſcientiæ pœna retineri non poteſt: quia non debetur in foro conſcientiæ,vt tenet glo.xij.q.ij.fraternitas.in glo fin.& no.Bal.in.l. poſt deciſionem. in fi. C.de fur.in.l.iubemus.§.ſanè.col.j.verſi. ſed nunquid in foro con ſcientiæ.C.de ſac.ſanc.eccle.& in auth.ad hæc.col.v.ver.ſed dubitatur. C.de vſuris.cum ſimi. vt latè proſequitur Feli.in. c.j.char. antepen.de conſti.& Alexan.in conſi.ix.viſo proceſſu.col.iij.lib.v.

¶ † Sed ad declarationem dictæ gloſſ. quæ communiter approbatur. Conſiderandum eſt vt dixi in dicto.c.j.col.antepenul. Quia ſi pœna ſit commenſurata ad delictum, non videtur quòd gloſſ. bene dicat: debet enim pœna,delicto commenſurari.c.quæſiuit. de his quæ fiunt à maio. par.ca.c.felicis.§.illud.in fin.de pœnis.in.vj.xxiiij.q.j.c.non afferamus ſtateras.& tali caſu lex videtur iuſta,quæ fundata eſt in vtilitate publica: quæ eſt vt delicta puniantur.l.ita vulneratur.ff.ad legem Aquiliam. c.vt famæ.de ſenten.excom.

¶ Et cum lex iuſta ſit, etiam obligat in foro conſcientiæ: vt nota. per gloſſ.in.c.quæ in eccleſiarum.vbi Bald. de conſtitut.& not.Abb.in.c.j. de conſtitu. & in proœ.decret. Rex pacificus.in.ij.q. Pet.de anchar.in conſi.xiiij.videretur prima facie. Bald.in authent. ingreſsi. col. viij.C. de ſacroſanc.eccle.Alexan.in conſi.xxix.ſtatutis.colum.iiij.lib.ij. cum ſimi.vt dixi in dicto.c.j.col.vij.

Et ideo

¶ Et ideo iustè captus, peccat si aufugit: vt not. per glo. j. distin. in c. ius gentium. in versi. seruitutes. & in clemen. pastoralis: in versi. per violentiam. de re iud. Et quod dixi comprobatur, † quia obligatio ad pœnam delicti, est de iure naturali: vt not. Bar. in l. ex hoc iure. col. fi. ff. de iusti. & iure. glo. in l. seruus. ff. de his qui not. infa. facit tex. in l. fin. vbi Ange. C. de colla. fundi patri. lib. xj. in l. eius qui delatorē. ff. de iure fisci. ergo pariter in foro conscientiæ videtur obligari: quia cōscientia, secundum ius naturale iudicatur. Nam cōscientia non ligat, quos natura non obligat: vt dicit Bal. in l. j. in fi. C. de vecti. & cōmu. no. Abb. in c. j. in fin. de resti. in integ. gl. in. d. c. fraternitas. pōt saluari quādo pœna delicti esset excessiua. Et tali casu lex esset iniusta, quæ in foro conscientiæ non obligat: vt no. Abb. in. d. c. j. de consti. cū sim. vt dixi ibi. Ex quo infert, ꝙ lex quæ pœnā imponit ratione pœnæ, nō plus vel minus conscientiā astringit. Sed vis tota in hoc consistit: an lex iusta sit vel iniusta: & secundum hoc regula hîc procedit etiam in foro conscientiæ quando pœna iustè imponitur. Secus si iniustè imposita est. & de hoc latius dixi in. d. c. j. de constitu. vbi videndum est. Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Ex consilio, neminem obligari.
2 Assessorem, de malo consilio teneri.
3 Doctor consulens per imperitiam, tenetur illi contra quem iudicatum fuit.
4 Hæc regula non habet locum in delictis simpliciter.
5 In atrocioribus, consulens pari pœna punitur.
6 Specialis pœna quando consolenti imponatur.
7 In interdicto vnde vi, non teneri aliquem ex consilio.
8 Consulens, quando indistinctè teneatur.
9 In dubio præsumi quòd principalis motus sit ex consilio esse.
10 Delictum sequi esse necesse, ad hoc vt quis ex consilio teneatur.
11 Quid requiratur ad hoc, vt quis obligetur ex consilio.
12 Consilium necesse sit esse malum, ad hoc vt quis teneatur.
13 Consulens non condemnatur, si principalis absoluitur.
14 Consulens non tenetur, si consilium reuocauit.
15 Statutum imponens pœnam facienti, non habet locum in consulente.
16 Consulens, quando minori pœna teneatur?
17 Consilium quando præstare quis dicatur?

REGVLA XLVII. VLPIANVS.

CONSILII *non fraudulenti, nulla obligatio est: Cæterum si dolus & calliditas intercesserit: de dolo actio competit.*

EX ISTA regula sumitur illa quæ habetur eo. titu. in. vj. quæ idem dicit, † quòd nullus ex consilio (dummodo fraudulentum non fuerit)

A ¶Perusi. Vbi dicit quod in contractibus vel quasi quis non tenetur de consilio siue ille cui præstatur consilium fuisset illud aliâs facturus siue non: licet Dynus ibi contra, & per Iaso. vbi contra morem suum tantum remissionibus fuit contentus. in. §. omnes. instit. de actio. ij. col. versi. vltimò not. & do. Pilip. Decium in. c. fi. de offic. dele. col. vij. ver. xij. & vlti. &c. & Roma. singu. cccccccclxij. Hier. Chuch.

B ¶Assessore. Vide Ias. in. d. §. oẽs. de acti. instit. ij. col. & in. l. j. C. de ser. fug. iiij. col. & latis. eundẽ do. Philip. in cõsi. viij. incip. viso puncto & dili, gẽter examinatis. &c. Hiero. Chucha.

obligatur. Et huius conclusionis glo. ibi rationẽ adducit: quia cõsilium nõ necessitatur. xiiij. q. j. in. c. quod præcipitur. & in. c. cũ olim. de arbi. Et explorare quis apud seipsum debet, an cõsilium sibi expediat. l. ij. §. fi. s̃. manda. Exhortatur enim ille qui dat consiliũ, & exhortatio liberam voluntatem excitat: vt dicitur. iiij. distin. in fi.

¶Et ex ista ratione inferri videtur, quòd regula habeat locum, dato ꝙ ille cui datur consilium nõ fuisset aliâs facturus: quia militat eadem ratio ꝙ consilium non imponit necessitatẽ, & cõfirmatur opi. glo. hîc, quæ ita tenet. & idem cõcludit Perusi.[a] post Ioã. and. in. d. reg. nullus.

¶Secundò ex ratione prædicta, inferri videtur, quòd si consilium necessitaret quòd ex tali consilio consulens obligetur: quod tamen non videtur verum: quia si bona fide dedit consilium, non debet obligari.

¶Et hoc in contractibus prout regula loquitur & intelligitur. †Secus est in consilio, quod præstatur ratione officij, puta in assessore: [b] quia ipse de malo consilio tenetur. l. ij. s̃. quod quisque iuris. de quo dixi in consi. viij. col. ij. Et idem est in aduocato, saltem quando consilium dedit ei qui aliâs facturus nõ fuisset. vt concludit Perusi. in. d. regula nullus.

¶Et notandum est, † ꝙ ille doctor qui cõsuluit per imperitiam, si lata sit sententia, tenetur satisfacere illi contra quẽ lata fuit sententia. vt not. Abb. in. c. tua nos. de homi. in principio. post Anto. de butr. ibi. & Ioan. de ana. ibi dicit illud esse verum, quando iudex [c] qui iudicauit, tenebatur sequi consilium: aliâs secus.

C ¶Iudex. Vide Ro. in cõsi. ccxxviij. vbi dicit ꝙ iudex nõ tenet̃ sequi cõsiliũ sapiẽtis electi de cõsensu partiũ si videat illud esse iniustũ. & per Abb. c. cum veteri. de electio. vij. colũ. & an talis sententia data secũdum prædictũ trãseat in rem iud. vide Abba. c. causamq;. ij. col. de re iudi. Hier. Chuch.

¶Sed tamẽ idem videtur in cõsilio quod nõ sit sequẽdũ, dũmodo ille qui iudicauit motus sit ex consilio: aliâs nõ facturus vt not. Perusi. in. d. reg. nullus.

¶Et de consiliarijs dominorũ, quomodo teneantur no. Abb.

A ¶ Delictis. Vide eundē. c. j. de offi. dele. co. v. ī fi. ꝟ. in secūdo mēbro. &c. & Feli. c. sicut dignū. de homi. in. iij. col. ver. nota ibi animū. vbi etiam dicit hanc commu- nem: & in. d. c. j. col. iiij. versi. secundum membrum. Hiero. Chuchalon.

B ¶ Mitius. Vnum teneas perpetuò mēti: ꝙ vbi pœna delicti ex aliqua causa venit alleuianda: quæ tñ erat mortis, quod tali pœna non pōt puniri delinquens: sed alia mitiori quę nō sit pœna mortis. ita Roc. de curte in rep. c. fin. de consue. col. ij. ver. contra tñ. vbi dicit hoc singulare pro liberā de amico à pœna mortis. ex quo infert ꝙ tunc iudex nō poterit arbitrium suū extendere vsque ad mortē: & sic limitabitur glo. in. §. in sum. inscit. de iniur. de qua vide latiss. do. philip. principē subtilitatis in. c. ex literis. de constit. vbi ponit plures limitatiōes ad dictam glo. inter quas sentit istam ī. iiij. limita. penult. & fina. colum. Hieronymus Chuchalon.

Abb. in. c. sicut dignum. col. fin. de homi.

¶ Secundò ista regula non habet locum in consilio doloso, vt expressè hîc dicitur. Et tali casu quis ex dolo obligatur: licet dolus sit causa impulsiua: vt Bald. dicit in. d. regula nullus. & sequitur ibi Perusi. in princi. & de consilio doloso, exemplum habetur in. l. ꝙ si cum scires. & in. l. si quis affirmauerit. s̄. de dolo.

¶ Tertiò † regula non habet locum in delictis [a] simpliciter. Sed secundum communem opinionem, distinguitur quòd si is cui consulitur non erat aliâs facturus: consulens pari pœna tenetur. Sed si erat facturus absque consilio, mitius [b] punitur. vt probatur in. c. sicut dignum. §. qui verò. de homi. in. l. non solum. §. si mandato. in ver. & attilicinus. infrà de iniur. & ita tenet gloss. in. §. ope. in verbo certè. institu. de obligatio. quæ ex delicto. & in. l. j. §. persuadere. in ver. facturus. s̄. de ser. corrup. & in. l. sæpe. in ver. etiam. vbi Bar. de ver. signi.

¶ Et dicit Alber. in. l. ob hæc verba. s̄. de his qui no. infa. quòd doctores communiter ita tenent. & Bald. ibi idem sequitur. col. ij. & in. l. data opera. col. xvij. C. qui accu. in l. j. col. ij. C. de ser. fugi. Sali. in. l. j. col. viij. C. de rap. virg. Abb. in. c. j. de offi. dele. Imo. in. c. querelam. in fi. de ele. & Matthesilanus in notabili. xcvij. nota ꝙ is cuius consilio. vbi propter hoc reprehendit Bart. in. l. non solum. §. si mandato. col. iij. suprà de iniurijs. vbi indistinctè tenet, quòd consulens teneatur sicut principalis: & dictum Bar. sequitur Imo. in clemen. j. col. v. de pœnis. Ang. are. in tractatu maleficiorum. in versicu. mandatorem. col. fin. in versi. xxij. quæritur.

¶ Sed dictum Bar. saluari & concordari potest, vt intelligatur, secundum distinctioné suprà dictā: quę cōmuniter approbatur. facit quod not. Ang. in. l. is qui opem. col. j.

ꝭ.de fur.dum alleg. Io.an.in.c.felicis.de pœnis. in.vj. & idem Ang.in.l.furti.§.ope.eo.ti. de furt.Bartholomæus Veronẽsis in consi.xxvij.requisitus.col.pe.Et secundum prædictam distinc.intelligitur tex.in.§.ope.dum absolutè dicit quòd furti non tenetur.Nam intelligitur eadem pœna,minori tamen pœna puniri potest arbitrio iudicis: vt not. Ange. in locis suprà proximè allega. & ita etiam declaratur,quod not.Barto.in consilio.clxv.in quæstione quæ vertitur.

A Habet. Adde eundẽ do. Phil. in. d.c.j. col.vj. ver.prę dictã distinctio &c. & idẽ qđ tenet Felin. in dicto.c.j. tenet in dicto.c.sicut dignum.

¶ † Prædicta distinctio non habet [a] locum,in atrocioribus: in quibus consulens indistinctè pari pœna punitur. dicto.c.felicis de pœnis.& in clemen.j.eodem titu.Dicit tamen Felinus in.c.j.de offic.deleg.quòd fortè dicta iura debent restringi, secundum distinctionem. suprà factam per text. in.d. c. sicut dignum. vbi ita distinguitur in homicidio, quod videtur esse de grauiorib⁹.& ad hoc videtur text. in dicto.c.felicis.iuncto.§. illud. vbi nudo consilio pœna mitigatur. Sed tamen limitatio prædicta defendi potest, per dicta iura quæ loquuntur in homicidio qualificato cardinalis vel archiepiscopi. & facit text. in.l.vtrum.suprà de parici.in.l.quisquis. C.ad legem Iuliam.Et hoc videtur velle Bal. in.l.j.col.ij. C.de ser.fug. vbi inquit quòd in atrocissimis consulens, punitur: licet principalis fuisset aliâs facturus.

¶ Non obstat text. in. c. sicut dignum. quia loquitur in homicidio simplici.Non ob.§.illud.quia loquitur de cõsilio nudo quod nihil addit. & glo. ibi dicit. Secus videtur in consilio quod augeret malitiam:licet aliâs esset facturus.& de duplici consilio not.per glo. in clem.in ver. consiliarios.de foro competenti.

B ¶Specialis. Idem tenet in c.j. in. vij. fallen.& ibi Feli. in.ij.limita.

¶ Secundò prædicta distinctio † non habet locum, quando specialis [b] pœna consulenti imponitur:quia tunc dispositio legis de qua constat,attenditur.l.j.C.de rapt. virg. vbi Sali.in.viij. col.versi. secundò quæro. & not.Bart.in l.is qui opem.ꝭ. de fur. vbi alleg.tex.in.l.j.C.de nili aggeri. non rumpen. & hoc modo procedit textus in.l.j.§. persuadere.suprà.de ser.corrup. secundum Salicetum in l.j.col.

l.j.col.ix.de raptu virginum.

¶ Tertiò prædicta distinctio nō procedit, † in interdicto, vnde vi.[a] in quo ex consilio quis non tenetur: vt no. Inn.in.c.querelam. de elec.per.c. cū ad sedem.de restit. spo.sequitur Ang. in.d.l.is qui opē. circa fi.s̄.de fur. Bal. in.l.ij.col.x.ver.sextò queritur.C.de serui.& aqua.Abb. c.sicut dignum.col.fi.de homi.vide tamen Roma.in singulari.dcclxij.in contractibus.vbi dicit contra.Innocen. fuisse determinatum per dominos de Rota. per. c. sicut dignum.de homici.

¶ Quartò non procedit, † quando ille cui fuit datum cō silium, nomine[b] cōsulentis deliquit: quia tunc consulens, indistinctè tenetur: vt not. Bald.in.l.metum. in fine. C. quod metus causa.allegat.c. cum quis. de restitu.spolia. Et licet ipse loquatur in mādante, idem videtur in consulente: quia apparet quòd sit motus ex consilio.

¶ Et ad prædicta notandum est, † quòd in dubio[c] præsumitur quòd principalis motus sit ex consilio: & quòd non fuisset aliâs facturus: quia in dubio non præsumitur delictum. l. meritò. suprà pro socio.c.j. de scrutinio.ita Felinus dicit in.c.j.colum.v.versi.vtrum autem. de offi. dele. Sed ratio præalleg. videtur facere in contrarium: quia hoc modo consulens, plus punitur. & principalis non propter hoc magis excusatur. Idem tamen quod dicit Feli.tenet Bal.in.l.data opera.colum.xvij.C.qui ac cusa. vbi alleg.l.j. C. de rapt. virgi. & idem expresse dicit Ange.in.l.j.in princi.in. versi.vltimò est videre.s̄. de eo per quem factum erit.& Ioan.de ana.post Cardi.in.c. ad audientiam.in.v.colum.in fin. de homi. & dicit Bald. in.l.j.colum.ij. C. de seruis fugitiuis. quòd an esset aliâs quis facturus in probatione facti consistit. Ex coniecturis tamen potest probari: vt not.Bald.in dicta.l.j.colum. iiij. facit quod not. Barto. in.l. si ventri.§. fina.suprà de priuile. credito. Bald. in .c. iniuria. colum.viij.versicu. quæro si titius. de pace iuramen. firman. & in.l.multum interest. colum. iij. C. si quis alte. vel si. cum simi. Sed cessantibus coniecturis præsumendum est in dubio

A ¶ Vn̄ vi. Idē vbi suprà in.v. fallē. & ibi Feli. versi. limita quartò. & Ias. remissiuè in.§. oēs.isti. de act. ij.col.& l.j.C. de ser. fug. iiij. col.Hier.Chu.

B ¶ Nomine. Idem tenet vbi suprà i.vj.fall.

C ¶ In dubio. Vide eūdē vbi suprà col. vij. ver.& est notādū.&. Felin.c. sicut dignum. iiij.col. ver.tertia conclusio. & vide Bal. in sua margar. in ver.consilium. vbi dicit quòd qn̄ quis locutus est alicui et iuit & cōmisit delictum in breui spacio ꝙ præsumitur fecisse de cōsilio illius quod no. Hie. Chuchalon.

quòd non fuiſſet aliâs facturus: vt.ſ.dictum eſt.

¶ Et vlterius ad declarationem ſupradictorum, notandum eſt. Primò † quòd ad hoc vt ex cõſilio quis teneatur, requiritur ꝙ delictũ ſequutũ ſit:[a] vt no. Card.in cle.j.in prin.in.q.xij.de pœnis. Et in ipſo actu debet conſiliũ præſtari: vt tradit Signorolus in conſil. cxxxv. in quæſtione circa fi. Et hoc quod dictum eſt, intelligitur niſi cõſilium per ſe conſideretur: quia etiam per ſe eſt titulus criminis & indiſtinctè punitur: vt no. Bal.in l.data opera.col.xvij. in prin. C.qui accuſa.vbi alleg.l.j.§. perſuadere.ſ. de ſer. corru.& idem dicit Bar. in l. non ſolum.§. ſi mandato.ſ. de iniur.& ſequitur Ang.aret.in d.verſi.mandatorem.in fi.& tali caſu punitur, etiam facto non ſecuto. vt not. Sali. in l.j.col.iij.in.j.q.C.de raptu virginum.

A ¶ Sequutum ſit. Idem in.d.c.j.col.vj.verſic.iiij.ad hoc &c.

¶ Secundò notandum eſt, † quòd ad hoc vt quis ex conſilio obligetur, probandum videtur quòd conſilium preceſſerit delictum.[b] vt no. Bald.in l.j.col.iiij.C.de ſer.fugiti.& in l.ob hæc verba.co.ij.ſ. de his qui notã. infa. vbi allegat glo.in l. ſi verò non remunerandi.§. ſi verò poſt creditum.ſ.manda.ſequitur Alexand.in conſi.cxcvj.circa col.j.lib.ij.

B ¶ Delictum. Idẽ vbi ſuprà. col.vj. verſ.iij. limitaſ. & Iaſ. in.d.l.j.in.v.colum. verſi.ij.diligẽter no.&c.

¶ Tertiò requiritur, † quòd conſilium ſit ad malum[c] & ꝙ conſtet de malo conſi.aliâs in dubio, debet interpretari ꝙ bonum ſit conſilium vt conſulens non teneatur: vt not.Bald.in l.j.col.iiij.ver.& not.quod conſilium.C. de ſer.fugi.& ſequitur Alexand.in conſil. cxxviij. quoniam abundè.lib.iij.facit text.in l.meritò.ſuprà pro ſocio.facit quod no.in l.j.C.de his quibus vt indig.de ver.vindicta.& ibi Pau.de caſt.& Alexand. Et de verbo auferri.no. Ang.in l.poſtquã.circa fi.de peti.hæredi.cum ſimi. vt dixi in.c.in præſentia.de proba. 1

C ¶ Malũ. Idẽ tenet vbi ſuprà ver.ij. conclu. in.vj.col.& Iaſon.in.d.l.j.co.v.verſi.iij. multum not.&c.

¶ † Quartò conſulens non poteſt[d] condemnari, ſi principalis fuit abſolutus: vt no. Inno.c.ſicut dignum.de homici.vbi Abb.& Ioan.de ana.ſequuntur.& Pet.de ancha. in regula acceſſorium.in.xj.char.co.j.ver.iuxta prędicta quæro.de reg.iur.in.vj.& dixi in conſil.viij. col.iiij.in fi. 1 1

D ¶ Nõ poteſt Idẽ tenet in. d. c.j.col.vij.ver.ix.conſulens.

¶ † Quintò conſulens non tenetur, ſi conſilium reuocauit 14

uit[a] vt not. Inno.in.c.ad audientiam.de homi.cum simi. vt tradit ibi Ioan.de ana.col.iij. Et declarat vt per Ang. aret.in.d.verbo mandatorem.in fi.Et dictum Inno.sequitur Bald.in.d.l.non solum.§.si mandato. col.iij. de iniurijs.cum simi.vt tradit Alex.in consi.lxv. visa. col.iij.lib. iiij.Feli.in.d.c.ad audientiam.in fi.

A ¶ Reuocauit. Vide Feli. in.d.c.j.versi.limita quintò.et ibi do. Philip. in x.fallē.vij.

5 ¶ †Sextò statutum quod imponeret pœnam facienti, nō haberet[b] locum in consulente. Et hoc in simili in mandante tradit Bald.in l.non ideo minus.col.vj.ver.ego reuertor.C.de accu.& latē Alexan.in.d.consi.lxv.lib.iiij.s̃.allegato.facit quod no.Barto.in l.j.s̃.de sica. Abb. in.c.inter sollicitudinem. de purga. vul. not. in.c. mulieres. de senten.excom.

B ¶ Haberet. Idē tenet Feli. d.c.j. in fin. iij. colum.

6 ¶ †Septimò propter diuersam qualitatem facientis, consulens quandoq; in minori pœna[c] punitur l. qui seruo.§. idem placuit.& quod ibi Barto.s̃. de furt.§. hi qui. ver.si verò ope.insti.de obli. quæ ex delicto. Sali.in. d.l.j. col. viij.in.ij.q. C.de rap.virgi.facit tex.cum glo.fi.in.c. tanta.lxxxvj.dist.& not.Ioan. de ana. in.d.c. sicut dignum. §.ille etiam.de homi.& facit quod not.Bart. per illū tex. in l.huius actionis.s̃.quod falso tutore.

C ¶ Pœna. Idē tenet vbi supra in.vij. col. ver. viij.fallit.

7 ¶ Vltimò est videndum, †quando quis dicatur[d] consiliū præstare.de quo no. Bal.in l.j.in.iiij.opp.C.de ser.fugit. Bart.in.d.l.non solum.§.mandato.in fi. Ange.aret.in.d. ver.mandatorem.in fi.& in not.q.tradit Ange. in consil. xxij. pro decisione quæstionis Bald.in consi.cxx.in quæstione.lib.iij.Bartholomæus verō.in consil.xxvij.col.j. Et plura de materia consilij scribit Lucas de penna in rubrica.C.de silentiarijs.lib.xij.

D ¶ Dicatur. Vide eundē in d.c.j.col.vij.in in fi.ver.postremo &c.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Vasallus vasalli mei, non dicitur meus vasallus.
2 Homines alicuius Baronis regis, non dicuntur homines regis.
3 Amicus inimici mei, non dicitur meus inimicus.
4 Inimicus non reputatur quis propter amicitiam priorem, vel simpliciter contractam.

§. SOCII MEI SOCIVS.

SOCII *mei socius, meus socius non est.*

ET GLO. hîc dicit. Regula ista colligitur in.l.qui admittitur.ff.pro socio.cũ.l.seq.vbi ista duo verba, ad literã habẽtur.& facit tex.in l.Modestin⁹.ꝟ.de ver.sig.vbi dicitur, quòd libertus liberti mei, nõ est libertus meus.glo. ibi per ista iura arguit, quòd † vasallus vasalli mei, nõ dicitur vasallus meus.& idẽ no.per gl.in l. de accessioibus.in gl.mag.ꝟ.de diuer.& tẽp.prescrip.& gl.per illũ tex. in.c. legitur.lxxxj.dist.& rationem adducit Bald.in.c.j.§.rursus in fi.de controuer.inuest.

¶ Et de hoc vasallo, intelligitur quãdo est vasallus vasalli mei ratione alterius rei. Secus si pro eadẽ re: vt no.in.c. j.§.illud.in tit.de prohi.alie.feud.per Federi.Et ita Bart. cõcludit in.d.l.de accessionibus.in prin.& in l.Claudius. col.fi.ꝟ.qui pot.in pi.habe.& idem Bal. in l.j. col.ij. ver. quæro testator.C.cõmunia.de leg.vbi inquit, quòd vasallus vasalli mei, non est vasallus meus inspecta obligatione conuentionis: sicut & colonus coloni mei, nõ est colonus meus. Sed inspecta re mea quæ ad ipsum pertinet, vasallus meus dici potest.

¶ Et ex prædictis infert.Spec.in ti. de feudo.§.j.col.xij. in versi.xiij.quæritur, quòd homo hominis mei, nõ est homo meus. ex quo patet secundum eum, † quòd homines 2 alicuius Baronis regis, non dicuntur homines regis.& dictũ Spec.sequitur gl.in cle.j.in verb. existere.de iureiur. facit quod no.Bal. in l.j.in fi.C. vnde legitimi.cum simi. vt dixi ibi.

¶ Infertur etiã secundũ And.de Pisis.in l.qui admittitur prout Fulg. ibi refert, quòd † amicus inimici mei, non est 3 meus inimicus: licet de fide detrahatur.Bar.tñ in l.sciendum.§.si accusatio.ꝟ.de lega.dicit quòd non solũ inimicus: sed etiam amicus: vel domesticus inimici mei, est mihi suspectus.Et de hoc est gl.in.c.si inimicus in verbo nolite.xciij.dist.facit tex.in l.liberi.C.de inof.testa.& in.c.repellantur.de accu.Et concludendũ est, quòd si sit copulata amicitia cũ inimico meo[a] in perniciẽ meã, dicitur ini- A micus

A ¶ Inimico. Adde Fel.in.c. accedens.lo.ij. in prin.& Phi. in.c.postremo. ij.co.de ap.vbi latè ponit ex q' b⁹ præsumit qs inimic⁹.et Abb. in.c.ad hæc lo. j.de app.& Feli.c.cum super. de off.dele.vbi dicunt ꝙ ille q nõ salutat me⁹ præsumitur inimicus: qualiter intelligatur. vide p eos.& do. Aret.in.c.repellantur.de accu. in.j.col. Hiero.Chuch.

micus:adeò quòd feudo priuari potest:vt per glo.in l.j.§. cum patronus.in ver.cum inimicis.ff.de offi.præfec.vt in d.l.liberi. in verbo amicitias. & in.c.j.§. porrò. in verbo assaliuerit:dum loquitur de conspiratione facta cõtra dominum.& in.c.j.§.j.in ver.concubuerit.quib.mod.feud. amit.† Aliâs verò propter amicitiam priorem vel postea simpliciter contractam,non reputatur inimicus:ita q̃ repellatur à testimonio:sed bene detrahitur de fide: vt concludit Cy.in l.si quis testibus.col. fi. versi.octauò quæritur.de testibus.& Bal. ibi sequitur.co.fi.ver.quærit Cyn.

Pilippus Decius.

NOTABILIA.

1 Ista regula quòd locum habeat in contractibus.
2 Item in voto,limita vt nume.3.
4 Iuramentũ præstitum calore iracundiæ nõ obligat deierantẽ.
5 Confessio facta calore iracundiæ,reuocari potest.
6 Sententia excommunicationis lata per iracundiam,valet.
7 In delictis calore iracundiæ quis non excusatur.
8 Prouocatus ad iracundiam si deliquit,mitius punitur.
9 Qui per iracundiam dicit vel fecit iniuriam alicui,intra quantum tempus excusare se possit.

REGVLA XLVIII. PAVLVS.

QVICQVID CALORE *iracundiæ*[a] *uel fit uel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit indicium animi fuisse: ideoq; breui reuersa uxor,nec diuertisse uidetur.*

REGVLA ISTA colligitur in l. diuortium.ff. de diuor.quam glo.hîc adducit,& ibi verba regulæ formaliter leguntur.ad idem tex.ij.q.iij.in.c.si quis iratus.

¶ Et ista regula habet locum †primò in cõtractibus,prout loqui videtur & tenet Bart.hîc.& glo.in.d.c.si quis iratus.per tex.in l.licitatione. in prin.ff. de polli. Et limitatur non habere locum,in contractu facto cum ecclesia vel ad pias causas:quia valet & retractari non debet. xvij.q. iiij.c.sunt qui opes.quem tex.ad hoc alleg.Roma.in sing. cccccviij.incip. volo cõmentare. sed ille tex. intelligitur in eo qui fuisset aliqualiter concitatus: secus si alienatus à mente fuisset propter iracundiam: quia talis contractus

A ¶ Iracũdiæ. Ob id fortè q̃ Arist.ait Ethico.vij.c.viij.videlicet iram rationẽ audire aliqua ex parte, imperfectè tamẽ. Idem.c.ix. quod iræ incõtinens à ratione vincitur. vnde fit vt in eo excessu velut irrõnabiles, non recipiendos cẽseat Paulus & eo maximè cũ semel mota,tẽpore idigeat vt digeratur : vt idẽ Arist. vult Ethi.iiij.c.xij. cõfirmat et Scęuola hoc per.l. imperatores.ff. de probatio. Petrus Corue.

non deberet seruari: vt not. Ioan. and. & Ant. de but. in. c. dubium. de conuer. coniug. cum si. vt Feli.[a] tradit in. c. sicut ex literis: de iureiur. Et hoc idem dicendum videtur in alijs contractibus. 1

¶ Aduertendum tamen est, quia tex. in. d. c. sunt qui opes. ita legi & punctuari potest, quòd nihil facit, vt dicamus: si illa verba tumultuariò mentis impulsu, referantur ad reuocationem donationis, non autem ad donationem prius factam. & ita dicit Ioã. and. in. d. c. dudum. circa fi. in ver. item sciendum. Sed iste intellectus est contra illum tex. dum dicit quod prima donatio non habuit iudicium ibi: nec prima iudiciũ habuit. & ideo tenendũ est quòd. s. dixi.

¶ Secundò † etiam regula habet locum in voto: vt voluit glo. no. in. d. c. dudum. in ver. calore iracundiæ. in fi. Et hoc intelligitur quando est talis iracundia quæ alienationem mentis inducit: aliâs secus vt doc. ibi dicunt: vt. s. retuli. & idem Abb. ibi concludit, quia Deus vult voluntarium militem. xv. q. j. c. non est. & facit tex. in. c. sicut. de regu. Et † quia inter alia, in voto præcipuè deliberatio requiritur: vt not. Ioan. and. post sanctum Thomam quẽ ibi refert in. c. literaturam. de voto. vbi Abb. & idem Abb. in c. sicut ex literis. de iureiur. Rom. in loco præalleg. 2 3

¶ Tertiò † idem dicendum est in iuramẽto, quod si præstitum fuit calore iracundiæ, nõ obligat: vt tenet Ro. in no. s. ad leg. per. l. ij. C. ad leg. iuliam maiesta. & per text. in d. c. sicut ex literis. de iureiur. vbi Io. and. idem tenet. & hoc intelligitur: vt. s. dictum est de voto: quia in hoc votum & iuramentum à pari procedunt. vt Abb. concludit in. d. c. sicut. 4

¶ Quartò † idem est in confessione, quæ si facta sit calore[b] iracũdiæ potest reuocari. gl. no. in. c. ex literis. in ver. admonita. de diuor. vbi Abb. & not. in. c. cum venerabilis. in gl. ij. de excep. cum simili. vt Feli. scribit in. d. c. sicut ex literis. de iureiur. Et de acceptatione secundi beneficij facta per iracundiam quòd non noceat. not. Abb. post alios quos refert in. c. de multa. colũ. v. ver. extra casum gloss. de præben. 5 B

A ¶ Vt Felin. Idẽ etiã Feli. c. Matthęus. de simo. vbi ponit istas conclusiones. & remissiuẽ i. c. dilecti filij. de excep. penul. colum.

B ¶ Calore. Adde Ias. in l. si filiã. ij. co. C. de inoffi. test. vbi ponit, quid in exhæredatione & in voto & in iuramẽto, confessione, acceptatiõe bñficij: in accusatione, & in dicto vel facto calore iracũdiæ: & in omnibus concludit nõ valere, nisi postea perseueraret in eadem voluntate, & in donatiõe facta eccl'iæ tenet idem quod do. Phili. et idẽ etiã in delictis & in blasphemia, Hie. Chu.

Nota

6 ¶ Nota tamen † quòd sententia excommunicationis lata per iracũdiam valet. c. si episcopus fortè iracundus. xj. q. iij.

7 ¶ † Prædicta regula non habet locum in delictis in quibus quis calore iracundiæ non excusatur. l. si non conuitij. C. de iniu. & Bald. ibi declarando istam materiam dicit, quòd sunt quædam quæ iuris effectum sortiuntur: vt repudium, & votum, & alia de quibus. s̄. dictum est. Et in istis non valet quod factum est calore iracundiæ per supradicta. Quædam sunt quæ non sortiuntur iuris effectum: prout sunt maleficia. & in illis non excusatur delinquens propter calorem iracundiæ quominus puniatur. d. l. si non conuitij. Aliâs rarò propter homicidium esset quis puniendus: quia plerunque cum iracundia committitur. Et vt ista differentia inter dicta & alia, de quibus suprà dictum est, habeat locum: dicendum est ꝙ in delictis non excusatur delinquens ex calore iracundiæ dato quòd maxima sit iracundia propter quã alienatus sit à mente per ea quæ. s̄. dicta sunt: & quãuis ex toto non excusetur ille qui delinquit: pœna tamen mitigari debet in delicto cõmisso cum iracundia: vt Ro. concludit in notabili. s̄. alleg. facit tex. in l. j. C. si quis impera. maledixe. in l. famosi. s̄. ad leg. iul. maie. & idem Abb. concludit in. c. j. de iniu.
8 colum. j. ver. puto tamen. vbi concludit † quòd ille qui prouocatus ad iracundiam delinquit, mitius debet puniri. arg. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores. s̄. de adul. vbi dicitur, difficillimum est iustum dolorem temperare. & idem Abb. dicit in. c. dilecti. col. fi. ver. credo tamẽ de excep. cum si. vt ibi Feli. tradit. & quantum ad istam mitigationem pœnæ quæ debet fieri ratione iracundiæ de qua agitur debet probari ꝙ talis fuerit iracundia quæ ipsum delinquentem à mente alienauerit: quia aliâs nullã haberet excusationẽ, sed ordinaria pœna est puniendus. d. l. si nõ cõuitij, & idẽ no. Abb. in. c. j. in. ij. not. de his qui fi. occid. Et difficile est probare talem iracundiã. vt Abb. dicit in. d. c. dudũ. de cõuer. cõiu.

9 ¶ † Et infra quantum tempus ille qui dicit alicui vel fecit iniuriam, possit se excusare allegando illud dictum vel factum fuisse per iracundiam. not. Luc. de pẽna in. l. omnes omnino curiales. de decur. lib. x. col. ij. ver. sed pone Titius. vbi varias refert opi. & videtur residere quod infra triginta dies hoc allegari possit. & alleg. bonum tex. xj. q. iij. in. c. cũ apud. & in. l. si vendicari. C. de pecu. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **Ex maleficio serui, non acquiri domino actionem.**

2 **Cui actio acquiri debet, consentire non videtur in illicitis.**

Regu

REGVLA XLIX. PAVLVS.

ALTERIVS *circunuentio, alij non præbet actionem.*

VLTRA gloſſ. exemplificari poteſt in l. quod ſeruus. ſ. de acqui. poſ. in fi. † vbi ex maleficio ſerui, domino actio non acquiritur. Et ratio re- 1
gulæ videtur: † quia ille cui actio acquiri debet, non videtur conſentire 2
in illicitis. arg. l. procurator. verſi. quod ſi indebitum. ſ. de condi. inde. l. iij. §. ſi procurator. ſ. quod quiſq; iur. in l. ſi pater. de his quæ in frau. credi. & idem videtur in acquiſitione quæ fit ex diſpoſitione legis, per prædicta iura.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Seruus excuſatur, ſi domino opem ferre non potuit.
2 Communitas quando teneatur ex delicto ciuium, quos potuit prohibere.
3 Qui non impedit maleficium, quando prohibitio ad eum ſpectat: ipſum perpetrare videtur.
4 Procurator incidere facit dominum in pœnam, ſi dominus ſcit & patitur, & nõ prohibet.
5 De iure ciuili an quis teneatur delicto obuiare, & alium defendere ſi poteſt.
6 Lex metum. §. ſed licet. de quo metu loquatur?
7 Quòd quis non teneatur ſe periculo ſubijcere.
8 Alteri bene facere, nemo compellitur.
9 Si quis poteſt offenſum iuuare clamando & non facit, non tenetur.
10 Prædicta locum non habent, in parricidio.
11 In crimine læſæ maieſtatis punitur ſciens qui non reuelauit.
12 De iure canonico quòd teneatur quis delicto obuiare.
13 Ius canonicum quando aliter in foro conſcientiæ quàm in contentioſo diſponit id exprimit. idem de iure ciuili. nu. 15.
14 In foro conſcientiæ, ſola veritas inſpici debet.

REGVLA L. VLPIANVS.

CVLPA *caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.*

FACIT alia regula quæ habetur in l. nullum crimen. infrà. eo. vltrà glo. exemplificari poteſt in. l. j. §. occiſorum. verſi. hoc ideo. ſuprà ad ſyllani. vbi † excuſatur ſeruus, qui domino opem ferre non potuit 1
& ad idem text. in l. ſi quis in graui. in princip. eod. titu. & in l. item quæritur. §. exercitium. verſicu. Labeo ait. in l. qui fundum. §. fina. ſuprà. loca. ibi: ad te aut ab eo prohibetur, quem tu prohibere ne id fiat poſsis. & ad idem bonus textus in l. adigere. in princip. ſuprà de iurepat. ibi: etiam is qui libertum iurare patiatur. & quod not. Barto. in. d. §. occiſorum. &

plura

A ¶ Tenet. Vide eundem in.c.j.de offi.dele.in.iij.col.ver.in glo.ij.&c.vbi de verbo ad verbum dicit omnia quæ hîc, & ibi Feli.ij. col. ver. conclude ergo &c. & Abb.ij.col.ver.aduerte.& Barb.viij.col.ver.capio.& idem Iaſ.in l.vt vim.penul. col.in princip.ff.de iuſti. & iur.& Anch.c. dilecto.de ſenten. excom. lib.vj.ij. col. ver.ſi quis tamen.idem Aret.§. iuris præce.inſti.de iuſti. & iure.in fi. & Feli.in.c. qui alios. de hæ re. & ſic patet hanc eſſe cõmunem opi. quòd de iure ciuili qs nõ tenetur aliũ defendere niſi in caſibus traditis per Bart. & alios in. d.l. vt vim.& per Ancha. vbi. ſuprà tamen vbicunque quis defenderet extraneũ & eum defendendo aliũ occideret non veniret puniẽdus. ita Iaſ. vbi ſuprà.col. antepenul.ver.ſed pulchrum dubium vbi dicit hanc eſſe cõmunem opi. & vide dominũ Phili.vbi ſuprà.in.v.col. in ver. & ſubijcit iſto primo membro &c. Hier. Chucha.

plura ſimilia ad hoc tradit Roma.in conſilio.vij.viſis neceſſarijs.colum.fina.cum ſimi . vt dixi in conſilio. lxiiij. colum.iij.

¶ † Et de communitate quando teneatur ex delicto ciuium, quos prohibere potuit.not.Pau.de caſt. in conſilio ccccxxij.quia ſcio.colum.ij.in antiquis ſecundum nouam formam.& adde quod no. Bald.in l.ij. quæ incip.qui ſeruus.ſuprà de noxa.vbi inquit † quòd ille qui non impedit maleficium quando ad eum ſpectat, prohibere videtur ipſum perpetrare. Et ideo infert, † quòd procurator facit incidere dominum in pœnam , licet non habeat ſpeciale mandatum ſi dominus ſcit & patitur. alleg.l. ſemper qui non prohibet. infrà eod. Et non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ qui cum poſsit manifeſto facinori, deſinit obuiare. xxiij. quæſtio. iij. in cap.non inferenda. & cap.qui poteſt.& in cap.quantæ.in fi.de ſen.excom.

¶ Et ad declarationem huius regulæ videndum eſt de duobus, quæ in glo.habentur.

¶ Primò † an de iure ciuili, quis teneatur delicto obuiare & alium defendere ſi poteſt.

¶ Secundò, quid de iure canonico?

¶ Circa primum glo. concludit quòd non. & hoc tenet[a] Barto.in l.j.§.ſed in eo.ſuprà ad ſyllani.& in l.metum.§. ſed licet.ſuprà quodmet.cauſa.per illum textum.vbi quis licitè poteſt pecuniam accipere, vt alium defendat. ergo datur intelligi quòd non tenetur: quia turpiter acciperet. l.penul.ſuprà de condi.ob tur.cau. & ita per iſtam rationem tenet glo.in.c.quantæ. de ſen. excom. Et iſto fundamento vtitur Iac.butr.quem Barto.refert in.l.vt vim. col.j.ſ.de iuſti.& iur.Sal.in l. quiſquis.§. id quod. C. ad leg.iul.maie.& Roma.in conſilio. cxvij. ex præmiſſa. Et prædictam rationem omnes Mod.vbique ſequuntur.

Sed

¶ Sed tamen rationi prædictæ dupliciter responderi potest. Primò ꝙ tex. in. d. l. metū. §. sed licet. loquitur † quando quis suscipit defensionem alterius generaliter, vt liberetur à vi hostium, vel latronū: tunc enim licitè accipit pecuniā: quia videtur locare operas suas: vt colligitur ibi, mercedē accepisse videtur. Et tali casu, res tractū habet successiuum: secus videtur quando agitur de aliquo casu particulari, & momentaneo occurrēti prout doc. loquuntur: quia videtur ꝙ alium quis teneatur iuuare si potest: hîc in regula à contrario sensu probatur. 6

¶ Secundò respondetur ꝙ tex. in. d. §. sed licet. loquitur quandoq; quis non poterat aliū iuuare & defendere sine periculo eius, quia agebatur ꝙ illū defenderet à vi hostiū & latronū: & hoc gratis facere non debet † quia quis non tenetur subijcere se periculo. c. ex parte. l. ij. de app. secus videtur, quando absque periculo hoc fieri possit: prout doct. loquuntur. & ita Albe. in. d. §. sed licet. & no. Bald. in. l. j. col. iij. C. de seruis fugi. vbi istam regulam intelligit, quando quis commodè potest alium defendere. Pro communi tamen opinione facit, † quia non compellitur quis alteri benefacere: vt per glo. in. c. ad reprimendam. de offic. ordina. Sed responderi potest hoc non habere locum, in delictis in quibus quis obuiare debet si potest. vt in reg. hîc à contrario sensu. 7 8

¶ Et retenta communi opinione Bald. in dicta. l. vt vim in. viij. quæstione. suprà de iustitia & iure infert, † quòd si potui offensum iuuare clamando, & non feci, non teneor: & si scio quòd Titius velit occidere [a] Seium si tacui, non teneor: licet esset honestum reuelare. & idem Pau. de castro in. l. j. C. de his quib. vt indig. & facit quod not. Bar. in. l. vtrum. in fine. de parici. & in. l. j. §. occisorum. suprà ad Syllania. 9 A

A ¶ Occidere. Iason sequitur ibi Bald. in vij. colum. versicu. & ex hoc vltimo &c. dicendo quòd est speciale in crimine læsæ maiestatis quòd quis teneatur reuelare, & sic ꝙ in alijs quis non teneatur.

¶ Et ad prædicta communis opinio limitatur, secundum Baldum in. c. j. de offic. delega. non † habere locum in delicto paricidij: per dictam. l. vtrum. & idem Barto. in. d. l. j. §. occisorum. de quo dicendum est, vt dixi in dicto. c. j. col. iiij. de offic. deleg. 10

Similiter

A ¶ Læſæ. Idem tenent oẽs quos allegaui in.j.apoſtil.ſuper litera a. & vide Feli.in c.quantæ.de ſent.excõi.vbi refert oẽs tenentes contra dictũ Bar. & in.c.qui alios. vbi dicit quòd nõ ſeruatur in practica: licet in.c.j.de offi.dele.dicat ꝙ ſic. & idem Ang. i trac.maleficiorum: hîc alleg. & dictum cõſi.nunꝗ̃ potui reperire. & adde ꝙ coniunctio ſanguinis excuſaret aliqualiter non reuelantem. de quo & de alijs dictis hîc vide Ialiſsi. Hippoly. de Marſilijs in ſing.clxiiij. incipiente, nemo debet ſe ſubmittere. & per Bertach.in ſuo reperto.in ver. ſcire.in ver.decimoquarto. vbi dicit ſe feciſſe decapitari quoſdam ex ſola ſentẽtia tractatus nõ reuelati contra papam. vbi refert plures qui ſecuti ſunt dictum Bar.in.dicta.l. vtrũ.hîc alleg. Hier.Chucha.

1 ¶ † Similiter in crimine læſæ [a] maieſtatis, punitur ſciens qui non reuelauit.l.quiſquis.§.id quod.C. ad legem Iul. maie.& not.Bart.in.d.l.j.§. occiſorum. in.d.l.vtrum.in fine.vbi ex hoc infert, quòd ſubditus qui ſciens non reuelauit tractatum contra principem vel contra ſuam rempublicam, quòd puniatur.& ſequitur Abb.in dicto.c.j.de offi.deleg.& in.c.j.de reſtit.ſpolia.

¶ Et hoc ſanè intelligitur, quando ſciens tale delictum committendum illud probare poteſt: aliâs ſecus. vnde vt no.voluit Bal.in conſi.incip. quanquam.quem Ang.are. refert in tracta. maleficiorum. che hai tradito la tua patria.col.iiij.ver. quod crimen læſæ &c. Et pro dicto Bal. facit in.l.noſtris.in fin.C.de calum. &.ij.q.vij.in.c. quapropter. & not. Ioan. de ana.in rub. de his qui fil. occid. cum ſimi.vt tradit Feli.in.c.quantæ.de ſententia excommu.& in.c.decętero.col.fin.de re iudic.& nouiſsi.ſcribit Soci.in conſi.cclxxv.in cauſa fratris.

2 ¶ † Venio ad ſecundum, in quo glo.hîc concludit: quòd de iure canonico teneatur quis obuiare delicto.& ad hoc facit tex. in. c. quantæ.in fine. de ſenten. excommunica. ibi: eos delinquentibus fauere interpretans qui cum poſſint manifeſto facinori, deſinunt obuiare. Ad idem text. in.c.ſicut dignum.§.illi etiam.de homici.in.c.dilecto.de ſentent. excommuni. in. vj. cum ſimilibus ſuprà allega. And.ſicu.in.c.j.extra de offic.deleg.tenet quòd glo. iſta non ſit vera, quia etiam de iure canonico quis non tenetur aliũ iuuare, [b] & hoc in foro cõtentioſo: & ſecus in foro conſcientiæ eſſe dicit. Et hoc modo iura præalleg. ſecundum eum intelliguntur: & iſta non eſt noua eius opi. Nam ita etiam expreſsè dicit Auto. de butri. in dicto.c. quantæ . quòd iſta glo. intelligitur in foro conſcientiæ. & idem Abb. in.c.j.col. fin.ver. ad tertium. in fin. ſuprà de reſt.

B Iuuare. Hanc opin. dicit eſſe cõmunẽ Moder.do.Phil.in c.j.de offi. deleg.in.v. colũ. ver.et licet iſta videatur communis &c.hâc etiã dicit Iaſon cõmunem in.l. vt vim.col.pe. verſi.tene contrarium prout tenet &c.

de restitu.spoliat.Salic.in.l.quisquis.versi.ad id quod.C.ad legem Iul. maiest.Bal.in.l.j. col.iiij.C.de ser.fugit.Ioan.de ana. in.c. ij.de hæreti. & Moderni sequuntur in dicto.c.quantæ.& in.l.vt vim.de iusti.& iure. Sed tamen diligenter considerandum est, pro defensione glo. hîc:quia non consonat quod iura pręallegata restringantur in foro conscientiæ, quia simpliciter loquuntur:ergo intelliguntur simpliciter de iure canonico in foro contentioso,prout cõmuniter iura canonica loquũtur.† & 1
quia quando iura canonica, aliter in foro conscientiæ volunt dispone re quàm in foro contentioso: solent hoc exprimere.c. quicunque.xvij. q.iiij.c.inquisitioni. de senten.excommuni.c.tua nos. de sponsa.& quia si in foro conscientiæ quis tenetur alium iuuare, idem videtur esse de iure canonico: quia etiam de iure canonico, bonum animæ considera tur:vt per glo.in.c.cum contingat. de iureiurando.& facit tex. in dicto c. quantæ. dum dicit quòd catholica authoritas condemnat facientes & cõsentientes:& certè hoc primum dictum videtur habere locum,de iure canonico in foro contentioso:vt etiam probatur in.c.j. de offi dele ga.Deinde in dicto.c.j.primum dictum de consentientibus, Papa in terpretatur & dicit eos fauere delinquentibus:qui cum posśint,desinũt manifesto facinori obuiare. Vnde sicut primum dictum in foro conten tioso intelligitur,& ita etiam in secundo dicto dicẽdum videtur. Quia lex interpretans, secundum legem interpretatam intelligitur. §. j. in authent.de fil.ante dot.instrumenta nat. Comprobatur hoc: quia tex. in dicto.c.quantæ. loquitur de manifesto facinore: ergo videtur loqui in foro contentioso:quia in foro conscientiæ idem esset in facinore non manifesto:de quo quis haberet notitiam. Quia † in foro conscientiæ so 1
la veritas inspicitur: vt per Innocen.in.c.quia plerique. de immuni.ec cle.& eodem modo loquitur tex.in dicto.c.sicut dignum. &.ij.q.vij.in c.negligere. & facit etiam tex. in dicto.c.dilecto. versi. & quidem. vbi primò dicitur,quod quis potest vicinum vel proximum defendere:& hoc clarum est etiam in foro contentioso: vt not.in. l. vt vim. de iusti. & iure.Deinde ampliando in eodem casu tex. dicit imò si potest, & ne gligat,videtur iniuriã fouere:ergo hoc secundum dictum, pariter in fo ro contentioso intelligitur.& ita glo. hîc defenditur.

¶ † Et retenta conclusione glo.inferri potest, idem esse de iure ciuili: 1
ex quo contrarium non est cautum de iure ciuili iuxta not.in. c.j. de no.oper. nunt. imò idem probatur de iure ciuili à contrario sensu hîc. Et hoc quando potest absque eius periculo:aliâs secus.vt.s.dictum est.

Et ideo

Et ideo quod dicit Bal.in.d.l. vt vim. nō videtur verum: quia clamādo & reuelando bono modo, alium iuuare potest & debet si commodè fieri posst.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Incapax qui pro se retinere non potest, accipere potest vt alij restituat.
2 Restituere in hac regula, quomodo intelligatur.
3 Capere verbum cum effectu intelligi.
4 Verbum accipere, etiam sine effectu intelligitur.
5 Accipere quòd non intelligatur propria authoritate, sed de manu alterius.
6 Verbum accipiat, quòd sit directum.

REGVLA LI. CAIVS.

NON *uidetur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere.*[a]

VLTRA glo. exemplum habetur in. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Treb. † vbi incapax [b] qui pro se retinere nō potest, accipere potest vt alij restituat; quia capere non videtur: vt hîc dicitur. ad idem tex. in. l. sed si mortis. §. item si quis. ver. sed si opponas. ff. de leg. præstan. & in. l. Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxo. & in. l. fin. §. fin. C. de bo. quæ lib. & facit tex. in. l. si quis mādato. & quod ibi Bar. ff. de nego. gest. vbi abesse dicitur illud, in quo quis alteri obligatus est: & abesse dicitur ille, qui pro modico tempore præsens sit. vt in notab. q. tradit Pau. de cast. in l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de institu. & dixi in. c. quoniam abbas in glo. j. de offi. deleg.

¶ † Et regula ista intelligitur, quando quis statim & incontinēti tenetur alij restituere. secus videtur, si cum interuallo. Ita quòd in medio tempore haberet vtilitatē. Quia istud interusurium medij tēporis consideratur: vt probatur in. d. l. Sulpitius. ibi: si id egit vxor vt aliquid de ea re interim commodi sentiret maritus. & ad idem tex. in. l. lege falcidia. non habetur. ibi: medij tēporis enim cōmodum computatur. & in. l. quantitate. §. magna dubitatio. ver. in diem. ff. ad legem falci. & in. l. mulier. §. si hæres. ver. alia causa est. ff. ad Trebel.

A ¶ Restituere. Simile videtur quod suprà dictū est ī reg. 13. non videtur cepisse, cū vtroque modo principium facti incoactū ad suū effectū nō peruenit: ex quo vt imperfecta in ipsa operatione desinunt quo minus integra sint, nec cepisse alterū dici possit cum mox sit remouendus, nec capere hîc, cū restitutere captū oporteat. Pet. Coruesius.

B ¶ Incapax. Quot modis dicat. vide Bal. in. l. eam quā. vij. col. C. de fi. de instr. vbi & ponit si sit hæres institut⁹ & grauatus fidei. an possit cogi adire & restituere. & incapacitas probat per duos testes. ita Bal. in. l. errore. C. de test.

¶ Et nota quod in regula dicitur † capere, quia tale verbum cum effectu intelligitur vt habeat & retineat ad vtilitatem eius. l. aliud est capere. ff. de verb. signific. l. ex facto. §. Iulianus. in princi. ff. de vulga. & pup. facit tex. in. l. ciuitatibus. §. fin. de leg. j. vbi non videtur capere qui tantum erogat, quantum accipit.

¶ Sed verbum accipere etiam sine effectu intelligitur. d. l. aliud est. & ideo de necessitate verbũ accipere, nõ importat dominij translationẽ: vt no. Bar. in. l. naturalis. §. j. in princ. in versi. & sic apud. ff. de præscrip. ver. in. l. si. in prin. ff. de cõdi. ob causam. & in. l. cũ mota. C. de transac. † Et notãdũ est, quod accipere nõ est propria authoritate. Sed de manu alterius. vt tradit Lucas de penna in. l. domini. in princ. C. de agric. & censi. lib. xj. vbi ad hoc plura iura inducit. Et præsertim tex. in. c. lector. xxiij. distin. ibi. accipe & esto relator verbi Dei. Sed tamen ille tex. & alia iura quæ adducit, nõ negãt quin etiã accipere, intelligi possit à seipso. & Bar. in. l. centurio. [a] in. iij. col. in ver. iij. quæro. † concludit quòd verbum accipiat sit directum. ff. de vulga. & pupil. & idem Bal. in. c. si pater. de testa. in. vj. prout refert ibi & sequitur Perusinus. in ver. xviij. & facit tex. in. l. titia cũ testamẽto. §. j. ibi: à seipsa acciperet vllam. de lega. ij. nisi dicatur quòd ibi ita expressum sit à testatore.

A ¶ Centurio. Et ibi per Lãcelotum in sua repe. fo. xvij.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Duobus modis dicitur quis, non defendere.
2 Latitare non dicitur, qui ex iusta causa abest.
3 Defendere non dicitur, qui defensionem suscipere recusat.
4 Defendere non dicitur etiam qui in defensione non perseuerat.
5 Verbum defendere generale est, & intelligitur de defensione iuris & facti.
6 Qui aliquem defendere promittit, intelligitur de facto & de iure.
7 In defensione, differt dominus & princeps à priuato.

REGVLA LII. VLPIANVS.

NON *uidetur defendere non tantum qui latitat: sed et is qui præsens negat se defendere: aut non uult suscipere actiones.*

EXEMPLVM secundum glo. ad istam regulam habetur, in. l. ij. in princi. in. l. hæc autem. §. rectè defendi. ff. ex quibus causis in possess. eatur. & in. l. rectè. ff. de iudi. & ad idem tex. in. l. item ait prætor. §. defendi autem. ff. ex quib. cau. ma. & sic colligitur hic, † quòd duobus modis quis dicitur non defendere.

¶ Primò si latitat, Et latitatio, est turpis occultatio sui. l. Fulcinius. §. quid sit

quid sit latitare. ff. ex quibus causis in possessi. eatur. nota per glo. in.l. satis. suprà de in ius vocan. Et in effectu latitare, est sui copiam non facere, siue occultet se post columnas, vt creditorem euitet: siue subterfugiat ne secum aliqua actio moueatur. Et qui ab vrbe aufugit causa fraudandi: vt textus declarat in.l. eum qui. de priuileg. credito.

¶ Et non dicitur † latitare, qui ex causa iusta abest.l. j. l. si pater. §. si studio. suprà de fideicõ. lib. Nec dicitur latitare, qui præsens iudicium suscipere non cogitur. l. non videtur. la. j. de iudic.

¶ Secundo modo dicitur † non defendere, etiam qui recusat defensionem suscipere. vt hic dicitur. & ad hoc facit text. in.l. de ætate. §. qui tacuit. s̄. de interroga. actio. vbi qui est præsens, & non respondet, dicitur Prætorem cõtemnere: & in.c. certum. xj. q. iij. vbi etiam contumax ille dicitur, qui est præsens & parere nolit: & propter hoc excommunicari potest.

¶ † Tertiò etiam dicitur non defendere, ille qui suscipit defensionem & non perseuerat. l. ij. §. fina. s̄. ex quibus cau. in possessi. eatur. & in dicto. c. certum est. x. q. iij. in dicta. l. rectè. in fin. de iudi. Verbum enim defendere, generale est.[a] † vnde qui tenetur defendere, [b] intelligitur de defensione iuris & facti: quia defensio, vtranque defensionem complectitur. De defensione iuris, probatur in.l. sed & si damnum. §. sed & creditor. suprà de peculio ibi: ad defensionem sententiæ suæ. & in.l. cum hic status. §. si ambo. suprà de dona. inter virum & vxo. ibi: ex verbis orationis defendimus. Et de vtraque defensione, colligitur in. l. j. C. de iur. & fact. ignoran. in. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. in.l. si quidem. & l. defensiones. in.l. cum modum. C. de exce. in.l. seruum quoque. §. publicè. in.l. sed & hæ. §. defendere. suprà de procura. & in.l. ij. & per totum. s̄. ex quib. cau. in possess. eatur. & not. Lucas de penna in.l. apud eum. col. j. C. de agrico. & censi. lib. xj. & idem Alexand. tradit in consi. clxiij. aliâs consultus. lib. v.

A ¶ Generale est. Et sumitur quãque largissimè pro omni eo qui causam suã agit, agẽdo vel excipiendo, vel accusãdo. Quãdoque largè, & quãque strictè pro eo qui prouocatur ad iudiciũ, vt per Bart. in l. de pupillo. §. si procurator ante. nu. 3. ff. de ope. no. nũtia. & per Pau. de cast. ea. l. &. §. nu. 3. Pet. Cor.

B ¶ Vide doc. in. l. stipulatio ista. de verbo. obligat. & ibi Ias. ii. colũ. in princi. & Feli. c. causamque. de offi. deleg. ver. non obstante. & in. c. ego. de iureiuran.

¶Et ideo qui promittit aliquem defendere, † intelligitur de facto & de iure: & de facto intelligitur vt faciat in iudicio ea quæ sunt facti. videlicet assistere apud tribunal: testes producere: soluere expensas, & alia quæ in facto consistunt: non autem intelligitur quòd armata manu defendat. Quia etiam si quis expressè promittat aliũ de iure & de facto defendere, intelligitur in iudicio & non armata manu: vt not. Barto. in.l. stipulatio ista. in princi. circa finem. de verbo. obliga. Quia verba intelliguntur, secundum naturam contractus.l.fin.C.de actio. empti. Vbi Bal. hoc idem dicit in versic. quærunt doct. cum simi. vt tradit Alexan. in dicta. l. stipulatio ista. in princi.& in consi.cxxvij. viso instrumento.colum.ij.lib. 6
v. † Et hoc intelligitur in priuato: secus est in domino 7
& in principe, [a] qui acciperet aliquẽ sub eius protectio- A
ne & defensione: quia intelligitur quòd de facto armata manu illum defendat: vt tradit Pet.de ancha. in consilio lxxxvij. omisso primo dubio. Et ad prædicta facit quæstio quam ponit Bart. in.l. quidam cum filium. col.ij.de verbo. obliga. de illo qui mihi promisit castrum defendere. Nam intelligitur quando bellum iniustè inferatur. cum simili. Vt Alexand. scribit in consi.cxv. super eo de quo quæritur.lib.iij.

A ¶Principe. Aliter distinguit Ias.in.d.l. stipulatio. col. fin. versi. istam conclusionẽ. limitat &c.

B ¶Repetitio est. Hui⁹ verbi multiplex est acceptio, aliàs enĩ iterare Modestino significat: vt in.l.repeti.ff.de quæstionib. Repeti (ait) quęstionẽ diui fratres rescripserunt. al's recordari: vt p Scęuolam in.l. quidã referũt. ff.de iure codi. i prin. Propriè verò repetere restituendũ petere significat. vt per Pau.hic & Alciat. in.l. verbum. ff. de verb. signific. Pet.Corue.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Scienter vsuras indebitas soluens, illas repetere potest: quia ex necessitate soluere cogitur.
2 Donationes in dubio non præsumi.
3 Qui scienter soluit indebitum principale, quòd videatur donare.

REGVLA LIII. PAVLVS.

CVIVS per errorem dati repetitio [b] est: eius consultò dati donatio est. A

AD idem tex. in.l.j.in fi.ff. de condi.indebi.in.l.indebitum.C.eo.titu. Et ideo talis donatio requirit insinuationem: vt not.Bart.in.l.j.ff. de don. Et quod dicitur de donatione, hîc intelligitur quãdo recipiens scienter recipit indebitum: quia tunc concurrit consensus vtriusque: & est

& est donatio. Sicut si recipiens ignoraret: quia tunc non esset donatio. vt Bar. dicit in. d. l. j. per. l. j. per. l. absenti. ff. de dona. cum simi. vt tradit Alex. in. l. si ergo. si cer. pet. col. fi. & licet non sit donatio, tamen repeti non potest quod datum est: quia reconciliatur donatio: vt not. per glo. in. d. l. si ego. in ver. consumpserit. vbi Pau. de cast. reprehendit Ang. qui aliter videtur voluisse: vt Alexan. ibi refert.

¶ Secundò regula ista intelligitur, in eo qui sponte dedit: secus si ex ne-
1 cessitate: vt probatur in. c. debitores. de iureiuran. † vbi ille qui soluit scienter vsuras indebitas: pōt illas repetere: quia ex necessitate cogitur soluere, propter vinculum iuramenti.

¶ Tertiò regula habet locum, quando alia coniectura capi non potest. Secus vbi alia coniectura haberi potest. Exemplum in. l. si cum aurum.
2 suprà de soluti. & ibi Bar. † In dubio enim donatio non præsumitur. l. campanus. suprà de ope. liber. l. cum de indebito. suprà de probat. c. super hoc. de renuntia. Et vbi cadit alia coniectura, etiam leuis donatio non præsumitur: vt no. Bal. in. l. j. C. ad Trebel. alleg. l. dispensatorem. suprà de solut. & potius præsumitur error, quàm donatio. vt not. per gloss. in. l. generaliter. in verbo causa. C. de non nume. pecu. vbi Bald. in iiij. opposi. & Ange. ibi in. ij. colum. dicit se ita consuluisse. not. Imo. in l. à Titio. colum. ij. de verbo. obliga. cum simi. vt Alexan. tradit in consilio. xiij. ex his quæ in themate. col. ij. libr. j. & in consi. xix. in his quæ in themate. colum. ij. lib. iiij. Et ideo vbi potest cadere alia præsumptio quàm renuntiationis: nunquam videtur quis priuilegio renuntiare. vt not. Ioan. andr. & Anto. de butri. in. c. accedentibus. de priuileg. Alexā. in. consi. xxxiij. ponderatis his. col. ij. lib. v. & idem Alex. in consi. xxvij. attentis narratis. libr. iij.

3 ¶ Quartò regula procedit, † in eo qui soluit scienter indebitum principale, tunc enim videtur donare. quia alia coniectura non cadit: secus est in eo qui soluit vsuras, quæ accessoriæ sunt ad debitum. Quia licet ipsæ indebitæ sint & scienter solutæ non inducitur donatio. vt not. Barto. per illum tex. in. l. si non sortem. § . si quis falso. ff. de condi. indebi. Quia videtur soluisse, ne molestetur super debito principali: ad quod putabat se teneri: & sic potest capi alia coniectura quàm donationis: ideo donatio non præsumitur: vt suprà proximè dictum fuit. Et sic ista limitatio satis concluditur in prædictis.

¶ Et hoc idem tradit Alex. in consi. lxxx. circa primum dubium. col. fi. lib. iij. & limito vt per Bar. in. l. si certis annis. C. de pac. Et quia materia

ista altiorem postularet indaginem, & satis nota est, vt latius habetur in.d.l.j.de condic.indeb.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Pro non dato habetur, quod datur ab eo qui donare non pôt.
2 Nemo dat, quod non habet.
3 Creditor, rem debitoris alienare potest.
4 Iudex adiudicando rem alicui, illius dominium transferre videtur.
5 Dare, quòd dupliciter sumatur.
6 Quod quis non habet in actu vel potentia, transferri non pôt.

REGVLA LIIII. VLPIANVS.

NEMO *plus iuris ad alium transferre potest, quàm ipse habet.*

EADEM regula ponitur in regula nemo. de reg.iur. in.vj. Ad idem tex.in l.traditio.ff.de acqui.re.domi in.c. nuper.de dona.inter vir.& vxo.† Et pro non dato habe- 1
tur, quod datur ab eo qui donare non potest.c. quod autem.in fi. de iure patro. & qui nihil habet, nihil dare potest.j.q.vij.in.c. Diabertum.&†nemo dat, quod non ha- 2
bet: vt dicitur de consecra.dist.iiij.in.c.quomodo.& in l. si filius.C.de dona. facit text. in l.ij.C.de pœnis in l.j.C. qui pro sua iurisdi.& lxij.dist.in.c.nulla ratio.& in l.obseruare.ff.de offi.procon.circa finem: & ibi Bart.& in l. si vniuersæ.vbi Bald.C.de leg. secundum istam reg. arguit Fulgo.in consi.lxiij.Classius.col.iij.

A ¶ Limitatur. Vide Moder. in.§.j. insti. quibus alie. licet.

¶ Et limitatur [a] regula non habere locum, in pluribus ca- A
sibus: vt not.per gl.hîc & in dicta regula nemo.& in l.traditio.& in.c.j.de supplen.negli.prela.Nam†primò in cre- 3
ditore non habet locum, qui potest alienare rem debitoris.insti.quib.alie.licet. in prin. & in l. non est nouũ.ff.de acq.rer.do.vbi dicitur nõ est nouũ, quòd qui dñiũ nõ habet alijs dñium præbeat.& exemplũ ponit in creditore: & idem in tutore & curatore: qui ex causa potest bona pupilli vel adulti alienare.l.lex tutores.l.fi.C.de admin.tu. idem in procuratore. §. nihil autem.insti. de rerum diui-
sione.†idem in iudice, qui adiudicando rem alicui domi- 4
nium transfert, quod ipse non habet.§.fi.insti.de offi.iud.

cum

eum simi. vt per glo. hîc & in locis præallega. & in. d. regu. nemo. vbi Dy. ad quem Bar. hîc se remittit. Bal. verò in l. manumissiones. circa fi. in ver. item gl. ꝟ. de iusti. & iur. declarando istã regulam dicit, quòd † dare[a] sumitur dupliciter. Primò pro cõferre: secũdò, pro transferre. Primo modo, regula non procedit: quia episcopus confert beneficia in quibus non habet dominium neq; possessionẽ, sed sufficit ꝙ habeat ius conferendi. Secundo modo, habet locum regula, quia quis transferre non potest quod non habet: & sequitur Ang. aret. insti. de libertis. in prin. col. ij. Sed tamen concludi potest, quòd regula indistinctè procedat: quia creditor qui habuit potestatem alienandi illud, facit nomine domini & de eius voluntate ex quo ita semel voluit & se obligauit, vt ꝓbatur in. §. j. insti. quibus alie. licet. ibi voluntatem debitoris intelligitur pignus alienare. Et idẽ in ꝓcuratore, tutore, & cutatore q nomine dñi faciũt. Et sic à domino videtur dominium transferri. In episcopo & iudice qui concedunt quod non habent, illud est ratione officij & quò ad interpretationem iuris habere videntur. Et sic dicimus, quòd quis non potest dare quod non habet verè vel interpretatiuè secundum iuris dispositionem. Et Abb. in. c. cura. in fi. de iure patro. † dicit quod il-
6 lud quod quis non habet in actu nec potentia, transferri non potest. Sed illud quod quis habet in potentia licet nõ in actu, potest in alium trãsferri, vt patet in canonicis qui eligunt episcopum: & in cardinalibus qui eligunt summum pontificem.

A ¶ Dare. Adde quòd dare propriè, de eo intelligatur qui per traditionẽ dominiũ transfert: licet interpretatiõe legis, qui cõfert, permutat, vel compensat dare dicatur. Nam & qui remittit seu accepto fert, dare dicit, vt per Alciatũ in l. de diffe. ff. de verbo. sig. Item & in rubri. ff. de pact. Pet. Cor.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 In suo ædificare quis potest & tollere ædificia vsq; ad cœlum.
2 Facere tenetur quis, quod sibi non nocet & alij prodest.

REGVLA LV. CAIVS.

NVLLVS *uidetur dolo facere, qui suo iure utitur.*

VLTRA iura allegata in gl. est tex. qui ita dicit in l. iij. §. his tamen. ꝟ. de libe. homi. exhi. in l. iniuriarum. §. j. de iniur. in l. si donaturus. §. si quis indebitam. ꝟ. de condi. ob causam.

A ¶ Aedificare. Vide Ias. post doc. in l. ex hoc iure. co. ij. ff. de iusti. & iur. & per do. Philip. infra in regula domum suam. in fi. verbis. Hipp. de Masi. in suo singul. cliiij. incip. cuilibet licitum &c. & per Soci. qui ponit regulam cum fallen. in trac. fallen. in regula. cj. fo. xvj. & magis latè per Ias. in repe. l. quominus. suprà de fluminibus in v. col. ver. secundo ad idem adde illud &c.

B De dã. infe. Per ista iura videtur affirmatiuè dicendũ vnicuiq; licere in domo ppria cõtigua domui vicini facere fornellum aurical/chi: causa coquendi: ex quo magnum damnum speratur inferri vicino ex fumo prouenturo ex dicto fornello in domum vicini contiguã. quam partẽ etiam affirmare videtur Bar. Veroñ. in suo eleganti trac. de serui. in tit. de ser. vrba. praedio. in. c. de fornace. finalibus verbis. vbi dicit, quòd ea quae suprà dixerat de fornace: videlicet quòd quis posit in muro pprio iuxta murum vicini facere fornacẽ habeant locum in fornello. dum in terminis quaestio inter quendam nobilẽ mercatorem & eius vicinũ verteretur de facto medio. & adhuc pendet, interrogatus fui à dicto mercatore quid sentirem? Respondeo partem negatiuam esse veriorem, quam ita firmaui. respondeo suprà dictis iuribus per aduersam partem adductis & primo per tex. in l. sicut. §. aristo. suprà. si ser. vend. in ver. in suo em alij. qui vult, ꝙ ita liceat cuiq; in suo facere quaten⁹ nihil in alienũ inicijat. & sic supradicta iura disponentia quẽ posse in suo aedificare dato ꝙ vicino noceat, debẽt limitari nisi in alienũ facto hominis aliquid immittatur, vel ex opere facto seu fiendo in suo: veniat in necessariam consequentiã in alienũ naturaliter immittendũ propter quod magnũ damnum inferatur vicino: quia tunc dico vicinũ habere ius prohibendi contra vicinũ aedificare volentẽ. & ita intelligendo. d. §. arist. limitabã praedicta iura. Ex cuius. §. ratione secundo dicebam non procedere quando magnum damnum passurus esset vicinus: quia tunc benè posset prohibere aedificantem ex cuius aedificio speratur dictum damnum: pro quo etiam est tex. in l. cuius aedificiũ. suprà si ser. vendi. iij. & finaliter limitabam quando legitimũ spacium non esset intermissum inter domũ vicini & aedificantis: vt. l. imperatores. suprà de ser. vrb. praedio. ꝙ spacium ad hoc vt dicatur legitimum dico esse debere tantum ꝙ verisimile sit vicinum nullum, aut non graue damnum esse passurum. ita declarat Cep. quaestionem istam. in. d. c. de fornace. in. iij. q. & in. c. de balneo, & stufa in prin. & in. c. de fumo. in prin. qui refert ita tenere Ang. in l. quidam iberus. de ser. vrb. praedio. pro qua videtur mihi ꝙ sit tex. in. d. l. imperatores. in ver. legitimo. & ita intelligendo non obstabit tex. in l. fi. suprà fini. reg. per quem videbatur dicendum ꝙ intermissio duorum pedum esset legitimũ spatium iudicando de fornello, prout de domo: quia. d. l. intelligitur habito respectu ad ipsum aedificium: quia ex eius qualitate apparet ꝙ spatium duorum pedũ sit legitimum spatium ne vicini aedificio noceat: sed habito respectu ad ignem vel fundum ex altero quorum dãnificabitur vicinus dictum spatium nõ dicetur legitimum, quia qualitas aedificij propter ignem vel fu/

1 ¶ Et ista ratiõe † quis potest in suo aedificare[a] & altius tollere aedificium vsq; ad coelum etiam dato quòd lumina vicini obscurẽtur. l. altius. l. in aedibus. C. de ser. & aqua. l. cũ eo. l. imperatores. s̃. de ser. vrba. prędio. cũ simi. vt per gl. in. d. l. altius. ad idem tex. in l. proculus. s̃. de dam. infec.[b] Et hoc intelligitur & procedit, quando quis hoc facit ad eius vtilitatem, vt sibi proficiat. Secus autem esset si hoc

faceret

mum grandem exposcit vt tantum spatium intermittatur quod verisimile scit nullum aut modicum damnum vicinum esse passurum.ad cuius confirmationē considerabam quare tex.in.d.l.fi.& iura ibi.alleg.in gl. disposuerunt tantam diuersitatem circa intermissionē spatij in casibus ibi positis:nisi quia ex qualitate vniuscuiusq; ædificij spatium statutū in vnoquoq; casu est sufficiens eo intermisso ne damnū patiatur vicinus ædificantis:ergo idē videtur dicēdum in casu nostro cū qualitas ędificij hoc expostulet vt tantū spatium intermittatur q; verisimile sit q; dānum nullū vel ad minus modicum inferretur vicino. per.d.l. quidā iberus.& l. imperatores. quod etiā ratio naturalis hoc exposcit:quę si lex deficeret esset seruanda:vt in.c.secundo requiris de ap.in fin.not.Abb.in c.eccl'ia sanctæ mariæ.de cōst. in.v.col.in medio. & sic per istā cōcludo vicinū posse ꝓhibere,vicinū ædificare volentē,vel q; ita longe ædificet q; damnum non patiatur,siue ex igne,siue ex fumo,dato q; fumus non sit morbosus dumtamen sit grandis ex quo magnum dānum inferatur vicino:vt in.d.§. arist.quia si fętosus esset fumus,tunc multomagis posset prohiberi : vt in l.ij.§.idem ait si odore.& ibi glo.suprà nequid in lo.pub.pro quo facit quod not.Cepo.in.c. de sterquilinio: & in.c.de necessarijs.vbi vult q; in suo non est licitum aliquid facere per quod assidue fœtor veniat in domum vicini.Hie.C.

A faceret,vt alteri potius noceret : quia tunc non licet.[a] ar. l.j.§.deniq;.ff.de aqua plu.arc.& ita illam .l.latius limitat & declarat Pau.de cast.in l.cū eo.ff.alleg.de ser.vrb.prædi.& hoc sequitur Alex.in consi.clxiiij. opportunè consideratis.in.ij.lib.& idem tradit Bar.Veroñ.in trac.de set. vrb.prædio.in tit.de solo seu area.col.ij.ver.v.fallit.& facit text. in l.opus.ff. de operi. pub.in l. in fundo.ff. de rei

2 vend. † Nam quis tenetur facere , quod sibi non nocet & alij prodest.l.ij.in princip.ff.soluto matri. declarando:vt Bart.ibi tradit. Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 In re dubia,benigniorem interpretationem sequi non minus tutum est,quàm iustum.

2 Proprietas verborum in re dubia,in primis attendi solet.

REGVLA LVI. CAIVS.

SEMPER *in dubijs, benigniora præferenda sunt.*

B VLTRA allegata[b] in glo. ad idem text.in l. proxi. in

1 ver.sed in re dubia.ff. de his quæ in test. delen.† ibi: in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus iustius,quàm tutius.facit tex.in l. benignius.ff.de leg.in l.si fuerit.in fi.de leg.iij.ibi: hoc valere benignū est. & in l.cū in testamēto.de reb⁹ dub.cū simi.vt tradit Ro.in cōs.lxij.

A ¶ Licet.Adde Lud.Ro.consilio.lij.incip.in.q.magnificorum.

B ¶ Allegata.Vide latiss.Feli.in.c.auditis.de pręscrip.in.xix. col.vbi in.xx.col.in ver.ij.limita dicit regulam nostram non habere locum fauore animi.de quo vltra eum qui plura refert,vide Hipp.de marsi.in singu.clj.incip.semper in dubijs : & in singula.ccxviij.incip.regula.

florentina constitutio.col.ij.facit etiam tex.in l.inter pares.ff.de re iud. in l.lege Iulia.ff.de manumis.in.c. fi. de re iud. Et ista benignitas etiam in correctione subditorum attenditur. Sed non debet esse nimia: ne subditos resoluat in malum: vt dicitur.xlv. dist. in.c. disciplinam. Et † reg. 2
ista intelligitur, seruata prius verborum proprietate quæ in re dubia in primis attenditur: vt not. per glo.in l.non possunt.ff.de legibus.& colligitur ex doc.Abb.in.c.j.de consti. & dixi ibi in col. pe.ver.tertia conclusio. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Plures rei debendi licet obligati sint in solidum, vno soluente cæteri liberãtur.
2 Executio sententiæ semper per exceptionem solutionis impeditur.
3 Natura non patitur, quod semel solutum est, iterum exigatur.
4 In maleficijs, sepius de eiusdem hominis facto non quæritur.
5 Accusatus si absolutus fuerit, accusatio non replicatur.
6 Peccata semel remissa, iteratam vltionem non habent. & quomodo procedat nume.7.
7 Absolutio facta per viam dispensationis, secundam cognitionem non recipit.
9 Delictum secundum, quòd aggrauet primum.
10 Duo statuta de vno & pluribus delictis, quomodo exequenda?
11 Delictum primum aggrauat secundum: licet cognitio diuersos habeat iudices.

REGVLA LVII. CAIVS.

BONA FIDES *non patitur, ut bis idem exigatur.*

ET ISTA ratione, † licet plures rei debendi obligati sint insolidum 1
vno tamen soluente, omnes liberantur.§.ex huiusmodi.insti.de duobus reis.& in l.iij.§.fi.ff.eo.tit. Quia solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.insti.quib.mod.tol.obligatio.in prin.

¶ Et ex ista ratione, † executio sententiæ semper per exceptionẽ solutio 2
nis impeditur: vt not.Io.and. in addit. Spec.in tit.de execu. sentẽtiæ.§. fi.qui incipit postremo.super ver.xvj.in fi.addi.post Guido.de suza.quẽ ibi refert: quia solutiõe eius quod debetur omnis tollitur obligatio. vt dictum est.

¶ Et pari ratione dicit Ang. in l.& non tantum.§.quod si pro emptore. ff.de peti.hæred.ꝙ licet precisè velit statutum quòd contra instrumentũ nulla exceptio opponatur † non tamen excluditur exceptio solutionis: 3
quia natura non patitur vt quod semel exactum est, iterum exigatur.& sequitur Alex.in consi.cxiij.col.ij. viso.lib.v.

¶ Et cum prædictis concordat Pet.de ancha. in consi. cclx. aliâs. cclix. ex verbis.circa fi.dicens, quòd contra executionem sententiæ semper opponi potest exceptio solutionis per istum tex.quia bona fides non patitur vt

tur vt bis idem exigatur. & allegat Cyn. in l. j. C. de condictio. indeb. & dicit quod ita seruatur Venetijs. & in simili casu istum tex. allegat Roma. in consilio. xxviij. incip. visa. in. ij. dubio.

4 ¶ Et ista regula † etiam locum habet, in obli. ex malefi. vel quasi, vt dicit glo. ij. insti. quib. mod. tol. obli. in princip. quia sepius de eiusdem hominis facto non quæritur: vt dicitur in l. licet. §. fina. ff. nau. cau. stab. & in l. si cui. §.
5 ijsdem, de accus. † Et si accusatus fuit absolutus,[a] nõ po-
A test accusatio replicari. c. de his. de accusa. † Et diuina cle
6 mentia dimissa peccata, in vltione vlterius redire non patitur, vt inquit text. in cap. fina. in princip. de pœnitentia
7 distinctione. iiij. &. xxiij. quæstio. iiij. in cap. si illis. † Et
B hoc procedit[b], siue per viam accusationis, siue per viam inquisitionis semel cognitum fuerit & not. Barto. in dicta. l. si cui. §. ijsdem. & Ioan. de ana. in consilio. xvij. visa relatione. colum. iij.

8 ¶ Et idem † si absolutio facta sit per viam dispensationis. vt not. per glo. in. d. c. de his. & in. c. ex tua. per illum tex. de filijs presby. & in. c. fi. in glo. penul. de temp. ordi. & in. c. ij. in gl. j. de schisma. cum simi.

9 ¶ Bene verum est, † quòd delicta pro quibus facta fuit absolutio, aggrauant aliud delictum postea commissum: vt not. Bald. per illum tex. in authen. qui semel. col. penulti. ver. ex ista authen. in fi. sumitur arg. C. quomodo & quan
10 do iud. † vbi decidit, quòd stante statuto quòd homicida puniatur in centum. & alio statuto caueatur, quòd si quis cõmiserit duo homicidia decapitetur. Nam si quis cõmi
C sit duo homicidia: licet pro primo soluerit[c] pecuniam tamen debet decapitari. Quia primum pro quo fuit soluta pecunia, debet computari, vt dicatur duo homicidia commisisse per illum tex. vbi cõtumacia propter quam solutæ fuerunt expensæ aggrauat aliam contumaciã postea commissam. & sequitur Pet. de anch. in. c. j. de consti. in ver. firmat alibi idem Bal. Et facit quod not. Barto. in l. si cui. §. fi. circa fi. in versi. omisi hîc vnam quæstionem. s. de accu.
11 vbi concludit, † quòd delicta alibi cõmissa de quibus iudex

A ¶ Absolut⁹. Vide Fel. in. c. de his. hîc alle. vbi ponit reg. cum suis fallẽ.

B ¶ Procedit. Hoc tamen nõ habet locum de iure canonico. ita Fel. in. d. c. de his. iij. col. limita: ratio est, quia de iure canonico regulariter non ponitur eadẽ pœna per viã inquisitionis, quæ per accusatiõis: vt ibi per eum.

C ¶ Soluerit. Dñs Francis. de aret. tenet contra dictũ Bald. in. d. authẽ. qui semel in. c. sicut de testi. co. ij. in fi. ver. in gl. posita &c. per illam glo. sed vide ibi Feli. qui tenet cõtra: q̃a in veritate glo. hoc nõ bene ꝓbat, & vbi satis remissiuè in ij. colum.

A ¶ Cognoscere. De quibus vide Soci. in trac. fallen. in reg. lxxxvij. fol. x. vide longam apostillam ad Bar. in. d. §. fi. super litera. b.

B ¶ Aggrauant. Quia ex perseuerãtia ponitur maior pœna. tex. fi. in l. vnica. C. de superexac. lib. xj. & tex. in l. iij. fi. verbis. C. de epis. audi. vbi Bal. per illũ tex. dicit ꝙ ille qui geminat delictum nõ debet sperare veniam. & sic si aliquis impetrauerit veniã à principe de secũdo delicto nõ facta mẽtione de primò talis gratia est surreptitia. de quo dicto vide Barb. c. sup literis. de resti. col. xxiiij. & vide Ang. in. d. l. iij. vbi dicit ꝙ dictũ Bar. in. §. fi. hîc alleg. & ita seruat̃ de cõsuetudĩe, de quo vide Barb. i. c. fi. de fo. compet. xvij. col. & in c. postulasti eo. tit. col. xxxix. per Feli. in. c. sicut. & de test. col. ij. per dom. Fran. de aret. in c. cũ nõ ab homine. de iud.

C ¶ Locũ. vide Anc. in reg. peccati. co. iiij. ver. & ista faciunt isto titu. lib. vj. qui in omnibus cõcordat cũ do. Philip. Hie. Chuc.

dex cognoscere[a] non potest: aggrauant[b] delictum postea cõmissum de quo iudex cognoscit. & idem Bal. in authen. sed nouo iure. col. ij. ver. sed dubitatur. C. de ser. fugi. & sequitur Abb. in. c. j. per gl. j. de cleri. percus. & in. c. j. in fi. de pœnis. & Bartho. Verõ in consi. lxxviij. visa. co. j. A B

¶ Et ista conclusio procedit, quando cõstat de delicto alibi cõmisso: sed non potest pro illo puniri: quia soluit condemnationem: vel præscriptum fuit, vel in alio territorio commissum est. Secus si à tali delicto fuisset absolutus, vt notabiliter tradit Roma. in consilio. ccxxxvj. vt præmissa consultatio.

¶ Secundò dictum Bald. in. d. authen. qui semel. & aliorum in locis. s̃. alleg. habet locum[c] in homicidio vel alio delicto punibili. C

¶ Secus si homicidium esset permissum: vt quia occisus sit bãnitus: quia statuto poterat impunè occidi: quia tale homicidium cũ factum fuerit statuto permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adul. vbi Bald. per illum text. ita dicit.

¶ Et hoc dictum sanè intelligitur quòd non posit puniri qui bannitum interfecerit. Sed tamen non erit habilis ad dignitatem. Quia stante statuto quòd homicida non posit esse de prioribus, etiam talis qui bannitũ interfecerit non poterit esse de prioribus: quia tale homicidium licet tolerabile sit, non est laudabile. ita Bald. dicit in l. decuriones, circa fi. C. ex quib. cau. infa. irro. vbi tamen in fine limitat hoc, nisi statutum dicat quòd bannitus impunè & licitè offendi & occidi posit. Quia tunc per illud verbum licitè nullo modo est maleficium: de quo dixi in. c. episcopus. de præbeu. vbi videndum.

NOTABILIA.

1 Actio de peculio non datur in patrem: nisi quatenus locupletior sit factus, & nume. 4.

Pater

2 Pater quòd regulariter teneat ꝓ filio, quatenus in peculio est.
3 In generali administratione peculij data filio, sicut non venit donatio, ita nec à iure prohibitum.
5 Pater, quando de peculio dicatur factus locupletior.
6 Alium factum esse locupletiorem, quis probare debeat.
7 In obligatione ex quasi maleficio, patrem non obligari.
8 Pater ratione publici officij magis quàm in alijs, pro filio obligatur.

REGVLA LVIII. VLPIANVS.

Ex pœnalibus causis, nõ solet in patrem de peculio actio dari.

1 ISTA regula intelligitur, † nisi quatenus pater esset factus locupletior, vt dicitur in l. iij. §. ex furtiua. ff. de pecul.
2 & not. ꝑ gl. hîc. Et sic regula habetur cũ limitatione glo.
A ¶ Primò circa regulã considerandũ est, † quòd pater pro filio regulariter tenetur quatenus est in peculio [a]. Quia concedẽdo illi peculiũ, ex p̃sumpta eius volũtate videtur pater obligari, quatenus est in peculio: vt declarat Bar. in
3 l. j. col. ij. in ver. itẽ ista æquitas. ff. de peculio. † Et sicut in ista gñali administratione peculij data filio nõ venit donatio. l. filiusfamiliâs. in prin. ff. de dona. l. cõtra iuris, §. fi. ff. de pactis. ita etiã nõ venit illicitũ & à iure prohibitũ. l. si ꝓcurator. ff. de cõdi. inde. ideo si filius ex delicto cõueniatur, pater de peculio nõ tenetur: vt tex. hîc dicit: qa admi
B nistratio filij limitata fuit in cõtractu & nõ habet locũ in delictis [b]. l. j. §. si filiusfa. ff. de his q deiec. vel effude. ibi: in patrẽ nõ datur actio: quia ex cõtractu nõ venit. vnde publicatis bonis filij ꝓpter eius delictũ, nõ intelligitur publicatũ eius peculiũ. l. iij. vbi Bal. C. de bonis ꝓscrip. dicit tñ Bal. ibi qđ speciali priuilegio reseruatur patri peculiũ, in solatiũ amissi filij: sicut ecõtrà publicatis bonis patris peculiũ filij nõ publicatur. no. Bar. ꝑ illũ tex. in l. iij. §. sed vtrũ. circa fi. in ver. vlt. noto. ff. de mino. Et ista regula li-
4 mitatur vt dictũ est, † nisi pater ex tali delicto factus sit locupletior: vt est tex. in. d. l. j. §. ex furtiua. de pecu. & no. per gl. in l. cũ ancilla. C. ꝙ cũ eo. in verbo locupletior. vbi enũerat alios plures casus in quibus solũ obligatur pater vel dñs de peculio quatenus factus sit locupletior.

A In peculio. Adde Moder. in l. cum filius. ff. de ver. oblig. & Ias. post Io. Fabrum in. §. actiones autẽ. insti. de actioni.

B Delictis. vi. de Bar. in l. quoties. la. ij. suprà de noxa. et Bal. in l. neque eius. aliâs est in. C. ne filius pro patre.

Et lo

¶ †Et locupletior dicitur factus, quando pater esset in lucro cum alterius iactura: vt probatur in.l.si quis mancipijs.§.fin.ff.de instit.in.§.pe. qui incipit: sinautem .institu.quibus alie. licet, vel non.& in.l.verum.§. sciendum. suprà de mino. & dicit Bal. in.l. fin. C. de vsuca.pro empto. quòd dicitur factus locupletior, quando constat de vtilitate quæ in actu permanet vel promissum fuit necessitati. allegat.l. sed an vltro. §. fin.suprà.de nego.gestis. 5

¶ Et dicit Ange.in.l.verum.in glo.j.suprà de peti.hæred.quòd ille videtur locupletior ad quem probatur fructus peruenisse: nisi ille probet se consumpsisse inutiliter.

¶ Dicit tamen Ange.in consi.clx.pro decisione.in fin.quòd non sufficit probare ꝙ quis fructus in eius vtilitatem conuertisset: quia ex hoc non sequitur quòd factus sit locupletior: quia potuit conuertisse in vsus suos & familiæ splendidius viuendo:& sic non remaneret locupletior.

¶ Sed certè satis esse videtur si probetur fructus vel res ad aliquem peruenisse. Ex hoc enim videtur fundata intentio eius qui dicit, illum factum esse locupletiorem, nisi ipse postea probet de mala consumptione per supradicta.

¶ Ex quibus videtur, quòd non rectè dicat glo.insti.qui.alie.non licet. §. penul. in verbo locupletior.dum inquit, quòd dicitur quis factus locupletior si non sit pauperior.alle.tex.qui hoc dicit in.l.in pupillo.ꝟ.de solu.ibi: nam hoc ipso ꝙ non est pauperior factus, locupletior est.

¶ Sed ad illum tex.respondetur, ꝙ intelligitur ꝙ non sit pauperior soluendo & faciendo quod ab eo petitur: quia si non remanet in damno facta solutione: ergo illud quod habebat, erat sibi in lucro:& ita illũ tex. declarat Bar.in.l.j.§.impuberes.ꝟ.commo.

¶ †Et quis debeat probare alium esse factum locupletiorem.not. Bal. in.l. j. C. si aduersus credito. & in. l. prædiorum. C. de prædijs mino. Et ad supradicta videndum est quod scribit Francis.de curte in consilio lxxij.princeps defunctus.in.iij.colum. 6

¶ Postremò cõtra istam regulam videtur tex. in.l.iij.§.fin. qui incipit: si filiusfamiliâs.ꝟ.de pecul.vbi si filiusfamiliâs fuit in magistratu & fecit litem suam quo casu obligatur ex quasi malefi.institu.de obliga.quæ ex malefi. §. si filiusfamiliâs. Et tamen ex tali quasi maleficio, datur actio de peculio contra patrem.d.l.iij.§.fin.contra tex. hîc Fulgo.in dicta.l. iij.§.ex furtiua.miratur de illo tex. & respondet esse speciale in tali casu: quia secũdum eum, talis obligatio est redacta ad similitudinem obligatio

gationis ex contractu: quia transit in hæredem.l.magistratus.suprà de magist.conuen.Et in alia obligatione ex quasi maleficio pater non obligatur etiam de peculio:vt probatur in dicto.§. si filiusfamiliâs.& dicta
7 l.j.§.si filiusfamiliâs. † de his qui deiec. vel effude.& ratio specialitatis
8 videtur: † quia pater ratione publici officij, magis quàm in alijs pro filio obligatur.l.quoties.ꝭ.ad municipa.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Hæres quod eadem sit persona cum defuncto.
2 Statutum de debitore vt capi possit & incarcerari, quòd locum habeat etiã contra hæredem.
3 Factum nomine defuncti,ratificari potest per hæredem.
4 Factum hæredis,reputatur factum defuncti.
5 In dubio pactum factum ab aliquo,porrigitur etiam ad eius hæredem.
6 Qui promittit pro se,etiam pro hæredibus promisisse videtur.
7 Qui promittit tantum de facto suo,quòd hæredem non excludat.
8 Potestas declarandi,ad hæredem non transit.
9 Omnia quæ de hærede dicta sunt,intelliguntur cum effectu,hoc est:hæreditate adita.
10 Substitutio facta de hæredibus,intelligitur si hæreditatem adiuerit.
11 Hæredi datus executor in testamento,intelligitur si cum effectu sit hæres.
12 Hæres quis non dicitur ante, quàm aditione confirmatũ testamentum sit.

REGVLA LIX. VLPIANVS.

HAEREDEM *eiusdem potestatis iuris'que esse, cuius fuit defunctus constat.*

1 NAM hæres † est quodammodo eadem persona cum defuncto. §. j.in authen.de iureiur.à mori.præsti.& bene dicit tex.ibi quodãmodo. Quod verbum denotat impropriet atem. l. in suis.ꝭ.de libe. & posthu. Quia verè alia est persona hæredis,& alia defuncti:vt no.Domi.in.c.ij. in fin. de iura.calum.in fin. in. vj. Et ideo in materia in qua verba propriè & verè accipi debent,hæres non reputatur eadem persona cum defuncto: vt probatur in.l. qui Romæ.§. Augerius.de ver. obliga.vbi ille qui promittit soluere illud in quo apparebit patrem suum debitorem esse:non tenetur,si de tali debito contra hæredem constiterit. Et per illum tex. dicit Areti. ibi post Dyn. & Imo. quòd debitor post mortem
A non dicitur debitor [a] licet hæredem reliquerit & facit tex.in.l.cum ita datur.ꝭ. de condi.& demonst.vbi conditio dandi Titio nõ potest impleri in hærede Titij.& not. Bart.

A ¶Debitor. Et illũ tex.dicit ibi vnicum ad hoc Alexã. ibi in.ij. col.in princi.& Iason in princi.

Bart.in.l.sub diuersis.ſ.de condi.& demonst.vbi conclu dit quòd iussus dare alicui sub nomine proprio, non potest dare hæredi.& bene facit quod not.Bal.in.d.l.j.col. fin.versi.pone statutum dicit.C.de execut. rei iudic. vbi inquit quòd si potestas debet habere decem pro executione facta contra condemnatos, non habebit decem si executio facta sit contra hęredem condemnati: quia hæres non est condemnatus.

¶ Et ex his confirmatur † quod no.Ang.in.l.postulante. ſ.ad Trebel.vbi voluit,quòd licet si statutum dicit quòd debitor capi posit & carcerari habeat locum etiam contra hæredem: vt Bart.ibi & doct.dicunt. Secus tamen est secũdum eum si statutum loquatur de promissore. Quia non habet locum in hærede: quia licet hæres sit debitor, non tamen dicitur promissor: quia ipse non promisit: & sequitur Alex. ibi:col. iij. Et de prædictis tradit Soci. in consi.ccxciij.præsens consultatio. 2

¶ Et prædicta procedunt attenta vi & proprietate verborum. Sed quantum ad iuris interpretationem, hæres eadem persona cum defuncto reputatur: quia regulariter est eiusdem potestatis cuius fuit defunctus: vt tex.hîc dicit.& not.Pet.de ancha.per istum text.in consi. xxv.in fin.in quæstione.ſ.dicta.† Et ideo factũ nomine defuncti,ratificari potest per hæredem.l.quo.in.§. si procuratori.ſ.rem ra. hab.& not.Barto.in.l. bonorum.col.ij.in ver.quæro vtrum.ſ.rem ra.ha.cum simi. vt tradit Alex. in.d.l.si eius.in verbo negotiorum.col.iij.ſ.si cer. pet.& idem Ange.in consi.cxj. viso.col.fin. 3

¶ † Et factum hæredis [a] reputatur factum defuncti,vt not. Ange. in consi. clxxxv. Brunellus notarius alleg. l. vxorem.§. Agri plagam. de leg.iij. Et testamentum defuncti & hæredis,vnum & idem reputatur vt in notab.q. tradit Pau. de cast.in consi. lxiiij. videtur dicendum. Et hæredi non potest opponi quòd non sit nominatus in instrumento : quia nominato Titio, eius hæres nominatus videtur: vt no.Bal.in.l.j.col.j.C.quorum leg.& ideo non potest hæres improbare factum defuncti.l. si cum à matre 4 A

A ¶ Hæredis. Et adde ꝙ quando hæres aliquid facit vel exequitur ex dispositione defuncti ꝙ hæres necesse facere habet,tunc dicitur à defuncto, & non ab hærede procedere.l. adoptiuum. §.j. ff. de iure dot. Barba.in repe. rubri.de rebus eccle. non alien. col.lxvj. versi. & ex istis sequitur.& in.c. literis. col. ij. de rescrip.

matre. C. de rei vendi. l. ſi ad ea. C. de nego.geſt.l.ſi vxor.ff. de bonis authori.iudi.poſsid.

¶ † Et in dubio pactum factũ ab aliquo, ad eius hæredem porrigitur.l. ſi pactum.ſ̃.de proba.l.iuriſgentium.§.pactorum.ſ̃.de pac.

¶ † Et qui promittit pro ſe, etiam pro hæredibus promiſiſſe videtur per gloſſ. & Barto. in. l. ſi ſic. de verbo. obligatio. cum ſimi. vt tradit Alexan.in.conſi.xiij.perſpectis his.colum. penul. libr.v. † Et qui promittit tantum de facto ſuo, non excludit hæredem: vt not. Bart.in.l.ſi ſeruus.la.ij.ſ̃.de condi.fur.Bal.in.l.fi.C.de act.emp. cum ſimi.vt Alex. ſcribit in conſi.xviij.attentis narratis.col.fin.lib.v.

¶ Et regula quæ hîc ponitur, limitatur: vt. ſ̃. dictũ eſt. Et etiã nõ procedit in quibuſdam caſibus, in quibus poteſtas quæ datur defuncto ad hæredem non porrigitur.l.omnimodo.C. de inoffi.teſta.l.fi.C. de reuoc.dona.& in.l.iij.ſ̃.de ſer.expor.

¶ Vnde † poteſtas declarandi, non tranſit ad hæredem: vt not. Barto. in.l. edicta.C. de eden. in.l. inter ſtipulantem.§.j. de verb. oblig.cum ſimi.vt Alexan.ibi tradit.& dixi in.d.l.edicta.& facit tex.in.l.quia perſonales.ſolut.matri.& in.l.j.C. de priui.dot. cum ſimi.& facultas inſinuandi donationem non competit hoc edictum: vt not. Areti.in conſi. cxxij.in cauſa quæ vertitur in primo dubio, & ibi in.ij. colũ. limitat & declarat regulam iſtius legis. Et adde quòd licet hæres reputetur eadẽ perſona cum defuncto: vt.ſ̃. dictum eſt. Secus tamen eſt in hærede hæredis qui nõ reputatur eadem perſona cum defuncto: vt no. voluit Pau. de caſt.in conſi.cxcvij.viſis dubijs.circa fin.in nouis.

¶ Poſtremò notandum eſt, † quòd prædicta omnia quæ dicuntur de hærede, intelliguntur adita hæreditate.l. iij. §. ſi quis ita. vbi Imo. de hæred.inſtit.facit tex.in.l.iij.§. ſi quis hæredi.ſ̃. de ſtatu.libe. & in.l.ſi
0 in diem.in princi.& quod ibi Bar.ſ̃.de condi.& demõſt. † Et ideo ſubſtitutio facta de hæredibus, intelligitur ſi hæreditatem adiuerit.l.ſi plu
1 res.in fi.vbi glo.& Bar.ſ̃.de vulg. & pupil. † Et hæredi datus executor in teſtamento, intelligitur ſi hæres ſit cum effectu, ita quòd adeat hæreditatem.l.Lucius.la.j.vbi Bar.ſ̃.de fideicõ.lib.& no.Bar.in.l.codicillis. §.j.ſ̃.de annuis leg.Pau.de caſt.in.d.l. ſi plures. & not.Bald.in.l. fin.in
2 princip.C.ſi pen. app.mors interue. † vbi inquit quòd hæres quis non dicitur, antequam teſtamentum aditione hæredi confirmatum ſit.alle. l.ſi ſeruus communis Meuij.in prin.de ſtipu.ſeruo.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Quòd hæc regula intelligatur de præſenti, qui non contradicit.
2 Abſens videtur conſentire actui qui pro eo fit ſi ſcit & non contradicit.
3 Poſſeſsio emptori tradita videtur à domino, qui ſcit & poſsidere patitur.
4 Sola præſentia donatarij tacentis, donationem cauſa mortis confirmat.
5 Donatio cauſa mortis, quomodo pacto nudo fieri intelligatur.
6 Ratihabitio retrotrahitur & mandato æquiparatur.
7 Quòd hæc regula locum habeat, etiam in requirentibus ſpeciale mandatum.
8 Regula hæc, quòd locum habeat in delictis.
9 Ex perceptione fructuum probari ratificationem poſſeſſionis.
10 Quòd aliâs ratificari non poteſt, niſi geſtum ſit nomine ratificantis.
11 In præiudicium meum ratum habere poſſum, quod meo nomine geſtum non fuit.
12 Ratificatio fieri debet, intra tempus infra quod actus fieri potuiſſet.
13 Ratificatio interdum fieri poteſt, licet actus principalis non poſsit.
14 Lex bonorum, quòd locum nõ habeat in declaratione quæ ſemper fieri poteſt.
15 Actus qui fieri poteſt facto hominis, ratificatione non impeditur.
16 Actus q ratificari debet, ſi ſit inualidus, ratificatio eſt nulla.
17 In mandato quod pro forma à lege vel ſtatuto requiritur, non ſufficit ratificatio.
18 Mandatum aliud, & ratificatio aliud eſt.
19 Iſta regula locum non habet, æquitate ceſſante.

REGVLA LX. VLPIANVS.

SEMPER *qui nõ prohibet pro ſe interuenire mãdare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit quod geſtũ eſt: obſtringitur mandati actione.*

DVO ſunt dicta circa primũ gl. & bene exẽplum ponit ſecundum. l. qui patitur. ſ. mandati. Et iſta regula & tex. in. d. l. qui patitur. intelligitur, † quando quis eſt præſens, & non contradicit. vt not. Bal. in. l. j. ſ. de nego. geſt. & ſequitur Alexan. in. l. ſæpe. in char. ix. col. xxxiiij. verſi. ſeptimò ſaluari poteſt. ſ. de re iudi. & Bar. hoc idem dicit in. l. ſi

in.l.si pecuniã.C.de neg.gest.Et verba satis conueniunt: quia illud verbum patitur, arguit præsentiam: & eodem
A modo verbum illud non prohibet.[a]

¶ Sed tamen considerandum est, quòd ista regula &.d.l. qui patitur intelligitur quãdo tractatur de vtilitate eius qui patitur, & non contradicit, vt no. per glo.in.d.l. qui
2 patitur.& no.Bar.in.l.j.§.de neg.gest.†Et tali casu idem videtur in absente. Quia si fiat actus in quo agatur de vtilitate absentis, statim quod ille absens scit & non contradicit, consentire videtur, vt no. Bar.in.l. quo enim.§. rem ra.hab.allegat.l.si absentis.& quod ibi not. per glo. & doc.C.si cer. pet.& sequitur Abb.in.c.nonne.in fin.de præsum. & sic data scientia, in vtroq; non videtur differentia inter absentem & præsentem. Nam sicut præsens qui tacet, videtur cõsentire, quia de eius vtilitate agitur: eadem ratio videtur in absente postea quàm scit & nõ cõtradicit. Et secundũ hoc, regula videtur generaliter procedere. & ad istã regulã facit tex.in.l.j.§. magistrũ autẽ.§.de exerc.ibi: si scit & passus est eum in naue magisterio fungi, ipse eũ imposuisse videtur. & ad idẽ facit tex.in.l.
3 ij.C de acq.pos.vbi,† possessio emptori tradita, videtur à domino qui scit & patitur illum esse in possessione.

¶ Et secundum istam reg.in notabili.q.consuluit Pet.de anch.in consi.lxiij.motiua iudicis.in ver.quo ad quartũ. & Alex.in consi.cxx.ponderatis.lib.v.col.ij.

¶ Et per.d.l.qui patitur.cõcludit Soci.in cõsi. cxij.mul-
4 tum abundè.col.iiij. ꝙ †sola præsentia donatarij tacẽtis facit donationẽ causa mortis, quæ hodie potest fieri pacto nudo.iuxta glo. in. l. cum pater.§. Meuio. de leg.ij. quia cũ agatur de vtilitate sua, præsumitur consentire.d. l.qui patitur.& hoc idem voluit Ang.in terminis.in cõsi. clxxxv.ex themate prædicto.col.ij.in hoc tamẽ cõtrariũ voluit Aret.in.l.ij.versi.circa secundam qualitatẽ &c.de leg.j.Et secundũ opi.Are.cõsului dum essem vltra montes: quia sicut Bar.in.l.iurisgentiũ.§.quinimo.col.v.& in l.sicuti.in prin.§.de pac. interpretatur.l. si quis argentũ. C.de dona.vt nõ habeat locũ in pacto præsumpto, ꝙ cõ

A ¶ Prohibet Pro quo facit tex.i.l. sabin⁹. supra cõmuni diui. qui text. notab. probat aliam conclusionem quòd præsens & tacens quando agitur de eius præiudicio dicitur aliqualiter consentire & sic nõ in totum. Hierony. Chuchalon.

A ¶ Retrotrahitur. Vide Feli.in.c.sicut.lo.ij.de simo.fi.col. vbi ponit regu.cũ.ix. fallen.& latas remissiones in materia. vltra quę vide Abb.& Fel.in.c.nonnulli.§. sunt & alij.de rescrip.col.iij.& in.c.causam de iud.col.pe.ver.sed deueniendo &c. vbi ponit ꝙ secundũ magis cõem opi.sentẽtia lata cõtra falsum procuratorẽ põt ratificari: qđ tñ limitat.xij.modis.& idẽ in.c.j.col.pe.& vlti.de re iud.& Ancha. & doc.ĩ.d.reg. ratihabitionẽ. li.vj.et idẽ qđ Fel.in.d. c.causam. dicit Ias.ĩ l.licet.C. de ꝓcur. vbi ponit xiij. limitatio. in pe. col. ver. in vlti.pte glo. & Ias.in.l. q in aliena.de acqr. hær. col.iiij.ṽ. glo.ĩ ver.rẽ ra. hab. vbi dicit, ꝙ ea q̃ à princ. nõ pñt explicari per ꝓcuratorẽ,nõ pñt haberi rata. & eũdẽ in.l.nec is. §.j. de acq.hęr.co. ij. vbi dicit ꝙ ratificatio non extẽdit ad ignorata, & q̃ sint necessaria ad hoc vt ratificatio teneat, vide Barb.c.nõnulli. §. sunt & alij. de rescr.co. vij.in prin.vbi etiã tractat istã materiã.et qb⁹ modis fiat vid eundẽ in. c. ex pte decani. de rescri.col.x.& circa id qđ dictũ fuit de ꝓcuratore falso.vide Feli.c.j.et vlt.col.de re iud.& ĩ.c.post cessionẽ.vj.col.ṽ.ij.decla.&c.de ꝓba.& qñ.habeat locũ vide p eundẽ in.c.prudentiã.de offi.deleg.col.pe.ṽ.nunqd.& ibi Barb.col.iiij.Hie.Chu.

B ¶ Mandatum. Vide Feli.d.c.sicut.fin.col.in fin.vbi refert tenentes hanc opin.& Iason.l.si quis mihi bona.§.iussum.de acqui.hæred.col.vj.

currerent duo specialia quod fieret donatio pacto nudo & presumpto: sic etiã dicit Are.in.d.l.ij.licet hodie pacto nudo,etiã fieri possit donatio causa mortis: secũdũ gl.in d.§.meuio.hoc intelligitur in pacto nudo expresso,& nõ in præsumpto.& quia dicit ipse qñ quis donat pñti & tacẽti nõ videtur pactũ,sed pollicitatio.l. ex pollicitatiõe. de pollic.& hoc cõfirmatur ex hisq̃ dixi in rub.C.de pac. alle.Hosti.in sum.de pac. in prin.ibi:in idẽ placitus & cõsensus.&.l.in pactũ.ſ.de pollic.ibi:duorũ cõsensus atque cõuẽtio. & licet qñq; etiã ex cõsensu vni⁹ à lege pactũ inducatur: vt no.Bar.in.l.ij.C.de pact.cũ simi.vt tradit ibi Alex.illud nõ est pactũ simpliciter,sed secũdũ quid,sicut distinguitur cõtractus à quasi cõtractu: quia in cõtractu cõsideratur expressus cõsensus,in quasi cõtractu tacitus. insti.de obl.ex quasi cõtractu.in prin.† Et ideo in proposito licet nudo pacto hodie etiam possit fieri donatio causa mortis, intelligitur de pacto nudo verbis expresso: & nõ videtur habere locũ in isto casu.in quo videtur poti⁹ pollicitatio quàm pactũ: vel saltem est pactum tacitũ & præsumptum in quo non videtur habere locum quod dicit glo.in.d.l.cum pater.§. Meuio. de lega.ij. secundum Are.in.d.l.ij.col.ij.& dixi in cõsi.ccxlvj. ¶ Secũdũ dictũ est,in quo alia reg.cõtinetur † ꝙ ratihabitio retrotrahitur [a] & mãdato æquiparatur: vt habetur in reg. ratihabitionẽ.eo.tit.in.vj. Ad idẽ est tex.in.l.fi.C.ad Macedo.in l.licet.ſ.de iud.in.l.si pecuniã. C.de neg.ge.& in.c.fi.de iureiur.in.vj. ¶ † Et ista regula etiam habet locum,in requirentibus speciale mandatũ.[b] vt no.Ang. in.d.l.licet.

in princ.

in princi.de iud.alle. Ioan.and.in.c.cupientes. §. quod si per viginti. de elec. in.vj.& tex.in.c.j.de homic.in. vj.& probatur in.c.fin.de iureiur.in.vj.& idem tenet Bal.in.l. si maritus.C.manda.per tex.in.l.quod si de speciali.s̃.de mino.Alex.in consi.xxviij.viro.col.iij.lib.v.

8 ¶ †Similiter ista regula habet locum,in delictis.[a] c.cum
A ad sedem.de resti.spo.l.j.s̃.deiecisse.ver.sed & si cũ quis. s̃.de vi & vi arma.& ibi.gl.& Bar.& glo.in.c.quam sit.in ver.petere.de elec.in.vj.& no.Bal in.d.l.fin.in.fin.C.ad Macedo. & in.l. non ideo minus.col.vj. versi.vndecimò quæritur.C.de accu. Pau. de cast.in consi. ccccxxij. quia scio.in.iiij.col.in antiquis. & Soci.in consi.cxxviij.iustissime iudex.in fin. Et talis ratificatio fieri potest non solũ verbis,sed etiã facto.vt tex.dicit in.l. Paulus respondet. s̃.rem ra.hab.nam plus est facere, quàm pronuntiare.l.si tamen.§.ei qui.s̃.de ędil.edic.& plus est aliquid facere facto,quàm verbo, vt dicit tex.in.c. dilecti.el.j.de app.Et ideo si vniuersitas soluit expensas factas in lite per syndicum,non legitimè constitutum videtur gesta per eam ratificare.vt not.Specu.in tit. de syndi.in versi.sed pone quòd vniuersitas.col.ij.vbi alleg.d.l.Paulus.&.l. penul. s̃.de decu.in fi.&.c.quo ad cõsul.de re iud.Et dictũ Spe. sequitur Alex. in consi.cxxvij. viso instrumento. col.j.& in consi.clxxv.perspectis verbis.in fin.lib.v.

9 ¶ †Et ex perceptione fructuum, probatur ratificatio possessionis: vt tradit Alexan. in consi. lxxxviij. quoniam.col. fin. in princip.eod.lib.v.vbi alleg. decisionem Rotæ.cxlvj.item licet amicus. Et per receptionem census,ratificatio contractus inducitur:vt not. Bal. in consi. clxxxiiij.ad intelligentiã.lib.ij.secundũ nouã formã.all. l.si præteritus.C.de contratabu.&.l.si proponã.§.j. vbi bonus tex.s̃.de inoffi.testa. & respondens alicui de fructibus,videtur ratificare contractũ.vt idem Bal. dicit in consi.ciij.videtur.in prin.in.iij.lib.Et agens ex cõtractu, videtur ratificare contractum: vt not.Bal.in consi. xiiij. punctus.libr.v.& idem Ange.in consi.clj. viso.col.ij.Et qui exigit rationem administrationis, videtur ratificare

A ¶ Delictis. Adde Bal.post gl.in.l.si pupilli.§.si Titij.ff. de neg.gest.latissi. Sali. post Bal.in.d.l.non ideo minus hic alle. canonũ. in c.ij. de ordine cog. Ang. are. in trac. malefi. in ver.sempro. manda. & ibi per addi. ĩ ver. nunc quindecimo:& qd operetur ĩ delictis. Vide Abba. c. cũ vos. de his quæ fiũt à prę la.&c.& finaliter vide Ang. in. l. Iulianus. j.col.suprà.qui satisd cog.ꝙ si mando tibi ꝙ occidas talem, & tu iam occidisti,ꝙ non teneor,nec ex mãdato,nec ex aliqua ratihabitione:de quo p Iaso. in repe.l. quominus. suprà de flumin. Hiero.Chuch.

gesta per illum qui administrauit: vt not. Pau. de cast. in consi. j. secũdum nouam formam in antiquis.

¶ Et quando laudum ratificatum dicatur: tradit Soci. in consi. ccxx. viso compromisso. col. penul. & talis ratificatio potest fieri etiam pendente iudicio: vt not. Alexan. in consi. s̃. alle. cxxvij. viso instrumento. co. j. lib. v. & talis ratificatio potest fieri etiam parte absente: vt not. Barto. in. l. quo enim. in fi. s̃. rem ratam hab. & in l. Pomponius. col. ij. ver. itẽ ex eo. s̃. de neg. gest. quia pendet à sola voluntate ratificãtis: ideo potest fieri parte absente. & idem Bar. in authen. sacramenta puberũ. col. ij. C. si aduer. vendi. cum simi. Alex. scribit in consi. cxxvj. visis. in fi. lib. v. & per ratihabitionem, actus attribuitur ratificanti: vt no. Bar. in l. si pecuniam. C. de nego. gest. Soci. in consi. clviij. visis processu. col. iij.

¶ † Prædicta regula intelligitur, quando fuit gestũ nomine ratificantis: 10
aliâs non potest ratificari: vt habetur in reg. ratũ. eo titu. in. vj. & ad idẽ tex. in l. si pupilli. § sed si ego. vbi Bar. s̃. de neg. gest. & in l. si seruus. s̃. de preca. & in. c. cum quis. de senten. excom. in. vj. Et ista conclusio procedit, quòd ratificatio non potest fieri isto respectu ꝙ negotium ad me trahatur. Secus est quo ad præiudicium meum †: quia in præiudiciũ meum 11
possum ratum habere quod nomine meo gestum nõ fuit: vt no. Bar. per illum tex. in l. si fundus. §. j. s̃. de pigno. & no. per glo. in. d. reg. ratum. Et hoc solum habet locum, in casu. d. l. si fundus. §. j. quia res non poterat habere effectum sine tali ratificatione: quia erat pignorata res aliena in qua ius pignoris constitui non potest, nisi domino consentiente: secus si res absque ratificatione potuisset sortiri effectum: quia tũc etiam præiudicium ratificantis non potest ratificari quod non fuit gestum nomine ratificantis: & fuit ista distinctio aliquorum: vt Barto. refert in. d. l. j. §. sed & si cũ quis. s̃. de vi & vi arma. & sequitur Peru. in. d. reg. ratũ. per tex. in. d. c. cum quis. de senten. excom. in. vj. vbi patet, ꝙ nõ possum ratificare etiam in præiudicium meum, quod nomine meo factum non fuit. Bar. tamen in. d. l. j. §. sed & si cum quis breuiorem tradit doctrinã ꝙ gestum nomine alterius non possum ratificare trahendo ad me negotium: ita ꝙ ego dicar cõmisisse illud delictum, vel illud negotiũ fecisse. Sed si volo habere ratum in præiudiciũ alicuius iuris mei, possum. d. l. si fundus. §. j. & in l. mater tua. C. de rei vendi. vbi si quis vendit rem meam nomine suo, possum ratum habere vt mihi prẹiudicem in dominio & rei vendicatione, sed non possum agere ex vendito contra emptorem.

¶ Secundo † regula principalis limitatur, dummodo fiat ratificatio infra 12
tempus

tempus[a] infra quod actus qui debet ratificari fieri potuisset: vt est tex. in l. bonorum. ff. rem ra. hab. ad idem tex. in l. j. in prin. ff. de ap. reci. vbi ratificatio appellationis interpositæ, debet fieri infra tempus datum ad appellandũ. & no. per glo. in dicta reg. ratihabitionẽ. & in. c. quã sit. de elec. in sexto. Et per illũ tex. in. d. l. bonorum. infert Abb. post Anto. de but. ibi in fi. in. c. cum venissent. col. ij. de re sti. spolia. ꝗ si quis tanquã gestor negotiorum meorũ, nomine meo accepit possessionẽ & sit spoliatus antequã habuerim ratum, illa ratificatio nihil operatur: & sequitur Alexan. in l. quod meo. in prin. col. ij. de acq. pos. & Corne. Peru. in consi. cx. in iudicio diuisorio. col. pen. in prin. lib. ij. Et facit quod no. Bar. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adul. vbi per illum tex. in. d. l. bonorum. dicit quòd ratificatio potest fieri re existẽte eodem statu: aliâs secus. & not. Sali. in l. fi. post Bal. C. ad Macedo. cum simi. vt tradit Alex. in consi. lxxviij. viso. col. penul. lib. v. & in. d. l. quod meo. in prin. col. ij.

¶ Et hoc quod dicitur de re integra limitatur: vt in notabili casu scribit Corne. Perusi. in consil. xxxvij. memini col. fi. lib. ij.

¶ Item quod dicitur in. d. l. bonorum. habet locum in ratificatione, quæ respicit fauorem ratificantis: secus verò
13 esset in odium & præiudicium eius: quia † ratificatio fieri potest, licet actus principalis fieri non possit: vt patet in homicidio semel cõmisso: quod iterum fieri non potest, & tamen ratificari potest. c. j. de homici. in. vj. & in. d. l. j. §. sed & si cũ qs. de vi & vi arma. & no. Ang. in l. bonorũ.
14 ¶ Item & secundo. d. l. bonorũ. † non habet locũ in declaratione quæ semper fieri potest: vt not. Bal. per illum tex. in l. sed & si quid. §. interdum. in ver. quod ergo. ff. de vsufruc. & refert & sequitur Aret. in. l. j. §. si quis ita. col. iiij. de verb. oblig. & hoc idem dicit Ange. in l. cum ꝓponas. col. j. in gl. fi. C. de bo. auto. iudi. pos. vbi simpliciter alle. l. hæredes palam. versi. sed si notan. ff. de testa.

¶ Tertiò quod dicitur in. d. l. bonorum. procedit quãdo actus non potest fieri propter dispositionẽ legis, ꝓut lo-

A ¶ Tempus. vide Ias. in l. is qui pro empto re. de vsuca. co. xxxvij. versic. secũdus articulus est de extrẽ. &c. vbi latè declarat materiã ratihabitiõis & do. Phil. in reg. contractus. supra. e. versi. iiij. limitatur. &c. & adde vnũ ꝙ actus medi⁹ impertinens impedit ratihabitionem retrotrahi. gl. est sing. in l. si indebitũ. §. j. ff. rẽ ra. ha. cau. ibi Bar. & in l. si vxore. §. si qs vxorẽ. de adu. Bald. in l. fi. C. ad mace. Hier. Chuchalon.

quitur:† secus autem si facto hominis actus fieri non potest, quia ratificatio tamen non impeditur.l.cũ decem.§.fi.& in i.si quis offerenti.§.fi.ff. de solu. & ita Barto. dicit in.d.l.bonorum.

¶ Quartò limitatur, vt Alexan.tradit in consi. lxxxviij. quoniam.col.fi.in prin.lib.v.

¶ Quintò limitatur, vt per Cuma.in consi.cxvj.Innocentius septimus.

¶ Vltimò limitatur, vt per Bar. in l.j.C.qui admit.

¶ Tertiò regula principalis fallit, vbi agitur de præiudicio tertij: quia ratificatio fieri nõ potest: ita q̃ in alterius[a] præiudicium retrotrahatur.arg.l.si partem.§.fi.ff.quem admo.serui.amit. vt Bar. concludit in l. cum indebitũ.§.si procurator.& in.d.l.bonorũ.ff.rem ra.hab.ij.no.Ang. in consi.cclxxvij.tutor.in fi.Alex.in cõsi.lxxviij.viso.colũ.iiij.lib.v.& idẽ Bar.in l.aliena res.ff.de pig.act.in prin. vbi concludit, quòd ratificatio domini de obligatione facta per alium eius nomine, non præiudicat illi cui ipse dominus remvendidit vel obligauit. Et circa hoc, notabilem quæstionem ponit Bal.in rub.extra de sum. trini. col.pe. ver.sed incidit quæstio de facto.

A ¶ Alterius. Vide Iaso.in l. filio quem pater. colum.j.de lib.& posth.& in l.is qui p emptore.de vsuca. colũ. xxxviij. ver.tertia ratio vbi latè tractat materiam ratihabitiõis:& an possit fieri die feriata in honorem dei ibi.co. xxxvij.in fine.

16 ¶ Quartò † regula principalis intelligitur, quando actus qui debet ratificari validꝰ fuit: secus si nullus fuisset, quia ratificari non potest: vt not.scribit Pet.de anch.qui ponit istam regulam in consi. cxxiij. vnus ex procuratoribus. & idem no.Bar.in l.quod obseruare.ff.de offi.procõsu. in.j. oppo. vbi inquit, ratificatio nõ potest fieri de actu nullo: ita q̃ actus confirmetur à tempore q̃ nulliter factus fuit: sed actus nullus bene potest ratificari: ita q̃ ex nũc valeat tempore ratifiationis.& sequitur Alex. in consil. lxxviij. viso. col. pe. lib.v.ff. alleg. Et videndum est ad prædicta quod Aret.tradit in consi. cxxvij. eximie domine. col.ij. & ibi de materia & consilio sequen.

17 ¶ Quintò fallit † quando mandatum pro forma[b] à lege vel statuto requiritur, quia tunc non sufficit ratificatio. vt Bal.dicit in l.executorem col.iiij.versi.sed si notarius. C.de execu.rei iudi.

B ¶ Forma. Ad de Bartol.post Bal.in.c.ex pte decani.de resc. col. xxx. ver. item dicit hîc Bald.&c.

Et simi

Et similiter reg. non habet locum, in materia stricta: quia si statutum velit ꝙ mandatum testibus probari non possit, ratificatio tamen poterit probari. vt not. Bal. in l. obseruare. §. fi. in. xj. q. s̃. de offi. procon.

8 ¶ Vltimò † regula procedit secundum fictionem, quia in veritate aliud est mādatum, & aliud ratificatio. vt not. Bar. in l. is qui pro emptore. col. iiij. s̃. de vsucap. Et talis fictio fundatur in æquitate. l. postliminium. s̃. de

9 cap. † & ideo cessante æquitate ista regula non habet locum vt Alexan. concludit in consi. lxxviij. col. pe. in. v. lib. s̃. allegato.

Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 **Prohibitus ædificare, reficere non prohibetur.**
2 **Reficere rem penitus destructam, est propriè facere.**
3 **Reparationem facilius permitti, vbi prioris ædificij vestigia adhuc apparent.**

REGVLA LXI. VLPIANVS.

DOMVM SVAM *reficere unicuiq; licet dum non officiat inuito alteri in quo ius non habet.*

ISTA regula intelligitur, in casu in quo quis nō habet potestatē ædificandi de nouo: † nam prohibitus ædificare, non prohibetur reficere: vt hîc dicitur. Et vltra gl. exemplificari potest in. c. consuluit. de iudæ. vbi Iudæi qui prohibentur synagogas de nouo constituere, non prohibētur antiquas reficere: quia aliud est facere: & aliud est reficere. l. iij. §. reficere. s̃. de iti. actuq; priuato. Et ideo prohibitus facere de nouo, non prohibetur reficere, vt hîc, &. d. c. consuluit. & in. l. iiij. C. de ope. publi. & in l. j. §. si quis ædificium. s̃. de ope. no. nun. facit quod not. per glo. in. c. j. in verbo domum. de relig. domi. in. vj. in cle. fi. de rescrip. in verbo creatum. Et ex his comprobatur quod dicit glo. in l. j. §. penul. in verbo. reficere. suprà de mor. infer. & sequitur Barto. in dicta. l. j. §. si quis ædificium. quòd propria & stricta differentia est inter verbum facere & reficere.

¶ Et ista conclusio limitatur, † nisi res in totum fuerit destructa: quia tunc reficere rem in totum destructam, est propriè facere: quia de totali reparatione iudicatur idem quod de noua constructione. vt not. per gl. xviij. quæst. ij. in. c. de monachis. & in. c. iij. de iur. patro. & not. Bald. in l. si vt proponis. la. ij. C. de nup. Hosti. in summa de ecclesiasticis ædifi. in fi. & facit tex. in l. qui tamen. in princip. s̃. quib. mod. vsu. amit. in l. si ita legatum. §. fi. de leg. j. cum si. vt latè tradit Alexan. in. d. l. si quis ædi-

ficium.& Feli.[a] in.c.cum accessissent.in fi. char. de cõsti. A

¶ †Sed tamen cõsiderandum est, ꝙ licet res in totum destructa sit, remanẽt tamen vestigia prioris ædificij, vnde facilius reparatio ꝑmitti debet. arg. l. fin. s̃. de decurio. & quod not. Bar. in l. j. de aduo. diuer. iud. & facit gl. in. c. accessissent. vbi fit reparatio dignitatis in totum destructæ. Et non est nouum, ꝙ aliâs statutum fuit licet renouetur. xxiij. q. j. in. c. Acatius. & xxxiiij. q. j. in. c. nõ satis. facit tex. in l. rem non nouam. C. de iudi. Vnde quòd in totum res destructa reficiatur, non videtur res noua. & in casu. c. consuluit. iudæi qui prohibẽtur nouas synagogas erigere, nõ videtur quòd ꝓhibeantur reficere synagogam in totũ destructã: licet Abb. ibi aliter velit: ex quo ecclesia tolerat iudæos. & verba dicti. c. satis cõueniunt dum dicitur si corruerint antiquæ toleratur quòd eas reædificent. Ista enim verba, etiam ad totalem destructionem adaptari vidẽtur. vnde secundum subiectam materiam hoc debet iudicari: quia secundum subiectam materiam statutum quod loquitur de faciente, habet locum in reficiente. vt Alex. tradit in consi. cix. visis. col. penul. lib. ij. 3

A ¶ Feli. & idẽ Feli. in, d. c. consuluit. de iudę. & Ia. in repe. l. quominus. col. penul. de flumi nib⁹ vbi ꝑ duas col. tractat materiã nostræ regu. & eundem post alios in l. j. §. si quis ædificium. suprà de no. ope. nun. & do. Philip. in. d. c. cum accessissent. col. fi. in fi.

¶ Secundò etiam regula intelligi potest, in eo qui habe beret potestatem ædificandi[b] secũdum regulam. l. altius. C. de serui. quæ habet locum dũmodo ille qui ædificat in suo, non immittat aliquid in alienum. vt gl. hîc dicit per l. sicut. §. Aristo. s̃. si serui. vendi. Et alias limitationes ad d. l. latius tradit Bartho. Verõ. in tractatu de ser. vrba. prædi. in ti. de solo & area. Alexand. in consi. clxxiiij. opportunè considerans lib. ij. & quod not. Bart. in l. fi. in fi. C. de serui. & d. l. altius ampliatur: vt per Abb. in consil. lvij. in. v. col. iiij. lib. Corneus in consi. xc. viso. co. v. lib. ij. & Soci. in consi. cxlj. considerata. in prin. B

B ¶ Aedificandi. Add. Ias. in l. ex hoc iure. co. ij. de iust. & iur. & do. Phil. in regu. nullus videtur. & quæ ibi dixi.

Philippus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Hæreditas, est successio.
2 Bonorum possessio, est ius succedendi.
3 Hæreditatem dici antè, quàm per hæredem sit adita.
4 Quòd sola aditio non facit, quominus hæreditas dicatur.

Hæredi

5 Hæredi solũ vel fideicõmissario datur petitio hæreditatis antè quàm sit consequutus possessionem bonorum.
6 Hæreditatis petitio, & interdictum quorum bonorum. quando hæredi dentur?
7 Quòd per apprehensionem possessionis, desinat esse hæreditas quando locum habeat?
8 Renunciatio quam facit filia patri, an ipsam excludat ab hæreditate fratris?

REGVLA LXII. IVLIANVS.

HAEREDITAS a *nihil aliud est, quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuerit tempore mortis.*

A ¶ Hæreditas est successio. referatur ne hoc loco diffinitio ad ius qđ quidam subrogari putant ante aditam hæreditatem, vt loco defuncti succedat. vt Bar. in rub. ff. de acq. hæred. an verò ad res quibus quis ꝓprius dicatur succedere quàm iuri copiosè tradit Alciat. in l. nihil aliud. ff. de ver. sig. & quę dicatur iusta hæreditas, & qs hæres & hærediũ pulchrè Budę in l. si quis mihi. ff. manda. in anno. in pand. Petr. Coruell.

HAEREDITAS † ergo est successio, vt hîc dicitur: & in l. nihil suprà. de verbo significatio. † Et bonorum possessio, est ius succedendi, vt not. Barto. in l. iij. §. bonorũ. suprà de bonorum posses. De quo videndum est, quod dixi in rub. C. qui admit. colum. antepenul. Et istam diffinitionem hæreditatis quam iurisconsultus hîc ponit, declarat Barto. in rub. suprà de acquiren. hæredi. dicens quòd ista diffinitio loquitur de successiõe iuris: quia mortuo testatore, succedit quoddam ius, quod hęreditas appellatur & personam defuncti sustinet in omnibus iuribus quæ habuit defunctus. l. hæreditas in multis. suprà de acquiren. rerum dominio. l. mortuo. suprà de fideiussor. & idem Barto. in l. nam & seruus. in. §. qui negotia. s̃. de neg. gest. dicit quòd hæreditas repræsentat personam defuncti, & non hæredis futuri.

¶ Et hæreditas dicitur, † antequam adita sit per hæredem: & adita hæreditate amplius non dicitur hæreditas. vt not. per glo. in l. j. §. veteres. in glo. mag. suprà de acquiren. posses. in l. per hæreditarium. suprà de acquiren. rerum dominium. in l. hæres per seruum. de acquiren. hæredita. in l. eius qui in verbo hæreditati. suprà si cert. peta. & not. Barto. in l. iij. in princip. ad fin. suprà de bonorum possessio. vbi inquit quòd postea quàm adita est hæreditas, confunditur cum patrimonio hæredis. l. sed si plures. §. si filio. suprà de vulga. & pupil. & vbicunque post aditionem

tionem appellatur hæreditas, est impropria locutio. vnde in titu. de petitio. hæredita. dum dicimus petere hæreditatem, intelligitur nos declarari esse hæredes. l. licet minime. ff. de peti. hæred. & idem Bart. dicit in rub. ff. de acqui. hære. & in. d. l. eius. si cer. pet.

¶ Et ista conclusio intelligitur post aditam hæreditatem & apprehensam possessionem: secus videtur ante adeptam possessionem. † quia sola aditio non facit, quominus etiam hæreditas dicatur. vt not. Are. dicit in rub. suprà de acquiren. hæred. vbi ad hoc alleg. Barto. singulariter in l. fi. suprà de fideicommis. hæred. pet. vbi Barto. sequitur glo. in l. j. eod. titu. in verbo hæreditas. † Quæ dicit quòd solum hæredi vel fideicommissario datur petitio hæreditatis, antequàm sit consecutus possessionem bonorum hæreditatis. Sed post acquisitam possessionem, si desinat possidere, habet rei vendicationem & non petitionem hæreditatis. & Barto. rationem adducit: quia postquàm hæres adeptus est possessionem, desinunt esse res hæreditariæ: vt suprà dictum est. & sic Barto. videtur hoc intelligere post acquisitam possessionem: vt ista ratio conueniat quæstioni: & dictum glo. & Barto. tenet Alexan. in consi. lxxxix. viso puncto. in princip. lib. ij. & in consi. xciiij. in causa & lite. in. ij. col. lib. ij. ex quo infero. vbi concludit † quòd petitio hæreditatis, & interdictum quorũ bonorum non datur hæredi qui semel apprehendisset possessionem per illã rationem: quia per apprehẽsionem desinunt esse res hæreditariæ: & ideo glo. not. in. c. j. de confes. in. vj. in glo. mag. circa finem. instruit agentem peti. hæred. vel interdicto quorum bonorum. quod non dicat se possedisse post mortem defuncti: quia illa remedia non cõpeterent, post acquisitam possessionem. & idem sequitur Anto. de but. in consi. lxiij. viso libello. in prin. vbi refert rationem Barto. & sequitur. & sic conclusio prædictorum videtur, quòd hæreditas dicatur & res hæreditariæ dicantur ante possessionem acquisitam: & sic per aditionem solam non deficit esse hæreditas.

¶ Et hoc confirmatur secundũ Are. in. d. rub. de acqui. hære. quia licet per aditionẽ dominium rerum hæreditatis, vnitum sit cum patrimonio hæredis. d. l. sed & si plures. §. filio. de vulg. & pup. quia tamen adhuc nõ est facta incorporatio, retinet nomẽ hæreditatis. sicut in simili videmus in fisco cui licet bona vacantia ipso iure acquirantur. l. j. §. an bona. ff. de iure fisci: tamen ante incorporationẽ, non censetur eodem iure cum alijs bonis incorporatis: vt no. Bar. in l. in omnibus. ff. de diuer. & tẽp. præscri.

¶ Contrarium tamen expresè tenet Pau. de cast. in. d. l. j. ff. de fideicõ.

hære.

hære.pet.dum inquit ꝙ ratio Bar.non est bona: quia illud quod ipse dicit, † ꝙ per apprehensionē possessióis, desinat esse hæreditas, etiam habeat locū ante adeptam possessionem quia per solā aditionē, videntur res desinere esse hæditariæ : & pariter desinit esse hæreditas. [a] & hoc verius videtur: quia per aditionē dn̄ium & omnia iura transeunt in hæredem. l. cum hæredes. in prin. ff. de acqui. posses. & ideo statim desinit esse hęreditas: quia bona sunt hæredi. qui admit. Et non obstat simile de fisco : quia dato quod plus iuris habeat fiscus, etiam hæres in bonis incorporatis & apprehensis ratione possessionis, hoc non tollit quin desinat hæreditas esse per aditionem ex quo dominium transfertur in hæredem: vt dictum est.

¶ Et retenta ista conclusione, quòd post aditionē non dicatur esse hæreditas : consului vltra montes Valentiæ in Delphinatu † quòd renuntiatio quā fecit filia patri, de hæreditate patris non excludebat illam ab hæreditate eius fratris: quia mortuus erat adita hæreditate paterna. quia post talem aditionem non dicitur hæreditas patris. Sed fratris [b] per supradicta. Et in terminis de renūtiatione cōsuluit Ang. consi. lij. do. Gillius. col. ij. & sequitur Alexā. vbi alia similia inducit in l. j. §. veteres. ff. de acqui. posses. col. ix. versi. expressius. Ang. & idem in terminis de renuntiatione tenet Pau. de cast. in l. Paulus. §. j. de acqui. hære. vbi dicit Oldra. ita cōsuluisse: & sequitur ibi Are. per tex. in l. qui filij. ff. de his qui. vt indig. & idem Are. in cōsi. cxj. in præsenti consulta. & idem Roma. in consi. clxviij. circa primū. Benedi. Capra. in consi. xij. & si viso. & Cor. Peru. in consi. cccv. in hac consultatione. lib. iiij.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Lata culpa dolo æquiparatur.
2 Moram non incurrit, qui iustam habet causam litigandi.

REGVLA LXIII. IVLIANVS.

QVI SINE DOLO *malo ad iudicium prouocat, non uidetur moram facere.*

Ibi sine

A Hæreditas. Hāc opi. tenet Ias. in rubri. de acqui. hære. ij. col. versi. tu dic ꝙ imo &c. & in l. j. §. veteres de acq. pos. col. x. vers. circa cōclusionē &c. & in lxij. col. ponit. qō. do. Philip. Decij: licet loquatur in statuto : & dicit hanc esse cōem opin. & in xiij. col. ponit. q. de muliere ꝓhibita nubere extra ciuitatē cū hæreditate, ꝑut est Mediolani: an postq̄ est adita hæreditas si cōtrahat ꝑdat hæredi. & ꝙ hæreditas post aditionē nō dicat̄ ꝓpriè hæreditas. tenet Flo. in l. veniunt. ff. fa. ercis. & Ias. in l. eius. §. ꝙ si stipulat⁹. si certpet. & per eundē do. Phili. in cōsi. lxix. co. ij. incip. visis duobus. Hier. Chu.

B Fratris. Vide magis latè eundē d. Phil. in regu. quoties duplici iure ī ver. vlteri⁹. vbi magis latè cā examinat. īfra eod.

IBI sine dolo malo.subaudi,vel lata culpa: vt no. per glo. & Bar.in l.quod te.col.iij.in versi.venio ad vltimum.ff. si cert.pet. & ad hoc facit:quia lata culpa, dolo æquiparatur.l.quòd Nerua. ff. depositi.l.j.§. j.ff.si mens. fal.mod. dixe.

¶ †In tex.ibi:non videtur dolo facere.& sic nō est in mora.exemplum ponitur per glo.in.l. si quis solutioni.ff.de vsur.ad id est tex.in.l.sciendum.eo.titu. & in.l.iij.§. si quis paratus.ff. quod vi aut clàm. † Et hoc intelligitur,quando iustam habet causam litigandi:vt probatur in iuribus præallega. Secus si non habet iustam causam: quia tunc per interpellationem,in mora constituitur:vt not.Bar.in.d.l.quod te.& est tex. qui ita intelligitur in.l.nemo.§.j.ff. de verb.oblig.dum ibi dicitur moram cōmitti ab eo qui voluit litigare. & no.Bar.in.l. si seruum.§.nunc videamus.in.l.qui Romæ.§.Seia.de verb.oblig.

¶ Secundò regula intelligitur antequam mora sit cōmissa.Sed post moram cōmissam mora non purgatur: licet quis velit ad iudicium prouocare.l.fi.ff.de condi.fur.vbi Pau.de castro ita concludit.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 De his quæ raro accidunt,regulariter nulla ratio habetur.
2 In naturaliter contingentibus,hæc regula non procedit.
3 Quod de iure speciali conceditur,non debet considerari.
4 Matrimonium inter prohibitos sub conditione si Papa dispensabit,valet.
5 Nō attēdit qđ pendet à volūtate solius principis,quia impossibile reputatur.

REGVLA LXIIII. IVLIA.

EA quæ raro accidunt, non temere agendis negotijs, cōputantur.

NOTO † ꝙ de his quæ raro accidunt regulariter nulla ratio habetur apud legislatorem. Ad idem tex.in.l. nam ad ea.ff.de leg.cum simi. vt per.glo.in.c.per literas.de despon.impub.Nam rarum & nunquam, æquiparantur.c.coram.de offi.deleg.Et quod raro contingit,miraculum est:vt dicit tex.in authen.de consuli.col.iij.colla.iiij.

¶ Et quod raro fit(sicut etiam vetus sapientia docet)non obseruant legislatores.Sed quod fit plerunque & respiciunt & medentur: vt inquit tex.in auth.vt sine prohibi.ma.§. quia verò multum. col.vij.& in.l.antiqui. ff. si pars hæred.pet. Et ideo casus insolitus qui raro contingit de mille annis semel:vt Bar.dicit in.l.Seio.§. medico. per illum tex.de an. lega.non est in consideratione.& idem Bar.in.l. fistulas.§. ferramenta. ff.de cōtrahen.empt.cum simi.

¶ Et regula ista videtur procedere,in his quæ raro accidunt & habēt in se miracu

miraculum: vt. s̄. dictū est. † . Secus est si naturaliter contingāt: quia à lege recipiūtur. l. si maior quinquagenaria. C. de legi. hær. vbi fili⁹ qui nascitur ex maiore quinquagenaria, legitim⁹ dicitur: licet rarò illud cōtingat: & omnia alia quæ rarò cōtingunt sunt sub lege. & regula cōmuni nisi exprimantur vt Christoforus porcus dicit in. §. insulam. per illum tex. instit. de rerum diui.

¶ Et ad prædicta etiā cōsonat regula, quæ dicit † ꝙ illud quod de iure speciali cōceditur, nō debet cōsiderari. l. iiij. §. j. vbi Bal. s̄. de fideic. liber. & no. Bar. in. l. ij. col. v. ver. sed circa hoc dubitatur. s̄. de vulg. in. l. fi. col. ij. C. de sen. passis. & in. l. quandiu. la. j. de acqui. hære. cū simi. Et hoc intelligitur nisi de illo iure speciali expressè dictū sit: quia tūc attēditur. l. quidā relegat⁹. de rebus dub. vbi valet legatū, si restitutio impetretur à principe. Et ideo valet institutio de filio spurio, sub cōditione si legitimetur à principe. vt not. Bal. in. l. j. in. vj. q. C. de insti. & substi.

¶ Ex hoc videtur † quòd valeat matrimoniū inter prohibitos sub conditione, si papa [a] dispensabit. de quo Abb. post alios in. c. super eo. de condi. appo.

¶ Secundò quod dictū est non considerari, ꝙ de iure speciali cōceditur: verū est, antequā actus sequatur: secus est eueniente postea illo casu speciali, quia admittitur. l. non quocunq;. §. si ex bonis. de leg. j. cū simi. vt tradunt Moderni in. l. j. col. viij. de vulg. & pupil. & facit quod. s̄. dictum est per. l. si maior quinquagenaria C. de legi. hære. ibi eueniente casu quod rarò contingit.

¶ Similiter etiā ad. s̄. dicta dicimus, † ꝙ non attenditur quod pendet à volūtate solius principis: quia impossibile illud reputatur. l. apud iulia. §. cōstat. [b] de lega. j. no. Bar. in. l. si quis sub conditione. col. ij. de testa. tut. & in. l. continuus. §. cum quis. de verb. oblig. & hoc intelligitur, nisi consueta sint concedi. vt not. Alex. post alios quos refert in dicto. §. constat. per illum text. ibi: distrahi nō soleant: cum simi. vt per eum ibi: & Moder. & latius tract. Soci. in. d. l. quidam relegatus. colum. iiij.

Philippus Decius.

A ¶ Papa. Istā opi. tenent ibi Anto. & Gaspar & Præpo. qui latè eā disputāt: licet relinquat cogitan, cōtra tñ tenent Innoc. & Abb, & Card. ibi. & Cald. in consi. j. sub tit. de sponsalib⁹, & do. Areti. in cōsi. cxlij. inc. ex facto ꝓponitur &c. col. iiij. ver. sed est aduertendū. eā etiā tenet idem Aret. quā dicit communē. in. l. apud iulianū. §. cōstat. colū. iiij. versi. & ad materiā. de legi. vbi ias. videtur inclinare in aliā partem. de qua etiam vide Anch. in. c. ex publico. de cō uer. coniu. Hierony. Chuch.

B ¶ Constat. Vbi latè per oēs Moder.

NOT

NOTABILIA.

1 Nimia subtilitas in iure, reprobatur.
2 Quandoq; cauillationem tolerari, vt malitijs obuietur.
3 Aduocatus fouens iustam causam, etiam cum malitia, aduersarium cōuincere potest.
4 Iudex quomodo examinare testes de falso debeat.
5 Quando testis est suspectus, quòd etiam de circunstantijs examinandus sit.
6 Iudex quando cauillationibus vti possit?
7 Iudex ad cautelam quòd possit delinquenti indemnitatem promittere.
8 A priuato, fides hosti seruanda non est.

REGVLA LXV. IVLIA.

EA EST *natura cauillationis*[a] *quā Græci σόφισμα appellant: ut ab euidenter ueris, per breuißimas mutationes, diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt: perducatur.*

AD IDEM text. in l. natura cauillationis. s. titu. proximo. & not. Ioan. Andr. in c. venerabilis. declarando text. in ver. cauillationis. de iudi. & ad text. hîc bene facit text. in authen. de tabellio. colum. iij. in versi. & non fugant tabelliones. vbi dicitur, q nihil est inter homines sic indubitatum, vt non possit suscipere quandam sollicitam dubitationem: licet illud sit iustissimum: & hoc fit per cauillationem, quæ reprobatur & reijcitur à iure, dicto. c. cum venerabilis. † Et talis cauillatio videtur superuacua & nimia subtilitas, quæ à iure reprobatur & à iudice reijcitur. l. actio. suprà de negot. gest. l. sicut. §. si debito. quibus modis hypo. soluitur. Et hoc est quod dicitur, quòd nimia subtilitate[b] res subuerti non dicitur. l. si quis hæredem. in fin. de insti. & substitu. & in. l. pe. C. ad treb. & in. l. fin. C. de legi. vbi de tali subtilitate, ridet Imperator & illam corrigit.

¶ Quandoque tamen etiam † couillatio toleratur: quia malitijs est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendic. c. sedes. de rescript. ideo aduersus malitiam, quis cum malit

A ¶ Cauillatio in iure multis modis sumitur, hîc tñ propriè ꝓ argumēto sophistico vsurpatur. cuius natura est ab euidenter veris ad falsa perducere et sophistā Plato li. 15. de ente eū describit, q in sermonibus disputantē cogit cōtradicere sibijpsi: qui & ironici estpars, ab imitatore opinioso veniēs phantastici generis, ab imaginaria facultate profluens: non diuinæ, sed humanæ effectionis determinata ꝓgenies, ex eorumq; numero q vbis quasi quibusdā præstigijs mirū in modū decipiūt auditores. Pet. Coruellus.

B ¶ Subtilitate Vide Abb. in c. dilecti. de iudi in. iij. col. in princip.

A ¶ Malitijs. Vide Barba.c.sedes.hîc alleg.col.iij.in princi.versi.nota.vbi ponit plura dicta vltra ea quæ hîc dicit domi.Philip.& plures remis.& in prooe.clemen. col.iij.fol.vij.Iason in.l.cum proponas.in.ij.col.C.de pactis.

B ¶ Simulatio. Cauta & prouida admittunt.ita Abb.post glo.& Host.in.c.j. qd' me.cau.ij.col.v.vbi dicit secundũ Host.ꝙ aduocatus fouens iustã causam,põt malitis, & cauillationib⁹ aduersariũ conuincere,dum tñ sine mendacio hoc fiat. ad idẽ facit quod tenet Inn.in.c. olim. lo.j. in.iij.col. ĩ medio. vbi dicit,ꝙ si ex defectu iustitię qs non põt rẽ sibi subtractã furto recupare,ꝙ licet sibi ꝓpria authoritate furtũ subtrahere, dũ tñ hoc fiat sine mẽdacio. ego tñ credo ꝙ nullus aduocat⁹ hoc faciet sine mendacio. de quo etiã vide Hippoly.de Mars.in singu. clxxvij.incip. malitijs hominum.vbi multa cumulauit. quæ addas ad apostil.super litera d.Hieron. Chuchalon.

A malitijs [a] resistere potest. vt no.per glo.in.c. cupientes. in princ.in ver.malignantium.de elect.in.vj.& pro dicta glo.est tex.in.l.cum pater.§.Titio.in fin.de leg.ij. quem ad hoc alleg. Ange.in.l.pen.§. de vsu.& dicit glo.not.in
3 c.dominus noster.in glo.j.in fin. xxiij.q.ij.† quòd si aduocatus fouet iustam causam, potest etiam cum malitia aduersarium conuincere.& bene facit quod not.Anto.de butr.in. c.j. de mutu.peti. vbi voluit quòd si in veritate mutuum reddidi, possum etiam cum iuramento affirmare me nihil à te habuisse. & not.Bal.in rub.C. de fi.instr. colum.vij. in versi. incidenter etiam quæro.in istis enim & similibus, cauillatio admittitur ad obuiandum malitijs & fraudibus.

4 ¶ Et eodem modo propter suspitionem iudex debet diligenter examinare testes suspectos de falso, & eos inuoluere si potest: vt no.Bald.in.l.j.§.editiones.in.ij.notab.C.de eden.

5 ¶ † Et quando testis est suspectus,interrogari debet etiã de circunstantijs, in quibus substantia rei non consistit. vt not.Azo.in sum.col.penul.C. de testi.& Specu.in tit. de testi.§.iam de interrogatorijs. ver. & nota. cum simi. vt dixi in.c.licet causam.in. viij.not.de proba.

6 ¶ † Simiter & iudex ad veritatem inuestigandam,potest vti cauillationibus & etiam simulare. vt probatur in.c. afferte. de præsumptio.&. xxij.q.ij. c. non enim volebat Deus. Nam propter vtilitatem publicam ad bonum fi-
B nem permissa est simulatio. [b] c. vtilem. xxij. q. ij.& per illum tex. dicit Vgutio. & Andr.& post eos Domi. in.c.
7 nos in quemquam. ad finem.ij.q.j. † quòd iudex potest delinquenti promittere impunitatem & liberationem, si confitetur delictum:& poterit tamen iudex ex tali confessione postea illum condemnare, & iudex excusatur.&

A ¶ Feli. Hanc etiã tenet Imo. in. l. is qui reus. ff. col. de pu. iudi. & Feli. c. accedens. lo. ij. vt lit. nõ contest. quæ opi. licet sit cõis: ego tñ non credo verã, per ea quæ hîc dicit do. Phil. subtilissimè. & per tex. in. c. ad aures. quod met. cau. vbi iuramentũ et fides æquiparantur: & iuramentum semper est obseruandũ vbi põt sine interitu salutis æternæ: vt in. c. cũ dilectus. quod met. cau. & in. c. si verò. de iureiur. vbi latè doc. ergo idem est dicendũ in fide, quia æquiparatorũ à lege quod statuitur in vno & ĩ alio &c. gl. & doc. in. l. si quis persuaserit. C. de furtis. & in. l. quod verò contra. ff. de legi. vbi etiam per Bart. cum fides ista non possit rumpi sine interitu salutis æternæ: vt fatentur prædicti doct. dicentes, quòd in foro conscientiæ non est licitum talem fidem rumpere: & dato quòd prædicta opinio sit vera, quòd iudex non teneatur fidem seruare, tamen non poterit ex tali confessione condemnare confitentem, nisi eam iterum ratificasset, per ea quæ dicit singu. Imo. in dicto consi. cix. incip. visa inquisitione &c. æquiparando eam confessioni factæ in tormentis: cuius opin. vltra domi. Philip. hîc, sequitur etiam Hippo. de Marsi. in. l. j. §. quæstioni. col. ij. in fin. versicu. modo redeundo. ff. de quæstioni. & latissimè in singulari. clxxvij. incip. malitijs hominum. & in singula ccj. incip. in confessum. vbi allegat plures tenentes hanc opinionem. & sic si confessio non fuerit ratificata, iudex nõ poterit eum punire, cum sit nulla quantum ad punitionem: quia etiam dato quòd esset valida, requireretur quòd pluries in confessione perseuerauerit. not. verbum Cuma. in consilio. cxxxviij. in. j. colum. versicu. quantum ad primum quod est commend. requiritur etiam vt præcesserit accusatio ad hoc vt est confessio præiudicet. ita glossa in. l. fina. C. de libera. causa. quam commen. Bartolus in sua margarita. in verb. confessio. versicu. xij. sed ego non teneo illam glossam per ea quæ dicit Anchar. in. c. de accusatio. libro. vj. ij. colum. versicu. solutio regulariter &c. vbi dicit quòd verum est quòd regulariter quis non est condemnandus sine accusatore: vt in. l. ex rescripto. §. si quis. de muneri. & hon. suprà. hoc tamen fallit in pluribus casibus de quibus ibi per eum, inter quos ponit istum quando crimen est notorium, quòd fit per confessionem factam in iudicio, vt ibi per eum & adde quod dicũt doctores post Barto. in. l. j. §. non fuit. de dolo. & in. l. conuentionem. de pactis. quòd publi. persona tenetur seruare fidem etiam hosti: quòd illa doctrina est limitanda per dictum singu. Barto. in. c. j. §. fin. colum. penul. in fine. de pace iuramen. firmanda. qui tenet quòd vbi aperitur via ad delinquendum, vel ad impunitatem delicti iuramentum non est seruandum. quia non tenet tale iuramentum. & sic quòd à publica persona non sit seruanda fides vbi agitur de impunitate delicti: quod facit pro eo quod notatur de saluo conducto dato bãnito an sit seruandum. de quo per Felinum in dicto. c. accedens. & per Imo. in dicta. l. is qui reus. vbi facit vnam notabi. distinctionem: tamen caueant iudices per ea quæ suprà dicta sunt, ne sint homicidæ animarum suarum: quia omnes suprà dicti doctores tenent in foro conscientiæ non esse licitum rumpere talem fidem. Hieronymus Chuchalon.

refert Archid. in. d. c. vtilem. Alexandrum tertium ita fecisse cum quodã episcopo simoniaco: & sequitur Feli.[a] in dicto. c. afferte. de præsump.

¶ Adde tamen quòd contrarium in terminis tenet Inn. in consi. cix. visa inquisitione prædicta. vbi concludit ex

pluribus, quòd virtute illius confessionis extortæ per dolum, reus condemnari non potest per not. in.c. sanè. de renuntia. & per glo. in.l. item si in pretio. §. fin. ff. locati. vt latius ipse ibi insistit, & verior videtur opinio. Quia fides data, seruari debet. l. j. in princi. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. l. j. in princip. de constit. pecu. Et etiam hosti fides seruanda est. xxiij. q. j. c. noli existimare. Et ideo iudex (præsertim quia publicam personam gerit) fidem seruare debet ex eo quod not. Bar. in. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. & in. l. conuentionum. ff. de pactis. & facit tex. in epistola inter claras. C. de sum. trini.

¶ Nec obstat quòd Bar. in. d. l. conuentionem. & in. l. j. §. non fuit de dolo per illum tex. dicit quòd † à priuato nō sit fides seruanda hosti: quia in casu nostro, agitur de iudice qui publicam personam gerit.

¶ Præterea illud dictum Bar. non videtur verum. Quia etiam priuato debet seruari fides per iura suprà dicta quæ generaliter loquuntur. [a] non ob. text. in dicta. l. j. §. non fuit. quia non videtur probare illud. Barto. dicit. Quia ibi de fide data verbum nullum. Sed solum dicitur ꝙ quis vti possit solertia & machinatione cōtra hostem, iuxta illud Vergilij. Dolus an virtus, quis in hoste requirat. Et ista notanda sunt, quia sæpius occurrunt.

Philippus Decius.

A Loquunt. Ideo generaliter sunt intelligēdæ. l. de pretio. ff. de publ. quæ tamen regula fallit multis modis. vt ꝑ Soci. in tracta. fallen. in regu. ccxxix. vbi ponit. lvj. fallen.

NOTABILIA.

1 Debitor intelligitur, à quo inuito pecunia exigi potest.
2 Cœpisse non videtur, qui per exceptionem remouetur à petitione.
3 Non videtur desinere, qui non incipit.

REGVLA LXVI. IVLIA.

MARCELLVS *ait, desinit debitor is esse* [b] *qui nactus est exceptionem iustam: nec ab æquitate naturali abhorrentem.*

ISTA regula de plano intelligi potest quia † debitor ille intelligitur à quo inuito pecunia exigi potest. l. debitor. ff. tit. j. ergo tutus iusta exceptione non videtur esse debitor. vt hîc dicitur. & facit alia regula † non videtur

B ¶ Debitor is esse. Idē & Alciatus ꝓbat in l. creditor. ff. de verb. sign. à cōtrario vt si creditor ꝓpriè nō is est qui exceptiōe perpetua submoueri potest. l. creditores. suprà eod. ita propriè debitor non dicitur, qui exceptionem debiti habet, qua eo nomine seu titulo se liberet, vt hîc. Pet. Coruesius.

cepisse qui per exceptionem remouetur à petitione. Ad idem regu. nihil interest. infrà eodem. vbi dicitur nihil interest quis actionem non habeat: an per exceptionem infirmetur.

¶ Et regula ista intelligitur opposita exceptione. Secus videtur ante oppositã exceptionem per ea quę dicta sunt in. d. regula non videtur. s̃. eo. vbi videndum est.

¶ Et ideo text. hîc bene dicit desinit: quia ante exceptionem appositam erat debitor. † Quia nõ videtur desinere ille qui non incipit. l. Titio. s̃. de condi. & demonst. l. nulla. suprà de suis & legi. Et in regula non potest videri desijsse. j. eodem. & de hoc propriè intelligitur, aliàs verò impropriè etiam desinere dicitur quod non incipit: vt not. per gloss. in dicta regula non potest. per tex. in. l. iiij. §. desinere. s̃. vsufru. quemadmo. ca. vbi glo.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Verba accipi debent, secundum naturam contractus.
2 Verba licet intelligi debeant vt aliquid operentur, non tamẽ operari debẽt nisi secundũ naturam actus de quo agitur.
3 Verba potius intelligi secundum naturam actus, quàm secundum qualitatem personæ.
4 Qui sermonem dubium protulit, quòd vnicum tantum intellectum habuisse sit censendus.
5 Ille intellectus præualet, in quo maior proprietas verborum apparet.

REGVLA LXVII. IVLIA.

QVOTIES *idem sermo duas sententias exprimit: ea potißimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior est.*

IBI rei gerendæ aptior est. † & ideo verba accipiũtur secundũ naturã contractus. l. si vno. in prin. ff. locati. vbi Bar. qui ex hoc ibi infert, quòd verba [a] accipiuntur secundum subiectam materiam: alleg. bonũ tex. in. l. si stipulatus. s̃. de vsur. & facit tex. in. l. insulã. de pręscrip. verb. Ex quibus iuribus cõcludit Alex. in cõsi. v. puto de iure. lib. iiij. ꝙ verba accipiuntur secundum subiectam materiam, etiã verba impropriando & etiã in materia in qua debeat fieri 1 A

A Verba. Adde ꝙ verba debent intelligi secundum naturam dispositionis sup qua ponuntur etiã ea impropriando: de quo per Iaso. in proœ. feudo. colum. xxviij. versi. ij. quia &c. & in l. is qui putat. de acqui. hære. col. fin. & in. l. pro hærede. §. si quis. ij. colũ. eodem titu.

A ¶ Operentur. Vide Soci. in tract. fallen. in regu. ccccxl. cano. in. c. si papa. de priuileg. lib. vj. Ias. in l. si legati serui de lega. j. Feli. c. Rodulphus. de rescript. col. ij. versicu. & obli elusionem &c. & in. c. j. eodem titu. do. Philip. Decium in. c. pastoralis. in princi. de appel.

B ¶ Delicti. Adde quod verba ambigua in delictis debent capi in mitiorem partem: vt per Ias. qui plura accumulauit in. l. diuortio. solu. matr. col. iij. versi. ex istis infero.

C ¶ Personæ. Adde quod verba debẽt intelligi secundũ qualitatem personæ: adeò quod verba priuilegij interpretantur secũdum qualitatẽ psonæ. de quo per Ias. in auth. ingressi. vj. co. C. de sac. sanct. eccle. & Barb. in. c. si pro debilitate hîc alle. col. xiiij.

D ¶ Verba. Adde quòd verba cõtrahentium debent etiam intelligi & saluari ne contineant contrarietatem. idem in testibus statutis iuramento sententijs et cõtractibus, vt per Ia. in. l. fal. C. de iur. & facti ignoran.

fieri stricta interpretatio: puta in statuto prout ipse ibi loquitur. Et licet † verba debeãt intelligi, vt aliquid operẽtur: [a] tamen non debent operari nisi secundum naturam actus de quo agitur: vt notat Bal. in rub. C. de contrahen. emptione. ita Alexan. dicit in consi. xxj. viso compromisso. col. ij. in versi. nec obstat. lib. v. quòd verba potius intelliguntur secundum qualitatem delicti, [b] quàm secundum conditionem personæ cui fit commissio: vt in notabili casu Areti. scribit in consi. lviij. consideratis omnibus. colum. v. vbi ad hoc adducit text. pro singulari in archiepiscopatu de rectore. † Et potius videtur quòd verba intelligantur secundum naturam actus, quàm secundum qualitatem personæ [c] faciens vt colligitur ex dictis Anto. de butri. in. c. si pro debilitate. de offic. deleg. vbi Andreas siculus refert. colum. iiij. dum ibi dicitur, quòd iudex delegatus qui consilium sibi reseruauit. non videtur tamquam iudex, sed potius secundum naturam ipsiur consilij reseruare. Et dato quòd verba essent prægnantia: tamen secundum subiectam materiam, intelliguntur & restringuntur: vt Alexander tradit in consilio xxxv. viso processu. colum. iiij. libro. iiij. versicu. circa tertium.

¶ Et quòd verba [d] intelligantur secundum subiectam materiam, etiam not. Abb. in. c. exhibuit secundo notabili. de iudi. & Romanus hoc modo arguit in consilio lxxxviij. tribus rationibus. in fine. Aretinus in consilio xiiij. viso. columna. ij. & Alexander in consilio. lxxxvj. iu causa. colum. ij. Petr. de ancha. in consilio. ccxxxv. prima facie. Ange. in consilio xxxj. viso legato. colum. fina. Imo. in consilio. xxj. in casu præmisso. in princip. & in consilio. xcv. in casu præmisso. & in consilio. c. in quæstione. colum. ij. cum similibus.

¶ Et quantum ad text. hîc de sermone habente duplicem intellectum. † Notandum est, quòd ille qui protulit talem sermonem, vnum tantum videtur habere intellectũ: vt dicit text. in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. Et ideo si dupliciter intelligi potest, videtur q̃ nullus intellectus valeat. argu. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tute. & ita sentit Bar. in d. l. ambiguo. Nam eius quod multipliciter exponitur, veritas ignoratur: vt dicit Bal. in l. scire leges. ff. de legi.

¶ Et hoc intelligitur nisi probetur per alias leges & rationes de altero intellectu. quia ille præualet: vt Bart dicit in dicta l. in ambiguo. & tali casu procedit ista regula: quia attenditur ille intellectus, qui rei gerendæ aptior videtur: & secundum subiectam materiam, vt dictum est.

¶ † Et præualet ille intellectus in quo maior sit proprietas verborum. c. Rodulphus. de rescrip. Et præfertur ille intellectus in quo maior sit ratio dubitandi: vt not. Abb. in c. cum in iure. in. j. nota. de elec. Et præualet ille intellectus, per quem minus iuri cõmuni derogatur, etiam verba impropriando: vt not. Abb. in. c. cum dilectus. col. fi. de cõsue. & præualet ille intellectus qui conuenit rub. vt not. Ant. de but. in procemio decreta. in. §. sanè. Alex. in l. j. in. iij. no. ff. si cer. pet. Et præualet intellectus in materia stricta, in stricto significatu. d. c. Rodulphus. de rescrip. & per Soci. in consil. cxvj. col. vj. Et præualet ille intellectus qui facit actum valere. l. quoties. de verb. oblig. cum simi.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Priuilegium personale, cum persona extingui.
2 Priuilegium non soluendi Gabellam datum fisco vel ecclesiæ, emptoribus non competere.
3 In dubio, priuilegium videri personale.
4 Priuilegium personale, an ad hæredes extendatur?
5 Beneficium datum à Principe latè interpretari debet.
6 Priuilegium datum vni personæ, ad alias non extenditur.
7 Priuilegium concessum filio, non habet locum in filia.
8 Priuilegium an accessorijs & familiaribus competat?
9 Priuilegium, datum scholaribus, etiam ad eorum nuntios & famulos extendi.
10 Dictum de familiaribus, conuenit tam præsentibus quàm futuris.
11 Priuilegium contra ius speciale, latè interpretatur.
12 Etiam in materia pœnali & odiosa fit lata interpretatio.
¶Et per istam reg.dicit Bal.in.d.reg.mutare consiliũ.vt Perusi.ibi refert, † quòd consultor cuius cõsilio causa fuit commissa, si semel dedit eius consiliũ non potest postea illud mutare. & facit tex. in l.quia arbiter.ff. de arbi. vbi arbiter etiam si errauerit, non potest errorem suum corrigere. Et hoc dictum videtur procedere in consilio necessario: secus est in volũtario: quia excusatur doctor qui consuluit contrarium eius, quod aliâs cõsuluerat.vt not. Bald.in l.de tutela.C.de in integ.resti.& in l.fi.§.cum in secunda.in fi.C.de fur.& in.c.ne innitaris.in fi. de consti. vbi refert simile de Augustino qui fecit librum retractationum. Et de doctore[b] bno, Ange.in l.Labeo.in fi.de ser. rusti.præ.& facit tex.in.d.l. diui fratres suprà. de iurepa. vbi iuriscon.mutauit opin. & hoc quandoq; fecit Barto. vt colligitur in l.si pater.C. de insti. & substi. & in l. qui Romæ.§.duo fratres.in.iij.q.de verbo.obliga.nam sano vtitur consilio, qui reuocat quod malèfecit.c. cum cessante.de appel.cum simi.vt dixi ibi. Et ideo se excusat And. sicu.quòd mutauerit opi.in consi.j.char.vij.lib.j.& in cõsil.x.col.ij.eo.lib.j.& in.c.j.col.xxij. de consti. Cauendũ tamẽ est doctoribus in consulẽdo, ab ista mutatione opinionis

A ¶Mutare. De materia nostræ regulæ vide latissimè. Dyn. in.d.reg mutare. & in regu. quod semel. & ibi per eius addi.de regu. iur. lib. vj.

B ¶Doctore. Vide per Fabrũ & Ang.in §.his ita.insti. de iust. & iure. Ias. in l. gallus. §. ille casus.colũ.ij.de lib. & posthu. & Fel. c. ne innitaris. de cõsti. & Bologni. in repet. auth.ff.habi.C. ne filius pro patre.col.xxij.

nionis tanquam ab igne: quia ob malignitatem linguarum, talis mutatio in malam partem accipitur. vt dicit Ang. in .d.l. Labeo. in fi.

¶ Et quantum ad regulam hîc, si capiatur consiliũ pro voluntate recidit in idem quod dicitur in regula quod semel placuit. eo. tit. in. vj. & in alia regula quæ dicit, quòd variatio reprobatur. l. in causæ. in prin. de procu. c. causa in multis. in fi. de rescrip. in. vj. cle. j. de renun. de quo not. Bal. in l. de rebus, ff. rerum amo. cum simi. vt tradit Alexan. in l. si ex toto. §. fi. de lega. j. & Feli. in. c. cum olim. col. iij. de re iud. in. c. præsentata. col. ij. de testi. & tradit Ange. in. §. is itaque. in glo. tamen verbo auertit. de iusti. & iure.

¶ Illud non videtur prætermittendum, † quòd maximè in Principe variatio & inconstantia reprobatur. Quia in principe tanquã in fonte, iustitia debet esse constans voluntas: & principibus conuenit illud verbum, semel locutus est Deus: & quod scripsi scripsi: & ideo princeps debet habere vnum calamum & vnam linguam, & non plures. Quia scriptum est quæ processerunt de labijs meis, non faciam irrita: vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis: & sicut polus in cœlo: verba sunt Bald. in consi. cclxxix. pridie enim consului. lib. iij. † & ibi concludit, quòd quando princeps etiam motu proprio reuocat illud quod prius fecit, fingitur circunueutus: adeò quòd contrarium probari non potest: & ita ampliare videtur, quod dicitur. in. c. cũ olim. de re iud. Et idem de secunda concessione alteri facta, quòd non valeat contra primã latè probat & tenet Roma. in consi. ccxviij. circa primã. & idem Pau. de cast. in consi. clvj. viso & examinato puncto. cum simi. vt in simili casu Alexan. scribit in cõsi. iij. ex his quæ in themate. lib. v. & in consi. xxiij. viso processu. col. iij. eo. lib. v. And. sicu. in consi. xiij. lib. iij. & dixi in consi. cxxj. & adde ꝙ istam q. de secunda concessione contra primam, an valeat latè disputauit Lucas de penna in l. prædia. C. de loca. prædio. ciuil. lib. xj. vbi in vtranque partem, triginta facit argumenta. & in. xviij. argu. partis negatiuæ multa dicit, de variatione quæ in principe magis damnatur.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **Vbi consensus requiritur, ille actus ex certa scientia fieri debet.**
2 **Obligationem extra id quod agitur, interdum accidentaliter contrahi.**
3 **In delictis, etiam quem obligari.**
4 **Error, quòd allegari non possit.**
5 **Quid de clausula sciens se non teneri, remisitue.**
6 **Quòd clausula ex certa scientia non excludit, quominus probari possit.**

Clausu

7 Clausulam ex certa scientia non operari in his de quibus præsumitur princeps ignorantiam habere.

REGVLA LXXVI. PAPINIA.

IN TOTVM *omnia quæ animi destinatione agenda sunt: non nisi uera & certa scientia perfici possunt.*

IBI in totum. glo. exponit, id est omnino. referendo ad illa verba, nisi vera & certa scientia Sed magis conuenit, quòd verbũ in totum referatur ad illud quod de animi destinatione dicitur: & erit sensus, quòd illa quæ in totum animi destinatione agenda sunt: non nisi vera scientia perfici possunt. hoc tamen verbum in totum, parum operatur: vt in simili ꝓbatur in.c. cupiẽtes.§.cæterũ. de elec. in.vj. & in effectu erit regula † quòd vbi consensus requiritur, ille actus ex certa scientia fieri debet & nõ per errorem: quia errans non consentit.l.si per errorem.ff.de iurisdi.om.iud.l.ij.in prin.ff.de iudi.l. si quis vxori.§. cũ Titio.in fi.ff.de fur.l.non idcirco.C.de iuris & fac.igno.l. ad probationem.C.locati.

¶ Quandoq; tamen † etiam extra id quod agitur, obligatio accidentaliter contrahitur.l.si is quem. in fi.ff. cõmo. & in.§.is quoq;.in fi.quib.mod. re contrahitur obli. & in §.item is cui. insti. de obliga. quæ ex quasi contractu. Et etiam † in delictis quis obligatur licet non ex proposito & voluntate.l.scientiam.§. penul.ff. ad leg.aquil.cum simi.ibi allegatis.in gl.& latè tradit Bart.in l.diuus.de sica. & in l.respiciendum.§.delinquunt. in fi.ff. de pœ. & not. Bald.in l.si quis non dicam rapere.col.penul. C. de episc. & cleri. Et per istum text.ibi: non nisi vera & certa sciẽtia perfici possunt: ꝓbatur quòd dici solet † de clausula[a] certa scientia. quæ facit quòd error[b] allegari non posit: vt not.Bald.in l.ij.in.vij.q. in fi. C. de rescinden. vendi. vbi hoc tradit pro cautela, vt dicatur illud factum fuisse ex certa scientia. & idem Bal. in l.mater.colum.iij.C.de rei venditio.& subijcit ibi in ver. quid ergo si tabellio. quod creditur tabellioni asserenti de tali scientia & intelligentia. & tradit Alexander in consilio. lxj. viso processu.colum.ij.lib.ij.

A ¶ Clausula, quotuplices sint clausulæ. Barb.in.c.mandatum, de rescrip.j.col.

B ¶ Error. Vide latis. Iaso.in l.error. C.de iuris & facti ign. in prin.

Et idem

A ¶ Teneri. Vide Alexan. in l. sed & si quis. §. item quæritur. ff. si quis cautio. vbi melius quòd alibi reperies declaratum.

B ¶ Plenitudine. Adde eundẽ in. c. j. col. v. de confirma. vti. &c. & in. c. porrecta. eo. tit. pe. col. vbi ponit quinq; modos per quos cognoscitur clausula ex certa sciẽtia. cui adde Iaso. in l. si quis iniquum. ij. colum. ff. quòd quisq; iuris. & adde dist. Areti. in. c. ad hæc. ij. colum. in fi. de rescrip. & Barba. in consilio lv. col. iiij. vol. iiij. & in consi. xxxiiij. vol. ij. co. vj. ĩ medio. sed an possit ꝓbari per testes gl. Io. an. quos refert Phi. in. c. statutum. de rescri. lib. vj. col. iij. tenent quod & ista est cõis opi. quã sequũtur Ang. Alex. & Ias. l. si quis iniquum. ff. ꝙ q́sq; iuris. Abb. clemẽ. ij. de rescrip. & in. c. inter. j. col. de excep. Bal. in præludijs feu. xiiij. col. cõtrarium tñ tenẽt Do. de Rota Decisio. cccxxxij. inci. licet Ro. in tit. de ꝓba. fo. iiij. Do. in. d. ca. statutũ. col. viij. & vide finaliter Barb. in cle. & si principalis. de rescri. co. xij. ver. vtrum autem scientia &c. vbi dicit in. xiiij. col. quòd decisio Rotæ est in obseruantia: finaliter tamen facit quandam di. tacendo autorem, quam videas per Do. Aret. in. c. ad hæc. de rescri. penul. col. ver. tu verò. &c. Hierony. Chuchalon.

¶ Et idem de ista clausula † sciens se nõ teneri.[a] not. Bar. in l. fi. § idẽ quæsiuit. de condi. indeb. l. si dari. in fi. de ver. oblig. cum si. vt ibi tradit Alex. ibi in prin. & in consi. xlij. super præmisso. co. v. lib. j. & in cõsi. liij. visis. co. vij. li. iij.
¶ Notandũ tñ est, † quòd talis clausula ex certa scientia. nõ excludit quominus contrariũ ꝓbari possit: vt no. Bal. in l. sed & si quis. § fi. ff. si qs cau. cũ si. vt tradit Alex. in. d. l. si dari. Et quãdo talis clausula ex certa sciẽtia apponitur à principe, factũ ab eo in dubiũ reuocari nõ potest: vt no. Bar. in l. conficiũtur. § codicilli. ff. de iur. codic. & idẽ Bar. in consi. cxcvj. ciuitati Camerini. Old. in cõsi. cclvij. factũ tale est. col. iiij. Et in notabili casu in donatione tra. Pau. de cast. in cõsi. cv. donatio prædicta. vbi in. ij. col. cõcludit ꝙ per talẽ clausulã ex certa sciẽtia, apparet quòd princeps voluit præiudicare illi cui erat ius quæsitũ. allegat glo. in c. ad hæc. de rescri. & idẽ Io. de ana. in cõsi. lxxxj. viso instrumẽto. co. fi. Alex. in cõsi. ccxv. nec arguẽdi sumus. co. vj ver. vj. cõfirmatur. lib. ij. & in consi. j. ponderatis his. col. xv. lib. v. & dicit Bald. in. c. j. § si quis aũt. in prin. per illum tex. de pace cõstan. quòd nõ debet quis audiri contra illud quod princeps facit ex certa sciẽtia, sed debet repelli: & illi perpetuũ silentiũ imponi: quia quod princeps facit ex certa scientia, videtur facere de plenitudine[b] potestatis: vt not. Bal. in l. eos. in prin. C. de app. Abb. in. c. ad hæc. per glo. ibi. de rescrip. in. c. cum inter. col. j. de excep. in. c. cum olim. col. vj. de re iud. Et in notabili casu Ro. tradit in consil. ccclxix. circa primum. in quinto dubio. circa fin. & dixi in consil. cxcj.

Notan

¶Notandum tamen est, † quòd talis clausula non operatur in his de quibus princeps præsumitur habere ignorantiam[a] vt not. Bal in l. fi. col. penul. C. sen. rescin. non poss. sequitur Alexan. in consi. liij. viso processu. col. pen. lib. v. & Abb. in c. pastoralis. § praeterea. de offi. deleg. in in gloss. in verbo certa scientia: & Pau. de castr. in consi. clix. quæstio ista vertitur. in fin. vbi inquit quòd clausula ex certa scientia nihil operatur in his quæ apparent ignorata. & Fran. de curte in consi. lxv. super præmissa narratione. col. viij. Et hoc verum videtur, quando constat vel probatur de ignorãtia: aliâs præsumitur scientia propter illa verba ex certa scientia[b] per supradicta. & ita cõcludit Alex. in consi. xv. visis narratis. col. ij. lib. v. & ideò quod dicit Bal. in. d. l. fin. intelligitur, quando constat de ignorantia: non autem sufficit quòd præsumatur vt ipse dicit. quia illa præsumptio remouetur propter illa verba ex certa scientia. Sed quando constat vel probatur de ignorantia: verba ex certa scientia nõ attenduntur: quia in claris, non est opus coniecturis. §. cum ita. de verbo. obliga. Philippus Decius.

A ¶Ignorãtiã. Adde eundem in. c. j. de cõfirma. vtili vel inutili. v. col. versi. diuide. idem Barb. cõsi. xl. xvij. colũ. iiij. volu. & consi. lv. eodẽ volu. iiij. col.

B ¶Scientia quos effect⁹ habet. vide Abb. & Are. in. c. ad hæc. de rescri. c. pastoralis. §. prȩterea. de offic. deleg. Aret. in. c. sicut Romana. de rescr. iij. col. Feli. in c. nõnulli. eod. tit. viij. col. & tracta. clausularum. fo. iij. col. xij. ver. clausula ex certa scientia, &c.

NOTABILIA.

1 Actus ꝙ sit terminus generalis.
2 Actus legitimi, qui dicantur?
3 Quod purè fieri potest, potest & sub conditione.
4 Legitimatio, ꝙ sub conditione fieri possit.
5 Purè qđ nõ fieri põt, interdũ sub cõditiõe fieri permittitur.
6 Actus hîc expressi, ꝙ diem nec conditionem recipiant.
7 Conditio executionem respiciens, etiam expressa non vitiat.
8 Conditionem tacitam, ex natura actus intelligi.
9 Sententia ꝙ fieri non possit, sub conditione extrinseca.
10 Expressio eius quod tacitè inest, nihil operatur.
11 Dictum de conditione an intelligatur de conditione de præsenti vel de futuro?
12 Collatio beneficij facta sub conditione si vacat, an valeat?
13 Conditio de præsenti vel præterito an apponi possit in casibus hîc expressis.
14 Conditio de præsenti vel præterito, non est propriè cõditio.

REGVLA LXXVII. PAPI.

ACTVS *legitimi qui non recipiunt diem uel conditionem, ueluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio*

tis aditio, ſerui optio: datio tutoris, in totum uitiantur, per temporis uel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus ſupraſcripti, tacitè recipiunt, quæ apertè comprehenſa uitium afferunt. Nam ſi acceptum feratur ei, qui ſub conditione promittit: ita demum egiſſe aliquid acceptilando intelligitur ſi obligationis conditio extiterit: quæ ſi uerbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

ACTVS † terminus eſt generalis. l. Labeo. in princi. ſuprà de verb. ſignifi. facit text. in. l. eum actum. ſuprà de neg. geſt. in. l. cum ſeruus. in fin. de condi. & demonſt. Et quandoque accipitur pro ſpecie ſeruitutis: vt probatur in. l. j. §. j. ſuprà de ſeruitu. ruſti. prædi. Et hîc generaliter accipitur, vt colligitur ex his quæ in text. notantur. † Et actus legitimi dicuntur omnes inuenti vel probati, ea lege & quacunque parte iuris ſcripti: vt in. §. conſtat. inſtitu. de iure naturali. & ita dicit Dynus in regu. actus eodem tit. in. vj. facit in. l. legitima. ſ̄. de pact. in. l. Gracchus. C. de adulte. Et videntur actus omnes legitimi, qui non prohibentur à lege. facit tex. in. l. necnon. §. quod eis. ſ̄. ex quib. cau. ma.

¶ Et iſta regula reſtringitur in caſibus hîc expreſsis: ita quòd regula in contrarium: quia † regulariter quod fieri poteſt purè, pariter & ſub conditione fieri poteſt. §. emptio. inſtitu. de emptio. & venditio. l. ij. ſ̄. de in diem adiec. §. omnis ſtipulatio. inſti. de ver. obli. cũ ſimi. vt proſequitur Dy. in. d. regula actus. Et iſtam declarationẽ Dyn. tradit glo. in. d. §. omnis. in verbo in diem. & latè ſequitur Cuma. in cõſi. lxxxviij. ſuppoſito tenore. col. j. vbi propter hoc infert, † ꝙ legitimatio fieri poteſt ſub cõditione: quia non eſt de hîc numeratis. & idem Card. in cõſi. ciij. caſus ſuper quo. col. pe. ver. ad ſecundum. vbi propter hoc cõcliudit ꝙ acceptilatio fieri potuit ſub conditione, quia nõ eſt de hîc numeratis. & idem ſequitur Alex. in. l. à diuo Pio. §. in vẽditione. col. vj. in fi. de re iudi. Et pro iſta declaratiõe facit relatiuũ qui, de cuius natura eſt reſtringere. l. omnes populi. ſ̄. de iuſti. & iure. Et ſecũdum reſolutionem ſupra dictam, ſpecialiter in caſibus hîc expreſsis. quod iure fieri poteſt, non poteſt fieri ſub conditione. facit tex. in. c. ij. de elec. in. vj.[a] † Et econtra quandoque quod purè fieri

[a] In. vj. Vbi vi deas docto. qui dicũt ꝙ matrimonium carnale põt bene cõtrahi ſub cõditione: vt in. c. ſup eo. de cõdi. appo. an autẽ poſsit contrahi ad tẽpus nõ niſi ꝑ diſpenſationẽ papæ: vt ibi ꝑ eos. & Imo. in cle. j. de cõſang. & affi. & vide Alex. i. cõſi. lxxv. in. j. vol. & Iaſ. in. l. iulianus. ij. col. de leg. j. & Imo. in. l. gerit. fina. col. de acquir. hære. & docto. in dicta regula actus.

non poteſt,permittitur ſub conditione.l.in fuga.C.ad legem iuliam,de plagia.& glo.fin.ibi:ad idem tex.in.l.ſi ſocius.ꝟ.de hæred.inſti.l.ſi rem meam.de verb.oblig.in.l.in tempus.ꝟ. de hæredi.inſtit.Et quandoque etiam quòd non licet purè non licet ſub conditione. l. Seius, & Augerius.ſuprà adlegem fal.

¶ Et quantum ad propoſitum noſtrum hîc, † ꝙ actus hîc expreſsi non recipiunt diem neque conditionem: hoc intelligitur in conditionibus quæ in facto conſiſtunt: ſecus ſi in iure: quia valet aditio hæreditatis ſi quis dicat adeo hæreditatem, ſi poſſum de iure.vt not. Bal.in.l.potuit. in.viij.q.C.de iure delibe.

¶ Secundò hoc limitatur, quando conditio reſpicit ſubſtantiam actus: ſecus verò ſi reſpicit executionem:quia † talis cõditio etiam expreſſam non vitiaret.l.muto.§.ſub conditione.ꝟ. de tutel. prout illum tex. declarat Bar.in.l.j.col.j.ver.ij.de condi.& demonſt. facit quod not.Bart. de conditione quæ reſpicit executionem in.l. item quia.ꝟ.de pact.in.l. ita demum.ꝟ.de arbi.cum ſimi.vt dixi in.c.ij.de reſcrip.

¶ Tertiò hoc limitatur † non habere locum in conditione tacita, quæ ex natura actus intelligitur: vt tex.hîc dicit de acceptilatione facta de debito conditionali:quia tacitè intelligitur ſi conditio obligationis purificata ſit.& hoc eſt quod Bald. dicit in.l.ſi quis à certo. in verſi.opponitur quòd acceptilatio.ꝟ.de condit.ob cauſam.dum inquit quòd actus de quibus hîc dicitur,non recipiunt conditiones extrinſecas:ſecus eſt in intrinſecis & legalibus. & idem Bald.in.l.iij.de leg.j. vbi eodem modo diſtinguit inter conditionem extrinſecam & intrinſecam. & idem Bal. in.l.cũ iudex.C.de ſenten.poſt glo.ibi: † vbi loquitur in ſententia,quæ non poteſt fieri ſub conditione extrinſeca.l.ij.§.biduum.quando appel. ſit.Secus eſt in intrinſeca,quæ reſpicit ipſum negotium. & idem no.Bar. in.l.à diuo Pio.§.in venditione.in princ.de re iudic. cum ſimi.vt tradit ibi Alexan.col.v.in verſi.quarta ſolutio.& idem Roma.in conſi.cccccj. vt declaratione.colum.ij.

¶ Et eſt aduertendum ad illud, quod hîc dicitur quòd iſta tacita conditio vitiaret,ſi expreſſa ſit: quia cum exprimarur illud quod tacitè intelligebatur,expreſsio non deberet vitiare: † quia expreſsio eius quod tacitè ineſt,nihil operatur.l.iij.de leg.j.Bal. ibi opponit de iſto tex. & reſpondet quòd hîc expreſsio continet vitium formæ:ideo per expreſsionem actus,vitiatur: quaſi velit quòd in actibus hîc expreſsis ſit datum pro forma quòd conditio non exprimatur. & idem dicunt Imo.ibi, &

Moder

Moder.& idem not.Barto.in.l.in diem.in fine.ſ. de acceptila.vbi dicit quòd eſt peccatũ in forma,quando in acceptilatione apponitur dies vel cõditio:& in iſto caſu ex quo expreſsio vitiat,non eſt par virtus taciti & expreſsi: vt no.Alex. in conſi.lix.attentis verbis.col.pen.lib.iij.

¶ Vltimò quæritur † an quod dicitur hîc de conditione in iſtis actibus, intelligatur etiam de conditione de præſenti vel de præterito.Ioan. Fabri.in.§.conditiones.inſtitu. de verb.oblig. videtur tenere,quòd in talibus conditionibus non habeat locum iſte text.& ad hoc facit: quia cum iſti caſus ſint ſpeciales & contra regulam: vt.ſ. declaratum fuit, ſtrictè intelligi debent. Et ideo in conditione propria, intelliguntur,quæ eſt de futuro & ſuſpendit:ſecus videtur in conditione de præterito vel præſenti,quæ non dicitur propriè conditio.vt not.per glo.l. ſi ſic. §.j. in verbo demonſtrationum. de leg.j. facit tex.in.l.itaque.ſ.ſi cer. pet. in.l. cum in ſecundo.ſ. de iniuſto rupt. & in.l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam.de verb.oblig.

¶ Et ideo † valet collatio beneficij, facta ſub conditione ſi vacat.vt no. per glo.in.c.ij. de elect. in.vj. & per Bal. in.l.penul.circa fin.C.de ſenten. quæ ſine certa quantitate. & facit quod not. Barto. in.l. cum propter.de leg. præſtan. cum ſimi.vt tradit Alexan.in.l. iudex poſtquam. in fin.de re iudi.& plenius Roma.in conſilio.cccccj.ſ.alleg.& latiſsimè Feli.in.c.cum contingat.de offic.deleg.

¶ Sed tamen his & ſimilibus non obſtantibus,contrarium de iure arbitror, † quòd etiam conditio de præſenti vel præterito in caſibus hîc expreſsis,apponi non poſsit. & moueor per iſtum tex.vbi etiam conditio quæ intrinſeca ſit de natura actus, exprimi non poteſt. vt patet hîc in acceptilatione in qua tacita conditio intelligitur: quæ tamen exprimi non poteſt,quia eſt datum pro forma quòd iſti actus fieri debent pure & abſque conditione:& ideo hîc expreſsio eius quod tacitè intelligitur vitiat. Secus eſt in alijs caſibus hîc non expreſsis: vt.ſ.dictum fuit.& ad hoc facit text.in.l. eum qui.§.fin.ſ. de acquir.hæred. & glo.ibi quæ relata ad tex.extendit regulam vt habeat locum in conditione de præſenti.Non obſtant alleg.ſ.in cõtrarium,& primò dum dicitur,ꝙ † conditio de præſenti vel de præterito non eſt propriè conditio,quia verum eſt,quantum ad effectum ſuſpenſionis:tamen in ſui apparentia eſt conditio quæ primo aſpectu non habet certiudinem : quia opus eſt inquirere & inueſtigare de veritate conditionis.& iſta ratione gl.& doc.communiter in.d.c.ij. de elect.in.vj. tenent non valere electionem factam

A ¶ Barto. Adde Abb. in regula sequenti. Abb. in. c. ex tenore. de rescript. & ibi Moder. & quot modis committatur: vide docto. in. c. quanto. de priuileg. Philip. Franc. in reg. certũ. de re iud. lib. vj. Abb. consi. lxx. ij. col. incumbit onus probandi alleganti. l. quoties. & ibi. §. qui dolum. & ibi doct. suprà de probati. qualiter probetur, vide Philip. Franc. in. c. si te. de renuntiatione. libr. vj. & Iason in. l. titia. §. idẽ respõdit. lo primo. j. col. de verb. oblig. & per Iaso. in §. item si quis. insti. de actio. iij. col. et quando non probatur quãdo præsumatur. in co. viij. in prin. & adde quòd vbicunque fraus allegatͬ, potest adiri iudex ecclesiastic⁹, quãdo agitͬ de causa pauperũ vel miserabilium personarũ. ita Ancha. in regula. ea quæ. xix. col. in medio. de re iudi. lib. vj. & aperit etiam viam petendæ restitu. post quadriennium. ita Ancha. in. c. ecclesia. de restit. in integ. eod. lib. in. j. col. & in fin. Hierony. Chuchalon.

etiã sub cõditione de præsenti si vacat: quia data est forma ꝙ isti actus debeãt purè & simpliciter fieri. Nõ obst. ꝙ valet sentẽtia sub cõditiõe intrinseca etiã si expressa sit: quia nõ est sentẽtia de actib⁹ hîc enumeratis: & licet ꝑ alia iura ꝓhibeatur sentẽtia ferri sub cõditione: illa ꝓhibitio nõ est ita stricta: quia licet prohibeatur sentẽtia ferri sub conditione, lata tamen valet. l. ij. §. biduum. ꝭ. quando appel. sit. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Fraus quando propriè dicatur?
2 Dolus ꝙ à fraude differat tanquam genus ab specie.
3 Malęfidei possessor ꝙ nedum de perceptis, sed de his qui percipi potuerunt teneatur.
4 Malæfidei possessor si titulũ habet, nõ tenetͬ de percipiẽdis.

REGVLA LXXVIII. PAPI.

GENERALITER *cum de fraude disputatur: non quid habeat actor: sed quid per aduersarium habere non potuerit: considerandum est.*

IBI de fraude disputatur. Nã † fraus propriè dicitur, qñ ꝓmissum simulatũ & reuera prohibitũ agitur: vt no. Bal. in tit. si de feu. fue. cõtrouer. inter dom. & agna. in. §. bñficiũ. in prin. vbi ad hoc alle. Ioã. mona. in. c. auaritiæ. de elec. in. vj. facit tex. in. l. fraus. ꝭ. de leg. in. l. in fraudẽ. ꝭ. de his quæ in frau. cre. Et fraudẽ dicitur cõmittere ille, qui ad exceptionẽ alterius & ad sui cõmodũ, aut verũ tacet: aut falsum exprimit: ita Abb. dicit in cõsi. lxviij. videtur primò dictũ magistrũ. col. j. Alle. no. in. l. iurisgentiũ. §. dolo malo. &. §. sed si fraudandi. ꝭ. de pac.

¶ Et fraus propriè dicitur, contra fidem: secundum Bal. in. l. quæ fortuitis. colum. ij. in versi. pręmitte ad euidentiam. C. de pign. actio. Et differt † dolus à fraude: tanquàm genus à specie. vt not. per glo. & Barto.[a] & doct. in

dicta

dicta.l.iurisgentium.§.sed si fraudandi.vbi Alexan.tradit.Corne.in consi.clxxxj.visa copia.colum.iij.lib.iij.de quo dixi in.c. ex tenore. in. iiij. nota. de rescript. Cum ergo de fraude disputatur,considerandum est:non quod habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit,vt in regula hîc dicitur.

¶Et sensus est, quòd non debet considerari quid actor fraudatus habeat: quia nihil habet quod ipse posideret, sed illud quod per aduersarium habere non potuit: hoc est illud quod percipere potuisset actor, si rem habuisset. Et sic in effectu ille qui ratione fraudis conuenitur & de fructibus quos actor percipere potuisset, tenetur. l. ait prætor.§. hanc actionem.ẜ. de his quæ in fraud. credit. & idem est secundum gloss. hîc † in malæfidei possessore [a] qui non solum de fructibus perceptis, sed etiam de his quæ percipi potuerunt tenetur.l. si nauis.§. fin.ẜ. de rei vendi. cum simi. alleg.in gloss.ad idem text. in.l.domum. C. de rei vendi.in.l.j. C.de petit.hæredit. & facit text. in. l.apud Iulianum.§.j. de lega.j. ibi: quos legatarius percipere potuit.

¶Et aduertẽdũ est, quia hîc videtur ꝙ teneatur de percipiendis ab actore ibi:habeat actor. & in.d.l.si nauis.§.fi. ibi:an petitor.& in.d.l. apud Iul.§.j.ibi:quos legatarius percipere potuit.& in.l.sed & partꝰ.ẜ.quod met.cau.ibi: nõ solũ qui pcepti sunt,verũ si plus ego percipere potui.

¶Sed cõtrariũ videtur probare tex.in.l.domũ.C.de rei vendi.vbi cõsideratur quantũ reus,& ipse possessor malæfidei percipere potuit.Pet.& vltramõ.in.d.l. domũ.dicũt ꝙ malęfidei possessor tenetur ante morã de illis quos ipse reus percipere potuit.d.l.domũ.Sed post morã,tenetur de percipẽdis ab actore. Bar.ibi hoc reprehẽdit:quia malæfidei possessor semper est in mora: vt not.in.l.j.C. quod metus cau.in.l.merito.ẜ. de vi & vi arma. Sed replicare potest illud esse verum, respectu interitus. Sed non respectu fructuum percipiendorum de quibus agitur:in quibus congruum est, quod post moram sit magis grauatus, ita vt dicamus quòd post moram teneatur si

A ¶Possessore. Vide doctores in.§.si quis à non domino. institu. de rerũ diuisio. & in.l. si fundum. C. de rei vendic. Ioan.Imo.in.l. apud Iulianũ. hîc allega. & ibi Iaso.

actor plures percipere potuisset, quàm ipse reus.

¶ Bar. tamen in. d.l. domum. aliter concludit dicens ꝙ aut quis vult se referre ad id quod ex singulari industria percipi potuisset: & tunc cõsideratur persona actoris & non rei. Quia si reus potuisset plus percipere ex eius singulari industria, ille non esset ex re, sed sua negotiatione. l.ij.§.j.s̃.ad legẽ falcid.& non esset restringendum.

¶ Si verò quis vult se referre ad illud quod communiter percipi potuisset, tunc siue dicas quantum percipi potest per reum, siue per actorem, idem est ex quo relatio fit ad illud quod communi æstimatione percipi potest quod & ista opinio Bar. magis communiter approbatur: vt Alex. dicit in.d.l.apud Iulia.§.j.

¶ Sed tamen cõsiderandum est, quia primum dictum de singularitater non videtur verũ: quia non attenditur singulare interesse actoris.l.pretia rerum.s̃.ad legem falci. l.si seruũ.s̃.ad legẽ aquil.l.furti.in prin. de fur. Secundũ dictũ Bar. videtur bene procedere, quia si habetur relatio ad cõmunẽ æstimationẽ: nõ videtur ꝙ attendatur persona actoris vel rei ¶ Et quod dictũ est de cõmuni æstimatione, limitatur dupliciter. Primò in possessore qui haberet causam à domino: quia tunc persona possessoris attenditur.l.ij.vbi Bal.per illum tex.C.de pign.acti.

¶ Secundò limitatur: vt not.Bart. in.l.ij.C.de fur.& lit. expen.& tradit Alex.in.d.l.apud Iulianum.§.j.

¶ Et regula nostra hic limitatur secundum glo. hîc † nisi malæfidei possessor haberet titulum: quia tunc nõ tenetur de fructibus percipiendis: de quo vidẽdum est in.l. si fudum.C.de rei vendi.

A ¶ Fraus, à ferendo venit, & est deceptio q̃ alicui infert.& dicit Alcia. i.l. aliud est fraus. ff. de verb.sig. eam proprìe dici etiam si consiliũ decipiẽdi absuerit. & in eo differre à dolo qui alterius circumueniẽdi causa nat.& tã consiliũ ꝙ euẽtum etiam sub fraude comprehendi, patet ex eo ꝙ aduersus cõsultorẽ fraudulẽtum datur de dolo actio. vt.ff.de dolo.ꝑ totum. Petrus Coruesius.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Fraudẽ dupliciter cõsiderari ex ꝓposito scilicet & intẽtione.
2 Ex enormi læsione quæ apparet, re ipsa dolum præsumi.
3 Renuntiationẽ nõ valere si dolo facta sit qũo intelligatur?

REGVLA LXXIX. PAPI.

FRAVDIS a *interpretatio, semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat: sed cõsilio quoq; desideratur.*

Et sic

ET SIC † fraus cōſideratur dupliciter:ex propoſito & intentione. ¶ Et re ipſa,idē colligitur in.l. ait prætor. §.ita demū.ſ̄.de his quæ in frau.credi.& in.l.ij.C.de ſer. pig.dato manumiſſo. Sic etiam in dolo, dicitur dolus ex propoſito.l.j.§.j.ſ̄. de dolo.& re ipſa.l. ſi quis cū aliter. de verb.obli. Propriè tamē re ipſa tantū non dicitur dolus.vt not.per glo.in.d.l.ſi quis cum aliter.in ver.dolum habet.Et idem videtur in fraude,vt propriè non dicatur fraus re ipſa abſque propoſito.Et ideo hîc in regula copulatiuè requiritur,ꝙ fraus fieri dicatur ex cōſilio & euentu:in iuribus.ſ̄.alleg.& in.§.in fraudē.inſtit.ex quib.cau. ma.non licet.& in.l.in fraudē.in ſi.ff. qui & à quibus.

¶ Quandoque etiam ſufficit quòd fraus re ipſa committatur:vt in.l.fin.C.de his qui à non domino.& in.l.j.§.j. ſ̄.ſi quid in frand.patro.& per glo.hîc.

¶ † Et adde ꝙ ex enormi læſione quæ apparet,re ipſa dolus præſumitur:vt no.Bar.in.l.ſi. ſ̄.de præt.ſtip. cū ſimi. vt tradit Alex.in.l.ſi ſuperſtite.C. de dolo. & idem Ro. in cōſi.liiij.viſis.col.ſi.in cōſi.xc.viſo themate.in ſi.And. ſicu.in cōſi.xlij.col.vij.lib.j.& Pet.de anc.in cōſi.xxxviij. pro clariori.vbi cōcludit ꝙ.c.quāuis de pact.dum ibi dicitur † non valere renuntiationē ſi dolo facta ſit,intelligitur de dolo etiā re ipſa tātū.aliter tñ in hoc tenet Alex. in conſi. xlij.ſup præmiſſo.col.j. lib.j.de quo latè dixi in conſi.clxxx.vbi videndum.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Si leges ſunt generales, illa quæ eſt minus generalis, pro ſpecie reputatur.
2 Indiuidua,ſpeciebus derogant.
3 Vocabulum æquiuocum,quando pro ſpecie ponatur.
4 Legem magis ſpecialem videri,in qua maior vtilitas ſit.
5 Specialis regula magis reputatur,quæ perſonas reſpicit quàm quæ caſus.
6 Qualitas quæ paucioribus competit,facit diſpoſitionem magis ſpecialem.
7 Generi per ſpeciem derogare, quòd tam in legibus quàm ſtatutis locum habeat.
8 Priuilegium datum alicui, non tolli per contrariam legem generalem.

A ¶ Derogare idem est quod detrahere, vt per Modesti. in l. derogatur. ff. de verb. sig. derogatur igitur per speciem generi, in toto iure quādo in vim seu effectum specialis concessionis aut priuilegij a generalibus aliqua ex parte deceditur: cuiusmodi exempla multa sunt in toto iure: quæ hîc non conueniunt. Petrus Coruesius.

B ¶ Directū est. Habetur etiam in. c. studuisti. de offi. leg. vbi per doc. præmaximè Barb. habetur etiam in. c. j. de rescrip. vbi latè doc. de rescrip. & adde vnum sing. verbū Io. de ana. in. c. excōicamus. §. fi. de hære. vbi dicit q̄ licet sit verū q̄ specialis cōmissio deroget generali per nostrā regulā: est verū nisi generalis sit priuilegiata: qa tunc nō nisi specialis fieret mētio: per tex. in. c. veniēs. de præscri. & vide Iaso. in materia iurisdictionis qñ specialis deroget gñali in l. quod in rerū. §. si qs pōt. de lega. j. Hiero. Chuch.

9 Specialia generalibus derogant tam in dispositione hominis, quàm legis.
10 Per speciem generi derogatur in eadem lege: secus in diuersis.
11 Quòd prædicta locum habeant in contractibus. item in vltimis voluntatibus. nu. 12.
13 Idem in legatis & in laudo. nu. 14.
15 In rescriptis seu mandatis, species generi derogat.
16 Secundum priuilegium speciale, non derogat primo generali seu speciali.

REGVLA LXXX. PAPINIA.

IN TOTO *iure generi per speciem derogatur*[a]*: & illud potißimū habetur, quod ad speciem directū est.*[b]

EADEM regula habetur in reg. generi. eo. ti. in. vj. ad declaratio. huius reg. præmittendum est, † quòd si leges sint generales, illa quæ est minus gñalis ꝓ specie reputatur: vt not. Bar.[c] in l. j. §. hoc edictum. col. pe. C. de ope. no. nuntia. & idem dicit Dy. in. d. regu. generi. col. ij. Et si leges sint speciales, illa quæ sit specialior attēditur: † quia indiuidua derogant speciei: vt not. Bald. in l. hac consultissima. col. j. C. qui testa. fa. pos. & in l. executorem. col. vj. versi. & redeo ad materiam propriam. C. de executio. rei iudi. vbi inquit, quòd paruum genus magno generi derogat: & indiuiduum derogat vtriq;: & si duo habent se tanquā excedentia & excessa, illud loco speciei habetur quod minus excedit: vt no. Cor. in consil. lxxiij. quāuis videatur allegare Bar. in. d. l. j. de ope. no. nuntia. & in trac. ad repri. in ver. non obstantibus. † Et quando vocabulum se habet ad genus & ad speciem, & post genus sequitur species, ne illa additio specierū superflua sit: & vt copula ponatur inter diuersa: ratio suadet q̄ vocabulum æquiuocū ponatur pro specie: vt Corneus inquit in consi. ccxxix. licet claram. col. iij. in fi. lib. iiij.

¶ † Et illa lex videtur magis specialis, in qua sit euidētior, & maior vtilitas. & ista videtur benignior interpretatio. vt not.

C ¶ Bart. vbi vide Alexand. & Iason. fi. col. vbi etiā ponit quando sumus ĩ dubio quę lex erit specialis, & dicit q̄ illa quę est magis fauorabilis.

vt not.Bart.in trac.ad repri.in ver.non obstantibus.col.ij. Et illa est specialior, in qua maior est ratio specialitatis: vt no.Bald.in.d.l.hac consultissima.col.j.

¶ †Et magis specialis regula reputatur illa, quæ respicit personas quàm illa quæ respicit casus: vt in not.q.tradit Bal.in l.j.in.iij.q.ff.de offi.consu.& ibi alleg.Bar.in loco.ff.alleg.& idem Bald.in l.j.§.vbi autem.col.ij.ver.ex hoc habes.C.de cadu.tol.

¶ †Et illa qualitas quæ paucioribus competit, facit dispositioné magis specialem: & illa quæ pluribus potest competere, facit dispositionem magis generalem: vt not.Bal.in.d.l.executorem.in loco.ff.alleg.& de prædictis no.Imo. in l.gallus.in.§.ille casus.col.fi.de libe.& posth. Alex.in l.Titiæ textores.de leg.j.Pau.de cast.in l.non est nouũ.col.fi.ff.de legi.& Moder.in l.si Ruffinus.C.de testa.mili.& dixi in consi.iij.vbi videndum est.

¶ His præmissis vt in materia huius regulæ distinctè procedamus.

¶ Primò videndũ est, an & quando habeat locũ in legibus & in statutis.

¶ Secundò, an in contractibus.

¶ Tertiò, in vltimis voluntatibus.

¶ Quartò, in rescriptis & mandatis.cum simi.

¶ Circa primum in legibus probatur in l.sanctio legum.ff.de pœnis.& tex.dum hîc inquit in toto iure.& no.per gl.in reg. generi. eo. tit. in vj.& no.Ang.in consi.clx.pro decisione quæsitorũ.col.j.Fulg.in consi.ccxv.in primo propositæ.in prin. Et idem in statutis, regula ista habet locum: vt no.Bar.in l.sed & posteriores.ff.de legi.in l. quæsitũ.§.si quis fundum.col.iij.ver. hoc induco ad quæstionem de fundo in serui.& in consi.centesimo à domino Cyn. in tertio dubio. Ang.& Fulg.in consil.suprà proxi.alleg.

¶ Et not.Bald.Imo.& Alex.in l.cohæredi.§.qui patrem.de vulg.& pupil.& in pulchra quæstione tradit Ang.in l. si quis ab alio. in fi. suprà de calum.& cum prædictis concordat Fulg. in consi. cxxxvj.in causa.& facit quod de statuto not.Bar.in l.Lucius.in fi.ff.ad Turpil. cum si.vt tradit Alex.in l.talis scriptura.col.fi.de lega.j.

¶ †Et ista conclusio tam in legibus quàm in statutis ampliatur, siue species præcedat genus siue sequatur: vt not.Bar.in l.quæsitũ.§. si quis fundum.& Fulg.in consi.præalleg.ccxv. & ad hoc facit tex.in l. si ita fuero stipulatus.ff.de noua.vbi paria sunt siue stipulatio sequatur numerationem, siue præcedat.facit tex.in l.iij.C.de ædil.act.in l.petens.C.de pac.

Et quando genus præcedit, clarum hoc videtur vt verba regulæ ſonant hîc,& in dicta regula generi per ſpeciẽ derogatur. Idem tamen eſt quando ſpecies præcedit. ad hoc facit quod not. per glo. in l. ſciendum. ſ. qui ſatiſda. cog. quæ tenet quòd diſpoſitio authen. offeratur, quæ eſt generalis, limitetur non habere locum in caſu ſpeciali. d. l. ſciendum quæ præcedit. ad idem eſt glo. in. §. ſed hodie. inſti. de ſatiſda. in. §. ſuſcepto. in authen. de exhi. reis. & in. d. authen. offeratur. C. de lit. conteſt. & dicit Bar. in. d. l. ſciendum. hoc eſſe notabile pro reformatoribus ſtatutorum. Et ampliatur ſecundum Bart. ibi etiam ſi dicatur non obſtantibus legibus in contrarium: vt not. per glo. in authen. de hæred. quæ ab inte. in prin. in ver. vacantibus. & not. idem Bar. in. d. ver. non obſtantibus. & cum his concordat Fulg. in. d. conſi. ccxv. in prin. Roma. in conſi. xl. viſis. col. ij. in conſi. lvij. in cauſa vertente. & in cõſi. cccxxij. in caſu propoſitæ. Abb. in conſi. lj. videtur primo. col. ij. lib. vj. & Alexan. in conſi. lxxx. viſo. col. iij. lib. j. Et ad prædicta facit glo. no. in l. decurionibus. C. de ſilen. li. xij. quæ in ver. decurionibus. concludit, † quòd priuilegium datum alicui non tollitur per legem generalem in contrarium cum ſimilibus. vt Feli. [a] ſcribit in. c. j. col. ix. de reſcrip. & in. c. ſicut. de hæred. & bene facit tex. in l. ſi adulterium. §. liberto. C. de adul. Et prædicta omnia procedunt, niſi conſtaret de mente legis generalis quòd voluerit ſpeciei derogare: vt not. Imo. in l. ſi verò. §. de viro. col. vj. ſ. ſolu. mat. per. c. contra chriſtianos. de hære. in. vj. & ſequitur Alex. in. d. l. ſciendũ. & cõſtare videtur de mẽte legis generalis, ſi in lege generali dicatur non obſtante aliqua lege quæ generaliter vel ſpecialiter contradiceret: vt not. Bart. in. d. ver. non obſtantibus. cum ſimi. vt tradit Alex. in. d. l. ſciendum.

A ¶ Feli. Quẽ vide in. iij. col. ver. valet. & in v. verſi. priuilegium. & in. ix. ver. ij. &c. & Barb. col. xxij.

¶ Secundò † ampliatur dicta concluſio, etiam ſi vnum ſit ex legali, alterum ex hominis diſpoſitione: quia tamen ſpecialia generalibus derogant. vt not. Bald. in l. ſi quis prioris. §. certum. de ſecund. nupt. per authen. nunc autem. eod. titu. 9

¶ † Et prædicta regula limitatur procedere, in eadem lege: ſecus eſt in diuerſis legibus: quia tunc generi per ſpeciem non derogatur: vt no. Bar. poſt Cyn. quem ibi refert in l. j. §. hoc autem edictum. col. fi. de ope. no. nun. & in. d. l. ſanctio legum. col. j. & in. d. l. quæſitum. §. ſi quis fundum. & idem not. Bald. in conſil. clv. duo ſunt ſtatuta. in fi. lib. iij. vbi inquit, quòd diſpoſitio generalis, non reſtringatur per ſpecialem in diuerſis legibus, 10

gibus.alle.Bar.in.d.l.sanctio legum.& idem tradit Ang. in consi.ccxiiij.primò est videndũ.& Ro.in consi.cccviij. pro habẽda.& in consi.cccxxij.in casu propositæ.in prin. Bartholo.veroneñ.in consi.xiiij.pro declaratione.col.ij. Alexan.in consi.xiij.visis.col.fi.lib.ij. & latè Ang. in consilio.ccclv.q j.col.ij.

¶ Et ista limitatio sanè intelligitur, quando lex generalis & specialis non contradicunt: quia diuersimodè loquuntur: secus verò si species contraria sit generi: quia tũc semper species derogat generi. vt patet in omnibus regulis quæ exceptiones patiũtur. ita Bart. dicit in.d.l.j.§.hoc autem edictum. & hoc patet ex eo quod.s̄. dictũ fuit: quòd species quæ præcedit derogat generi quod postea superuenit. vt per glo.in.d.l.sciẽdum.cum simi.s̄.alleg. Ex quibus patet hoc etiam procedere, in diuersis legibus. Item prædicta limitatio habet locum in legibus in quibus correctio debet euitari: secus est in dispositione hominis. vt not.Bar.in l.liberis quos.in prin.ad fi.de ali.& ciba.lega.

¶ Secundò regula.s̄.dicta, non procedit vt genus debeat verificari in vna specie,[a] quia tũc generi per speciem non derogaretur. vt not. Abb.per illum tex.in.c.ex parte.el.j. de offi.dele.Bar.in l.si domino. de leg.j. in l. si hæres. de opt.leg.& in l.quæsitum.§.fi.col.fi.de fun.instru. de quo tamen dicendum est vt dixi in.c.pastoralis.§.quoniam.de rescrip.vbi videndum est.

[a] Specie. Ad. de Barba. in.c. cum esses. de testa.colũ.xxiiij. Iaso. in l.ij. ff. de liber. & posthu.col.ij.post princip.

¶ Secundò † regula ista etiam procedit in contractibus: vt not.Dyn.in.d.reg.generi.alleg.l.stipulationem.§. commodissimè.de verb.oblig.& idem not.Ang.in consi.clx. s̄.alleg.Fulg.in consi.ccxv.s̄. alleg. alleg.l. doli clausula. de verbo.oblig.& not.Bart.in l.sed & si adijciatur.s̄. pro socio. vbi inquit, quòd species restringit genus ex præsumpta voluntate contrahentium.

¶ Tertiò † regula habet locum, in vltimis voluntatibus: hęc patet primò in substitutionibus, in l.cohæredi.§. qui patrem.de vulg. & pupil. & facit tex. in.d.l. cohæredi.§. qui discretas eodẽ titu. Et hoc habet locum in eadem specie substitutionis, secus est in diuersa specie, vt not. Dy.in

d.reg.generi.per.l.fi.§.ad treb.vel fecundum Bart.ibi ex verbis testatoris apparebat, quòd voluit à speciali substitutione recedere. & idem Bart.tenet in.d.l. cohæredi.§. qui patrem.

¶ †Secundò hoc idem patet in legatis[a].l.vxorem.§.felicissimo.de leg.iij.in l.seruus vrbanus.§.si.eo. titu.vbi in legatis loquitur,& dicit quòd semper species derogat generi.& facit tex.in l.alimenta.§.basilicæ.de alimen.& ciba.leg.& istam regulam in legatis tradit glo. in l. quæsitum.§.fi.ff.de fun.instru.

[a] Legatis. Vide Bar.in l.quęsitum.§.fi. hic alle.& ibi Alexan.in addi. & Abb.c. pastoralis.§.qm̃.j.col. & ibi Fel.de rescrip.Ias.in.l.si si quis testa. §. apud iulianum. de lega. j. & in l. re coniuncti. xviij.colũ.post mediũ. de leg. iij.& in l.si tibi homo.§. si testamento.colũ. iiij. de lega.j. Hiero. Chuch.

¶ Et ampliatur ista regula, siue genus præcedat, siue sequatur secundum Dy.in ista regu.generi.per.l.seruo manumisso.de pecu.le.&.§.dictum est.& not.Bald.in consi. clx.verba pactorum.lib.j.Pau.de cast.in consi.clxxxviij. videtur quod prædictis.

¶ Secundò ampliatur etiam si legatum sit inutile.l. legatum.§.j.ff.de adi.leg.in l.iij.§.minor.de fun.instru. not. Bar.in.d.l.quæsitum.§.fi.col.fi.vbi hoc limitatur per.l.fi. §.fi.de auro & arg.lega.vbi etiam Barto.

¶ Et ista regula in legatis procedit, quando vni legatur totum genus,& alteri species eodem respectu: secus si diuersis respectibus: vt quia vni legatur genus, respectu vsusfructus, alteri species respectu proprietatis: quia tũc species non derogat generi,sed cõcurrunt.l.si alij.§. Sempronius.§.fi.l.Sempronio. in principio. de vsufruc. lega. vbi Barto.& idem Barto.in l.si quis seruũ.§.fi.versi.quæro quando legatur.de leg.ij. & quæ not.Bal.in l.quoties. l.fi.C.fami.erciscun.

¶ Secũdò dicta regula procedit in legatis,quãdo vni legatur genus,alteri species:secus verò si eidẽ genus & species legata sit:quia tunc species non derogat generi in dubio: quia species videntur expresse gratia tollendæ dubitationis.l.quæsitum.§.item si fundum.de fun.instru.Et per illum tex.ita dicit Dyn.in.d. reg. generi.dicens: quòd ille tex.videtur loqui in dubio. ad idem tex. in l.si mancipia. in prin.eod.tit. de fun.instru.

¶ Et sic videtur, quòd in dubio species causa demonstrationis

tionis & tollendæ dubitationis exprimatur.& hoc in no. q.tradit Barto.in l.Centurio.col.xj.in ver. Sed quid si di xi. de vulg. & pup. dum ibi concludit,quòd verbum impuberi videtur expressum causa demonstrationis.& facit quod no.Bart.in l.pater.§. mense.ver.quid si testator.de leg.ij.& in pulchra.q.tradit Pau. de cast.in consi.liij.quia exceptiones quæ opponũtur.col.ij.ver.restat nũc respondere.Et hoc quod dictum est quòd in dubio species exprimatur gratia dubitationis tollendæ,procedit quando species quæ exprimuntur,respiciunt actum legandi.d.l.quæsitum.§.Neratius,dum ibi dicitur quod legauit fundum cum supellectili. illa enim verba cum supellectili. exprimendo species,respiciunt verbum legauit & sic actum legandi.Secus si enumeratio specierum respiciat genus, seu verbum significatiuum generis:quia tunc enumeratio specierum, videtur facta causa determinationis, & legatum restringitur.l.cum delanionis.§.quidam.de fun.instr.vbi testator legauit villam prout ipse posside bat: illa verba prout ipse possidebat.faciunt genus & illud genus respiciunt species nominatæ ibi dum dicitur quòd ipse possidebat cum supellectili mensis mancipijsq; &c. & ita dicit Bar.in.d.l.quæsitum.§.fi.vbi latius prosequitur materiã. Et dicta Bart.reassumit Abb.in.c.sedes.de rescrip.

A ¶ Rescriptis. Quando in rescriptis & priuilegijs species deroget generi: vide eundem Do. Phil. in consil. xiiij. colũ. iij. incipi. & pro tenui facultate mea. &c.

¶ Et prædicta faciunt,quando species exprimuntur. Sed qñ indiuidua exprimuntur: vt quia testator legauit vni marmor:& duas statuas marmoreas:aliæ statuæ nõvidẽtur legatæ.l.hæres meus.§.j.de leg.iij.l.cũ delanionis.§. cui fundum.de fundo instru.l.j.§. idem si duæ statuæ.ff. de auro & argẽ.leg.no. Dy.in.d.reg.generi.& Bar.in.d. l.quæsitum.§.fi.col.fi.

¶ †Et supradicta regula etiam procedit in laudo: in quo generi per speciem derogatur:vt not.Ang.in consi.ccclv. quæstio predicta.Fulg.in consi.cxvij.Ioannes quondam. col.penul.& in consi.clxxx.viso processu.col.ij.

¶ Eodem modo†in rescriptis[a] seu mandatis,species derogat generi. c.j.de rescriptis.c. studuisti. de offici. de leg.& not.per gl.in.d.regula,generi.& in.c.pastoralis.§. quo

quoniam.de reſcript.declarando vt dixi poſt Abb.in.d.c.j.de reſcrip.

¶ Secus eſt in priuilegijs: † quia ſecūdum priuilegium ſpeciale,non derogat primo generali ſiue ſpeciali : vt not. per glo.in.d.reg.generi. per c.veniens.de reſcrip.glo.& Abb.poſt alios in.d.c.j. de reſcrip. & tradit Pet.de ancha.in conſi.clx.viſo.col.iij.Aret.in conſi.lxxvj.diligenter viſis.col.ij.& dixi in.d.c.j.de reſcriptis.

¶ Similiter in mandato fiſcali,ſpeciale mandatum non derogat ſpeciali l.quoniam Augerio. C.de conuen.fiſci debi.lib.x.& not.Bald.in.l.ij.C. quando fiſcus vel priua.

¶ Eodem modo in mandato iuriſditionis, mandatum ſpeciale non derogat generali:vt not.Barto.in l.j.per illum text.ſuprà de offi.præfect. vrb.facit text.in.d.l.fina.C.de iuriſdi.om.iud.& in.c. per hoc. de hære. cum ſimi.vt tradit Roma.in conſilio.ccciij.præſens conſultatio. & latè Mod.in.c.paſtoralis.de offi.ordi.& dixi in.c.cæterum.de iudicijs.Et ex ſuprà dictis infertur ad quæſtionem quam ponit Bald.poſt Dyn. in l.talis ſcriptura.de leg.j.vbi Aret.col.fina.Et ad aliam.q. vt per Barto. in l. ab hoſtibus.cum ſimi.vt tradit ibi Alexan. in prin. ff. ſol. mat. Et aliam ponit Pau.de caſt.in conſil. clxxxviij.videtur quòd prædictus.Et aliam ponit Bar.& Imo.in l.doli cauſula.de verbo.oblig.Barto.& Bald. in l.ſi conſul.ff.de adop.& Bar.in.d.l.quæſitum.§.fi.Imo.in l.cohæredi.§.qui patrem.de vulg.& pupil.Et hæc ſatis ſint pro aliquali notitia:quia profunda eſt materia & in alto pelago agitatur.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **Dicta ad tollendam dubitationem,non nocent.**
2 **In teſtamentis,abundans cautella non nocet.**
3 **Clauſulæ inſolitæ,ſuſpicionem fraudis inducunt.**
4 **Pactum inſolitum,facit præſumi contractum vſurarium.**
5 **Limita prædicta, niſi quod cauſa tollendæ dubitationis exprimitur ſit vitioſum.**
6 **Non valet ſtatutum,quod credatur teſtibus qui malam rationem adducunt.**
7 **Iudex ratione arbitrij, teſti credere non poteſt, malam rationem adducenti.**

REGVLA LXXXI. PAPINIANVS.

QVAE DVBITATIONIS *tollendæ cauſa contractibus inſeruntur: ius commune non lædunt.*

NOTA † quòd dicta ad tollendam dubitationem,non nocent.ad idem tex.in l.qui mutuam.ſ.manda.in l.quæ extrinſecus.de ver.oblig. & facit tex.in l.ſi pupilli.§.j.ſ.de neg.geſt.

Et iſto

¶ Et isto casu, verba prolata ad tollendum dubitationem tolerantur. licet superflua sint: vt nota. Abb. in. c. solite. in gloss. tanquam. in fin. de maio. & obe. & satis operantur: quia tollunt dubitationem. vt idem Abb. dicit in c. certificari. col. penul. de sepul. & Domi. in. c. si papa. de priui. in. vj.

¶ Et quandoq; ad tollēdam dubitationem, fit inculcatio verborum quæ attenditur: vt not. per glo in l. certi condictio. in priu. in glo. ij. si cer. pet. Et tradit Spec. in titu. de procurato. in. §. hoc autem. ver. Sed oppo. de illa clausula fecit, & constituit, & creauit, suum procuratorē &c. & facit not. Abb. in. q. stante statuto. char. fi. col. ij. & ad tex. hîc facit regula quę habetur inferius. in l. non solent.

¶ Et quod dicitur hîc in contractibus, idem est in vltimis voluntatibus. l. testamētum. C. de testa. † vbi in testamento dicitur, quòd abundans cautela non nocet. Et in legatis, expressio specierum quæ sub genere comprehenduntur: quandoque nihil operantur. l. quæsitum. §. penul. de fundo instru. l. legata. in princip. de supel. leg. Et tali casu dicitur quòd non mutat substantiam veritatis non necessaria verborum multiplicatio. in l. periculis. §. Labeo. de aur. & arg. le. & dicunt Hosti. Ioan. and. & Ant. de but. ibi. in. ij. oppo. in. c. nimis. el. j. de exces. præla. quòd verba non possunt nimis specificari, ad tollendam sophisticam interpretationem. & ad idem facit text. in l. fi. vbi Bart. C. de prædijs dot. lib. xj.

¶ Et regula ista procedit, nisi illud quod dicitur causa tollendæ dubitatiōis esset insolitū: qa suspitionē inducit: vt no. p gl. in l. si quis sub cōdi. ff. de cōdi. insti. & Bal. ibi no. illam gl. quod † clausulæ insolitæ suspitionē[a] fraudis inducunt. & idē not. Bal. in. d. l. testamentum. cum simi. vt tradunt Moderni ibi, & prius Feli. in. c. ij. col. ij. de rescri. & adde Bald. in. c. j. de feudo dato inuicem. l. cōmissoriæ. col. ij. vbi inquit † q pactum insolitū, facit præsumi cōtractum vsurariū. & no. Pet. de ancha. in consi. clviij. si prædicta sentētia. col. fi. in ver. accidit prædictis. dicēs: licet soleat dici, quòd abūdans cautela nō nocet. d. l. testm̄. tn̄ in personis

A ¶ Suspitionem. Intantū q si opponatur in rescriptis principū etiā si dicatur motu ꝓprio papæ sint apposita inualidant rescriptū. Ita Ias. in l. j. §. j. in. j. col. suprà si quis dicē. refert Bal. q hoc tenet in l. fidei cōmissi. §. si fer uo. suprà de le. iij. & Fran. cur. in cō si. lxxiiij. ante pe. col. ver si. x. reddit nulla &c. vbi multa dicit p duas co. & no. quod si iudex apponat in præcepto pœnam insolitam non tenetur quis cōparere. ita Iaso. vbi suprà. & in d. l. testm̄. vbi cumulat plura. Hiero. Chuch.

personis suspectis puta in vsurarijs, cautelæ adhibitæ arguunt contractum simulatum [a] in fraudem vsurarum. per glo.in. d.l. si quis. & tradit Bart.veron.in tracta. de simula.contractuuum.in.ix.præsump.

¶ Secundò regula ista limitatur, † nisi illud quod causa tollendæ dubitationis exprimitur, sit vitiosum: vt not. Salicetus in.d. l. testamentum. & hoc modo respondet ad contraria allegata ibi in glo. Et hoc confirmatur: quia in sententia, causa non requiritur. c. sicut. de re iudi.

¶ Et tamen si ad tollendum dubitationem, causa exprimatur quæ falsa sit, vitiatur sententia: vt not. per Inno. in.c. in præsentia. de renuncia. sic etiam in libello causa non requiritur: quia libellus generalis procedit, parte non opponente.l.fin. C.de annali excep. Si tamen ad tollendum dubitationem causa exprimatur: & illa inepta sit, libellus vitiatur. vt not.Bart. in.l.edita.col. iij. C.de eden.in.l.j.in.prin.ff.de edendo.

¶ Eodem modo in testibus.nam illis creditur, absque ratione si interrogati non fuerint: vt not.per glo.in.l.solam. C.de testi. vbi Barto. & tamen si testis malam rationem adducit, eius dictum vitiatur [b].adeò † quòd non valet statutum quòd credatur testibus, qui malam rationem adducunt: vt Bald. dicit in. l. non speciali.circa finem. C.de testa.

¶ † Et iudex ratione arbitrij, non potest credere testi malam rationem adducenti: vt not. idem Bal.in.d.l.solam.in.fin. Nam in dictis casibus, quando causa non exprimitur, est præsumptio pro sentẽtia, pro libello, & pro testibus. Sed quando exprimitur mala causa, à præsumptione receditur, & habet locum glo. in clemen. constitutus: in verbo. de nouo. de elect. quæ dicit quòd plus nocet inepta locutio, quàm taciturnitas. & facit regula expressa nocent. infra eodem.

A ¶ Simulatũ. Adde Fran de curte consi.lv. col.v.in fin. & consi.lxvj.col. xviij.in medio & Bar.in cõsi. lxxvj. col.j.in iij.vo. & in cõsi.xvj.col.v.in ij.volu.

B ¶ Vitiatur. Vide Bal.ĩ sua marg. in verb. testes. ℣. xviij. Lanfr.in.c.qm cõtra.de ꝓba. ℣.testes. Alex. in.l.j. suprà de noui ope. nũc. & doc.c.si qñ. de rescrip.

NOTABILIA.

1 Quòd hæc regula locum habeat, in debito ciuili tantum.
2 Donatio quæ fit causa remunerationis, propriè donatio non dicitur.
3 Verba nullo iure cogente, quomodo accipiantur propriè?

Donari

REGVLA LXXXII. PAPI.

DONARI[a] *uidetur, quod nullo iure cogente conceditur.*[b]

IBI nullo iure cogente. Ista regula de plano procedit, quando nec ciuili, nec naturali iure debitum sit. & idem habetur in.l.donari.ff. de dona.& eodem modo habet locum regula, † si tantum ciuiliter debitum sit: quia illa non est potens ad agendum cum effectu: nec ad retinendum: vt not. Ioan.and.& Abb. post alios in rubri.de dona.& idem dicit glo.hîc:quia tali casu tanquam indebitè solutum repetitur. l. si non sortem. §. indebitum.ff. de condi. indebi. Secus si naturaliter debitum sit ex pacto: quia cum talis obligatio sit potens ad retinendum.l. stichum.§.fideiussor accipi.ff.de fideius.ideo videtur solutio debiti,& non donatio.l.hoc iure.§.penul.ff.de dona.Et ita glo. hic dicit:quæ tamen concludit secus esse in obligatione naturali ad antidora,quæ non excludit donationé. Et idem glo. expressè dicit in.l.sed & si lege.§. consuluit.ff.de peti.hæredi.& videtur sequi Barto.in.l.j. col.ij.ff.de don.Abb.tamen in rubr. de don.dicit† quòd donatio quæ fit causa remunerationis,non est vera donatio. allegat Bart.in procemio digestorum. & ipse hoc sequitur : quia donatio propria est illa,ad quam mouetur donans ex liberalitate. l. j.ff. de dona. Et hoc non est in eo, qui est obligatus ad antidora:quia potius videtur soluere debitũ naturæ.ad hoc inducit.l. aquilius.ff.de don.

¶ † Et secundum prædicta dicendum est,quòd illa verba nullo iure cogente.accipiantur propriè prout verba sonant.Tunc videtur quòd etiam obligatio naturalis tantum, non impediret donationem : quia talis obligatio non producit actionem.l.iurisgentium.§.igitur nuda.de pact. & per consequens non cogitur inuitus soluere ille, qui naturaliter obligatur.

¶ Nam obstat tex. qui in contrarium allegatur in. l. hoc iure.§.pen.ff.de dona.quia ibi loquitur in eo qui in veritate numerauit pecuniam seruo: quo casu si restituatur sibi

A ¶ Donari. Adde quod in dubio nõ est præsumenda donatio quãdo pôt capi alius sensus. de quo vide plura dicta per Hipp. sin. lvij. incip.nõ præsumitur.

B ¶ Cõcedit. aliud enim nomen hęc habẽt vbi ius concedendũ mãdat, ita vt quasi debitũ exigi possint. Donatio verò ꝓpriè collatio dicitur, quod ex mera liberalitate fit eo animo vt statim accipiẽtis fiat: vñ dicit Alciat.in l.de quæstione C.de pact. donationis nomẽ ab exequutiõe sumi:nec donationẽ dici quæ futura pollicetur, nisi cũ effectu confirmabitur. Pet. Cor.

ſibi pecunia credita, non dicitur illam ex cauſa donationis recipere: quia recipit quod numerauit : ſecus videtur quando numeratio facta non fuiſſet: quia ex ſola naturali etiam ex pacto, non videtur impediri donatio ex quo talis obligatio non habet neceſsitatem ſoluendi: & verificatur quod dicitur hîc nullo iure cogente: & à fortiori id etiam dicendum in obligatione naturali ad antidora: quæ longè minoris eſt ponderis.

¶ Non obſtat quod dicitur de liberalitate: quia ſatis dicitur exercere liberalitatem ille, qui dat illud quod dare non cogitur prout eſt in naturali obligatione.

¶ Non obſtat. l. Aquilius regulus: quia ibi agitur de mercede præceptoris quæ erat debita & poterat peti. l. j. §. ludi quoque literarij. de varijs & extraor. cogni. & ita dicit glo. in. d. l. Aquilius. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **Amitti non dicitur, quod acquiſitum non fuit.**
2 **Amiſsio quid ſit?**
3 **Inſtrumento legitimationis probari quem nõ eſſe legitimum.**
4 **Impropriè & largo modo amittere rem dicitur, cuius propria non fuit.**

REGVLA LXXXIII. PAPI.

NON VIDETVR *rem amittere, cuius propria non fuit.*

ET amitti † non poteſt, quod acquiſitum non fuit. l. j. §. j. ſ. quibus modis vſusfructus amit.

¶ Et deſijſſe non dicitur, quod non incipit. l. Titio vſuſfructus. de condi. & demonſt. Amiſsio enim eſt † priuatio,[a] quæ præſupponit habitum. l. manumiſsiones. ſ. de iuſti. & iure. l. decem. de verborum obliga. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. & nõ moritur, qui non vixit. xxxij. q. ij. c. quod verò. in. c. ſicut ex tuarum. de homici. cum ſimi. vt per gloſſ. in. d. c. ad diſſoluendum. & in. d. c. quod verò. & ideo dicitur, quod non eſt, rumpi non poteſt. l. nam & ſi ſub conditione. § . ſi poſt. ſ. de iniuſt. rup. l. liberos. §. ſi. de capi. dimi. Sic etiam dicitur, ꝙ qualitas nõ poteſt eſſe ſine ſubiecto. l. eius qui in prouinciam. ſ. ſi

A ¶ Priuatio. Adde Soci. cõſi. clxiij. i ver. ſecunda ratio. in. ij. volum. & tex. in. §. j. inſtitu. de libertinis. vbi Ioan. de plat. tradit notabilem doctrinã, quando priuatio ponitur à legislatore, & quando ab homine, quẽ videas.

ter.peta.l.si seruum.in fin.ff.de acti.empt.

¶ Et ex his confirmatur, quod not.Bal. in.l.ij.C. de iur. annu.aur. dicens quòd † per instrumentum legitimationis, probatur quem non fuisse legitimum.

¶ Et per instrumẽtum emãcipationis, probatur filiationem & patriam potestatem præcessisse: vt not. Bald. in.l. moueor. C. de ser. expor.& in.l.fin.colum.iij.C. de sen.passis.& qui agit pœnitentiam videtur confiteri delictum: vt not. Bal.in.c.literas.per glo. ibi in ver.confessus.de præsumpt.cum simi.vt tradit ibi Feli.& prius Alexan.in.l.j. in princip. in.ij.colum.ff.de oper.no.nuncia.

¶ Et qui opponit exceptionem compensationis, videtur fateri debitum: vt not.Roma.in consilio.lxxvij.pater reuerende.Et non priuatur successione qui non succedit: vt notat Aretinus in consilio. lxxxv. viso compromisso in fine.

¶ † Et quantum ad textum hîc regula videtur procedere secundum proprietatem verborum: impropriè verò & largo modo etiam dicitur rem amittere, cuius propria non fuit: vt glo. hîc dicit per.l. si seruum. ff.ad legẽ aquiliã.vbi quis dicitur amisisse illud, quod consequi non potuit.& in.l. pupillorum. vbi glo. in verbo amisisse. C. de adminis t.tut. & adde glo.per illum tex.in.c. concilia. xvij.distinct.in princi.quæ dicit quòd etiam quis perdere dicitur, quod nunquam habuit. & idem glo.xxiij.distinc.in.c.quorundam. in verbo amittit.&.v.q.vj.in.c.quia iusta.in verbo sacerdotis.xxiij.q.iiij.in.c.Guilisarius.in verbo sacerdotis.xxxiij. q.ij.in.c. quòd verò. sic & largo modo actus nullus infirmatur.l.j.vbi glo.in ver.infirmatur.ff.de ferijs.& in.l.ex empto.§.is qui vinum.ff.de act.emp.& text.in.l.si quis præsby.de rebus ecclesiæ nõ alienan. ibi: iuribus euacuetur quamuis ab initio nullas habuerit. Et ista pendent ab illo articulo, quando sit quòd priuatio præsupponat habitum.de quo no.Bar.in.l. decem.de ver.obli.Ang.are.in.§.seruus.insti. de capi.diminu.Et quando excipiens videatur fateri intentionẽ agẽtis: dixi in.c.cum venerabilis.de exce.Et ad prædicta facit glo.no.in.c.exhibitum. de ho. in verbo venia.quæ dicit quod petens veniã non videtur fateri delictum.de quo in locis præallegatis. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Datio insolutum, quando vitietur in totum.
2 Datio in solutum si aliqua parte sit plus debito, totam vitiati.
3 Venditio pignoris à creditore facta, licet plus debito sit, non retractatur.

REGVLA LXXXIIII. PAVLVS.

Cum amplius solutum est quàm debeatur, cuius pars non inuenitur quæ repeti poßit: totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.

NOTO regulam quòd † res data insolutum pro maiori quantitate quàm esset debitum, in totum vitiatur datio insolutum. ad idem tex. in. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. vbi tex. rationem adducit, ne inuitus cogatur habere communionem.

¶ † Et ibi Bart. hoc dicit esse notandum pro dationibus insolutum, quæ fiunt tota die, vt si in aliqua parte datio insolutũ sit plus debito, tota datio insolutũ vitiatur:[a] & sequitur Bal. in. l. certi condictio. §. quoniam. ver. secundus si iudex. ff. si cert. pe. Fulgo. in consi. cxxxviij. quia ex facto ius oritur. in. j. dubio. & in consi. clxxij. visis. col. ij. Roma. in consi. ccccl. præsens dubitatio. in fin. & consi. ccccliiij. in re præsenti. col. iij. ver. quintò dicendum est.

¶ Et ista cõclusio bene procedit, in decreto iudicis prout loquitur textus in. d. l. si non sortem. §. si centum.[b] quia decretum est indiuiduum: prout no. Bal. in. l. cer. cõdi. §. quoniam. ff. si cer. pet. fa. text. in. l. j. §. his verbis. ff. ne vis fiat ei. & in. l. in hoc iudicio. ff. fami. erciscun.

¶ † Secus est in venditione facta à creditore de pignore conuentionali virtute potestatis sibi datæ in instrumento: quia licet vendat rem valentem plus credito suo, venditio non retractatur: sed pretium quod excedit, debitori restituitur. l. si in aliquo. C. de distra. pign. l. quamuis. §. fin. ff. de pign. acti. & dato quòd etiam iudex tali casu consentiret, & decretum interponeret, non dicitur pignus prætorium sed conuentionale, vt not. Barto. in. l. creditores. in fine. C. de pigno. & non habet locum tex. in. d. §. si centum. & hîc vt no. Areti. in consi. diligenter visis & intellectis. prout dixi in. d. §. quoniam.

¶ Secundò, regula ista locum habet quando erratum fuit in summa debiti principalis: vt quia debitum erat de triginta: & data fuit res insolutum per quinquaginta vel

A ¶ Vitiatur. & totũ indebitum intelligit, adeò vt is qui indebitũ accipit perinde obligetur, atque is qui mutuũ accipit vt per do. Placenti. in suo tracta. de actio. p. son. tit. ij. nu. j. volum. tracta. 7. cart. 178. Pe. Cornelius.

B ¶ Centum. Vbi videas Iaso. qui in omnibus cõcordat cum domi. Philip. hîc.

vel quadraginta. Secus si erratum fuit in æstimatione rei datæ insolutum. vt quia pro vero debito de centum, data fuit res in solutum quæ valebat centum quinquaginta: quia tunc datio insolutum, valet pro quantitate veri debiti & residuum repetitur: vt not. Bald. per illum text. in. l. fin. C. de iu. do. impe. in. ij. col. versi. item pigno. & no. Alex. post Pau. de cast. in dicto. §. si centum. & idem Bald. in dicto. c. frequenter. §. sinautem. vt lite non contesta. Alexan. in. l. j. §. penulti. de verbo. obliga. & Areti. ibi, qui etiam ponit & aliam limitationẽ. s̃. dictam de pignore conuentionali. & alleg. textum in. l. j. §. sed si duæ. ff. quorum lega.

¶ Tertiò limitatur quod hîc dicitur & in. d. §. si centum. vt per Bald. in. l. ordo. circa fin. versi. quæro vtrum. infrà de execu. rei iudic. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Naturalis obligatio, quòd iure gentium sit.
2 Naturalem obligationem, considerari dupliciter.
3 Ius gentium dupliciter considerari.

§. IS NATVRA DEBET.

IS NATVRA *debet quem iuregentium dare oportet, cuius fidem sequuti sumus.*

NOTA † q̃ naturalis obligatio, est de iure gentiũ[a] & ita istum tex. ad hoc alleg. Bart. in. l. stichum. §. naturalis. in fine. s̃. de solut. & gloss. ibi exponit: naturalis, id est de iure gentium. Et ad declarationem notandum est, q̃ naturalis obligatio distinguitur: & duobus modis principaliter consideratur. Similiter etiam ius gentium duobus modis accipitur.

¶ Circa primũ † de naturali obligatione illa consideratur dupliciter. Primò: pro illa naturali, quæ oritur ex consensu & ex illa æquitate naturali quæ suadet vt promissa seruentur. l. j. in princip. suprà de constitu. pecu. & ista vinculo æquitatis, quod inducitur eadem æquitate ipso iure dissoluitur. l. stichum. §. naturali. s̃. de solu. ¶ Et ista cum fundata sit in consensu naturali: etiam cum seruis contrahitur. l. naturaliter. l. si id quod. s̃. de con-

A ¶ Gentium. Vide Iaso. in princi. instit. de acti. colum. ij. & in. l. ex hoc iure. vbi post alios declarat bene quæ sit obligatio naturalis. col. ix. in fine. versicu. in eadem glo. vbi i sequẽtib⁹ col. ponit. xviij. effectus naturalis obligationis antidotalis.

di.indebi.l.hæres à debiore.§. seruo suo.suprà de fideiuſ. & pari ratione inter patrem & filium oritur ista naturalis obligatio. l. frater à fratre.vbi glo.& Bar.s̄.de condi.indebi.

¶ Secundò naturalis obligatio consideratur pro illo naturali instinctu: vt benefacienti benefaciamus: de quo loquitur text.in.l.sed & si lege §.consuluit.suprà de petit.hæred.in.l. si non sortem.§. libertus.suprà.de condi. indebi.l.si non remunerandi.§. inde Papinianus. in fine. suprà manda.& not. per glo. in dicto.§. consuluit. & in.c.j.viij. q.ij.in ver.compellitur.Et ista non solùm inter extraneos: sed etiam inter coniunctos contrahitur: vt no.Ang.per illum tex.in auth.de non eligendo secundo nub.col.j. Et de natura istius obligationis latius Bar. tradit in l.ex hoc iure.col.iiij.de iusti.& iure.

¶ †Similiter ius gentium, consideratur duplicite secundum Barto. in dicta.l.ex hoc iure.colum.iij. & in.l.si id quod. suprà de condi.indebi. Nam quoddam est ius gentium, quod fuit eoipso quòd gentes esse cœperunt naturali ratione inductum absque aliqua constitutione hominum, vt fidem & promissa seruare: & istud ius gentium primæuum, ius naturale dicitur. c. ius naturale.j.distinct. & in.§.j. &.§. singulorum. institu.de rerum diuisione.vbi expresse dicitur, quod ius naturale [a] appellatur ius gentium: & intelligitur de illo iure gentium primæuo de quo dicitur in.d.§.j.de rerum diuisione. Quoddam est ius gentium secundarium, quo omnes gentes vtuntur ex constitutionibus eorum non secundum rationem naturalem: imò quandoque contra vt sunt bella, captiuitates, seruitutes, distinctiones dominiorũ, de quo iure gentiũ loquitur tex.in.l.ex hoc iure. de iusti.& iur.in l.postliminiũ.s̄.de captiuis.in prin.Et ista distinctio cõmuniter aprobatur, licet Aret.conetur illam impugnare in.l.j.in princ. de acqui.posseſ.

A ¶ Ius naturale quot modis sumatur: vide Abb. in. c. de consuetud. in.j.colum.

¶ Et secundũ istam distin. declaratur tex.in.l.j.§. ius naturale.&.§.ius gentiũ.s̄.de iust.& iure.vbi ius naturale & ius gentiũ ponuntur tanquã species diuersę: quia ibi loquitur de iure gentiũ secundario.Eodẽ modo iste tex. debet declarari dum inquit, ꝙ iure gentiũ obligatur ille cuius fidem secuti sumus,& talis obligatio dicitur naturalis: nam de iure gentiũ primæuo intelligitur, qđ in effectu dicitur ius naturale.vt.s̄. dictũ est. Et concludendum videtur, ꝙ illa naturalis obligatio quæ habetur ex consensu vel ex instinctu naturæ, vt benefacienti benefaciamus: est de iurisgentium primæuo.& ita tex.hic intelligitur: secus est in iure gentium

tium secundario, quod distinguitur à iure naturali: vt supra dixi. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 In dubio, iudicandum pro dote.
2 Fiscus & causa dotis à pari procedere.
3 Inter priuatos in dubio contra actorem sententiam ferri.
4 Qui fundat se in certo tẽpore, ꝙ illud præcisè ꝓbare debeat.

REGVLA LXXXV. PAVLVS.

In ambiguis, pro dotibus respondere melius est.

NOTA † quòd in dubio iudicandũ est pro dote. ad idẽ tex. in. l. in ambiguis. ff. de iur. do. facit tex. in. l. si ego. §. si res. ff. de iure do. & in. l. fi. C. ad velleia. in. l. j. ff. sol. mat. & ibi hoc exemplificatur secundum Bar. post Dy. ꝙ si reperiantur duo instrumẽta eodẽ die cõfecta: & alterũ sit instrumentũ dotis: debet iudicari: ꝙ illud prius [a] confectum fuerit: & pari ratione idẽ videtur dicendũ, existentibus paribus probationibus iuxta not. in. c. in nostra. de testi. Et hoc etiam videtur habere locũ in muliere agente pro dote: quia fauor causæ, præponderat fauori rei. c. fin. de re iudi. l. inter pares. ff. de re iudi.

¶ Et quod dicitur de dote, idẽ videtur in alijs causis fauorabilibus quæ doti æquiparantur. d. c. fi. de re iudi. Et ideo in duobus instrumentis factis eodem die, præsumitur prius factum illud quod respicit fauorem ecclesiæ: vt Rom. tradit in authen. similiter. in repeti. in. xiij. speciali in contractibus. Et idem in simili habetur de fisco. l. j. C. de iu. fisc. li. x. Et in fisco no. Bal. in. l. j. de. C. hęre. vel act. vend. col. fin. ver. item in dubio. † nam fiscus & causa dotis, à pari procedunt. l. ij. vbi gl. C. de iure fisc. & per glo. in. l. dotis. C. de iure dot.

¶ Non obst. tex. in. l. non puto. ff. de iure fisci. vbi dicitur, quòd in dubio iudicandum est contra fiscum.

¶ Et generaliter. ille tex. intelligitur, quocũq; mõ dubiũ sit: vt no. Mathesilla. in nota. lxxj. not. vnam regulam.

¶ Quia respõdetur ꝙ ille tex. intelligitur in fisco agente ex delicto alicuius ad pœnã: ideo in dubio fit interpretatio vt pœna nõ habeat locũ. arg. l. si præsens. ff. de pœnis.

A ¶ Prius. hęc est cõmunis sententia omnium de qua ibi latissi. per Mod. prę maximè Ia. qui ponit aliquas limitationes. & Soci. in j. col. et de alijs priuilegijs dotis vide latissi. Bal. nouellum in suo tract. de dote, qui ponit omnia priuilegia cõpetentia constan. & sol. matrim.

& ita Cuma. dicit in l.j.§. sol. mat. Nec obstat, quòd iste intellectus videatur restringere illum tex. vt dicit Alex.in. d.l.j. quia potest responderi quòd hoc consonat: quia ibi principaliter tractatur de bonis, quæ propter delictum ad fiscum pertinent: vt colligitur in l.j.§. de iure fisci. & tali casu loquitur. d.l. non puto. & hoc sequitur Ang. aret. in. §. fi. insti. quib. mod. test. infir. & not. Sali. in l. si debitor. C. de iu. fis. vel secũdo ille tex. intelligi potest, quando agitur de aliquo priuilegio fisci contra priuatum: nam in dubio debet iudicari quòd fiscus non sit priuilegiatus: quia vbi fiscus non habet priuilegium sequitur ius commune. l. quod placuit. in fi. ff. de iure fisci. Vel tertiò tex. in. d.l. non puto. intelligi potest secundum regulam in fisco agente: quia in dubio in fauorem rei pronũtiandum est. † Nam inter priuatos, fertur in dubio sentẽtia contra actorem. c. ex literis. de præben. & tali casu idem fisco: quia in hoc non habet priuilegium. Sed tamen hoc non videtur verum, quia fauor causæ fiscalis, sicut in alijs fauorabilibus præponderat fauori rei. d.c. fi. de re iudi. & ideo respondetur vt. §. dictum est: & dixi in. d.c. ex literis.

¶ Et quod. §. dictum est, de instrumentis eodem die confectis: procedit quando in vtroq; simpliciter dicitur de die: secus si magis specialiter in vno, quàm in altero tempus exprimatur: vt quia in vno dicitur de mense Maij simpliciter: in alio dicitur de mense Maij die. xv. vel si in vtroq; de eadem die dicitur: sed in altero etiam hora exprimatur. nam etiam prioritas horæ attenditur: vt not. per glo. in l. si ex pluribus. §. fi. in ver. die. de solu. Bald. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. Et ideo prior videtur, & potior illa pars dicitur, de cuius priori die vel hora apparet, vt no. Bald. post Cyn. in. d.l. de rebus. vbi dicunt, quòd quando vterque probat de eadem die, melior est conditio rei nisi alter probet proprietatem horæ. Idem Io. de platea in l.j. C. de iu. fis. & no. tradit Soci. in l.j. col.j. sol. mat. & refert Feli. in. c. pastoralis. de rescrip. qui tamen in contrariũ adducit, quòd talis probatio horæ prioritatem non probat neq; ostendit: quia potuit esse prior alter qui simpliciter probat de eodem die: & sic potuit esse ante illam horam vel diem, si agatur de mẽse. † Et ad hoc facit, quia ille qui fundat se in certo tẽpore, debet illud præcisè probare. l. matrem. C. de proba. Sed concordando opi. distingui potest, quòd aut ille qui probat de eadem die, reperitur in possessione & non debet priuari, licet alter ꝓbet de certa hora diei: quia verũ est quòd nõ apparet præcisè de prioritate actoris: ideo melior est conditio possidentis: aliâs secus; vt dixi in. d.c. pastoralis, & hoc idẽ videtur velle Bal. nouel. in trac.

de do

de dote.in.ix.parte in secundo priuilegio.

Philippus Decius.

NOTABILIA

1 Quæ semel vtiliter & legitimè sunt constituta, durant.
2 Durant quæ vtiliter sunt constituta, si actus perficitur.
3 Hæc regula in quibus locum non habeat.
4 Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.
5 Prælati si delegationes suscipiant, (licet per iudices seculares prohibeantur) valet iudicium.
6 Instrumentum notarij non matriculati valet si rogatus confecerit, licet prohibitus in loco.
7 Probatio si prohibeatur à statuto fieri per testes, si facta sit parte non opponente, valet.
8 Excommunicatus qui prohibetur esse in iudicio, si non opponat valet indicium.
9 Miles qui prohibetur esse in iudicio si non opponit, valet iudicium contra eum. Idem in iuramento calumniæ. nu.10.
11 Procurator qui in causa criminali interuenire prohibetur, valet iudicium contra eum si non opponat.
12 Processus, parte non opponente, valet in iudicio possessorio.
13 Exceptiones vel probationes contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam admitti non debent.
14 Fauori suo regulariter, quis renuntiare potest.
15 Si lex annullaret actum alio respectu quàm propter fauorem partis, actum nullum faceret.
16 Facilius destruitur quod factum est, quàm quod de nono fieri impediatur.

§. NON EST NOVVM.

NON EST *nouum ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent: licet ille casus extiterit à quo initium capere non potuerunt.*

NOTO †regulam quòd ea quæ semel vtiliter & legitimè constituta sunt, durant; licet superueniat casus à quo initium habere non possunt. ad idem est regula factum legitimè.eo.tit.in.vj. Et hoc exemplificari potest in l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.in.l.j.§.casum.ff.de postulãdo.in l.is cui.ff.de testa. Et ideo facilius quis repellitur ab obtinendo, quàm ab obtento.c. super his.de accusa.& glo. hîc dicit quòd multa impediunt ordinandum, quæ non impediunt ordinatum.

B ¶ Perfectus. idem Dy. in.d. regula factum. ver. sed dicendũ est.& Phil. fran.in prin. & Dy.in reg.j.eo. ti.in ver.v.quæri potest. & ibi anc.ij.col.Bal. Albe. & Mod. in l. patre furioso. de his q sũt sui. & ibi Iaso. iij.colum.

1 ¶ †Et ista regula procedit, quando actus fuit perfectus[a]
2 & consummatus: vt hîc cum similibus præallegatis; secus

est si actus non esset consummatus: quia tunc destruitur quando deuenit ad casum à quo inchoari nō potest.l.pluribus.§.& si placeat.de verb.oblig.l.inter stipulantem.§.sacram.& in l.existimo.eodem titu.& in l.si metallum.§.si seruo alieno.ſ.de his quæ pro non scriptis.in l.pro parte.ſ.de seruitu.in l. post finitam.ſ. de suspec. tuto. in l.si sub vna.§.si quis viam.de verb.oblig. & hoc vltimum verum est,nisi casus superueniens tenderet ad eūdem finē[a]: quia tunc actus quāuis non fuerit consummatus, non vitiatur licet ad eum casum deuenerit à quo incipere nō potest.exemplum est in.§.econtrario.versi. quod si viuo.insti.de legatis.in l.verbis legati.in fi.ſ.ad legem falci.& bonus tex.in l.sciendum.§.fina.ſ.qui satisda. cogan.

A ¶ Finē. Idē Dy. vbi suprà. & Imo.in l. penul.§.& si placet.ij.co.in pri. & Bar. etiā in prin. & Fabrū & Areti. in. §. econtrario hîc allegato.Bald. & Salice. in l. gaudentius. de cōtrahen. emp. Hiero. Chuch.

¶ Secundò regula limitatur non habere locum.† quando res deuenit ad talem casum,quòd causa finalis deficeret: vt not.Bar.per illum tex.in l.vrannius.§.sed cū duo.in fi. ibi vt quemadmodum incipere:aliâs non possunt, ita nec remaneant.& Bart.ibi col.j.ſ.de fideiuſ.& de his latè tradit Bart.in.d.l.pluribus.§.& si placeat.de verbo.oblig.

¶ Et quia regula hîc loquitur, quando aliquid vtiliter & legitimè factum est,ampliatur quòd etiam quādoq; illud quod legitimè factum non sit:quia contra prohibitionem iuris:tamen valet:quia† multa prohibentur fieri,quæ tamen[b] facta tenent.l.ij.§. biduum.ſ. quando appellandū sit.vbi sententia prohibetut ferri sub conditione: lata tamen tenet : quia lex vlterius procedit ita disponendo:vt not.Bar.ibi,& in l.non dubium.C.de legibus.col.iij.& est tex.in.c.ad apostolicam.de regularibus.facit tex.in l.relegatorum.§.ad tempus.ſ.de interdi.& relega.cum si.ibi allegatis in gl.& in l.j.§.j.ſ.de ferijs.

B ¶ Facta.vide latè Ias. in.d.l. patre furioso. col.iij.l.fina.& ibi Bald.& Alberi.qui ponūt plura brocardica.

¶ Et hoc in pluribus casibus, vtiliter exēplificari potest: nam si actus sit prohibitus propter honestatem , non obstante prohibitione actus tenet:vt no. Federi. in consilio ccxciij.factum tale est colum.fi.vbi concludit quòd executio testamenti facta per Guardianum sancti Francisci, valet:licet sit prohibita.clemen.exiui.de verb.signi.

¶ Et idem est† in prælatis qui prohibentur delegationes

à iudici

à iudicibus fecularibus fufcipere. xj. q.j. in.c. te quidem. fi tamen fufcipiant valet iudicium : quia illa prohibitio eft facta propter honeftatem: vt not. Albe. poft alios in.c.ij. de iudi. & dixi ibi. Sic etiam in clerico qui licet notarius fit: prohibetur inftrumenta conficere.c.ficut.ne clerici vel mona fi tamen rogatus facit inftrumentum valet: vt not. Ioan.and.in.d. c.ficut.vbi Abb.poft alios.& no.Barto.in l.vniuerfos.C.de decurio.lib. x.Ange.in l.fi quis decurioni.C.de falfis. cum fimi. vt tradit Alexan.in l.prætor ait.§.is etiam.ſ.de eden.& idem Roma.in cõfil.ccccix.quo ad primum.in.ij.dubio.

¶ Et an idem fit in monacho & religiofo, latè dixi in.c.decernimus.colum.x.de iudi.

¶ Sic etiam dicit Ang.in.d.l.vniuerfos.quòd † fi notarius non matriculatus in loco prohibitus fit inftrumenta conficere: fi tamen rogatus confecerit inftrumentum valet. & hoc intelligitur nifi ftatutũ vlterius procederet annullando inftrumentum: vt idem Ange.tradit in cõfil.cxliiij. vifis procefsibus.col.j.

¶ Et in fimili † fi à ftatuto prohibeatur probatio fieri per teftes: fi tamen facta fit parte non opponente, valet: vt not.Bald.in l.certi condictio.§. quoniam.circa fi.in ver.fed ponamus.ſ.fi cer.pet. & fequitur Alexand. ibi.Bartho.veron.qui plura fimilia adducit in cautela.cclv.dubitari põt.

¶ † Et in fimili idem eft in excõmunicato qui prohibetur effe in iudicio c.intellectus.de iudi.Et tamen valet iudicium fi non opponatur.c.j.§.fi verò.de excep.in.vj.not.Abb.poft alios in.d.c. intelleximus. cum fimi. vt dixi ibi.& facit tex.in l. filiusfamiliâs.§. veterani.ſ. de procura.† vbi prohibetur miles effe in iudicio: & tamen fi non opponatur, valet iudicium.† idem in iuramento calũnię.c.j.C.de iur.calum.in.vj.no.in.l.iij. §.fed quia veremur.C.de iura.calum.

¶ † Et idẽ in ꝓcuratore, qui ꝓhibetur in caufa criminali interuenire: & tamen illo interueniente fi non opponatur, valet iudiciũ: vt not. per gl. in.c.j.in ver. criminalis. de iudi. in. vj. & in l.quamuis indubitati. C. de adul.in ver.præfentiam.& ifta eft cõis opi.vt no.Bal.dicit in l.ita demũ. col.ij.C.de procura.cum fimi.vt tradit Feli.in.c.meminimus.co.penul. de accufa.& idem fequitur Roma.in confi. ccxv. duo funt.& ibi alia fimilia adducit.

¶ † Et fimile eft in iudicio poffefforio, fi admittatur exceptio defectus proprietatis quæ non debuit admitti, valet tamen proceffus parte non opponente: vt no.Bar.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.in penul. char.in

versi.ij.quæro vtrum.de acquiren.possess. & in l. si quis à se fundum. C. vnde vi.& text.in.c.j.de resti.spo.

¶ †Similiter contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, exceptiones vel probationes admitti non debẽt: quia res iudicata pro veritate habetur. l. res iudicata.ȷ̈. eo. Si tamen probationes factæ & admissæ sint parte non opponente valent:& si apparet de iniquitate sententiæ,debet reuocari:vt no.Inno.in.c.cum dilecta.de rescri.in.c.cum Bertoldus. de re iud.Anto.de but.in.c.quoniam contra.col.fi.& in consi.xxvij.visis.col.iij.cum simi.vt tradit Alex.in l.iudex postquam.de re iudi.in versicu.vj.fallit. idem Alexan. in consi.lxxvij.in causa & lite.col.fi.lib.ij.& in consi.ccxij.viso in prin.eo.lib.ij.Abb.& in consi. lxxxix. in.q.col.iij. lib.j.Roma.in consi.clxxiiij. amplissime doctor. in fi.& Aret. in consil. lxxiiij.diligenter.col.ij.

¶ Et prædictæ decisiones & similes videntur procedere:quãdo iura vlterius procedunt ita disponendo:vt.s̃.dictum est:vel quando agitur de exceptionibus dilatorijs, quæ post litem contestatam opponi non possunt.l.ita demum.C.de procur. & in.c. pastoralis. de excep. vel quando tractatur de fauore eius qui non opposuit exceptionem,quæ sibi competebat:quo casu tacendo videtur renuntiare fauori suo † cui regulariter quis renuntiare potest.c.ad apostolicam.de regularibus.l.pe. C. de pactis.Et etiam si actus annulletur in fauorem partis renuntiari potest: vt per glo.in l.eleganter.in princip.s̃.de dolo. vbi Barto. cum simi. vt tradit Alexand.in l.iurisgentium.§.prætor ait.in princ.s̃. de pactis.& facit tex.in.c.dilecto.vbi Abb.de præben.

¶ †Secus videtur si lex annullaret actum alio respectu,quàm propter fauorem partis & validitati resisteret: quia tũc actus esset omnino nullus: vt not.per glo.per illum tex.in l.à diuo Pio.s̃. de ritu nup. cum simi. vt Alexand. dicit in dicto.§. ait prætor. Et tali casu supradicta non haberent locum.& istam declarationem tradit Pau.de cast.in consi.ccxvj.circa primum quæsitum.in prin.vbi declarando.l.j.§.j.s̃. de ferijs. dicit ꝙ quando gesta tempore feriato sunt nulla, ipso iure talibus ferijs renuntiari non potest:quia si posset renuntiari gesta contra præsentem & non opponentem exceptionem,non essent nulla:sed valerent. l.j. §.j. de ferijs.Et sic in talibus quæstionibus.s̃.dictis,vis tota videtur consistere an renuntiari possit vel non.

¶ Et ad regulam hîc,†quòd quandoq; econtra facilius destruitur quod factum est, quàm quod de nouo fieri impediatur.l. non distinguemus.

§.sacer

§.sacerdotio.ff. de arbi. & plura alia exempla ibi habetur. ¶ Sed hoc facit diuersitas rationis: nam in.§.sacerdotio. soluitur compromissum; quia verisimiliter in tali dignitate, noluisset tractare negotia secularia: meritò datur illi facultas abstinendi & soluitur compromissum: quæ ratio cessat quando illo existente in sacerdotio, factum sit in eum compromissum: & facit quod glo. hîc dicit de assignatione liberti.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Ex causa, à regulis iuris communis interdum recedi.
2 Pupillus committens homicidium, licet sit doli capax non decapitatur.
3 Propter metum scandali, licet magistratibus interdum legem transgredi.
4 Qui iurauit statuta obseruare, intelligitur nisi iusta causa superueniat.

§. QVOTIES.

QVOTIES *æquitatem desiderij naturalis ratio: aut dubitatio iuris moratur: iustis decretis res temperanda est.*

GLO. exemplificat istum.§. pluribus modis. Et primũ exemplum de.l. interdum. de verbo. obliga. non bene adaptatur: quia actio ibi nõ est nata prout expressè ibi colligitur. Cuius contrarium videtur præsupponere glo. hîc. Et vltra glo. exẽplificari potest per tex. in l. qui cum hæreditate.ff. de act. & oblig. & in l.ij.ff. de excep. rei iudi. vbi exclusus à iure quod tertio competebat, illo iure cessante admittitur. & videtur etiam posse exemplificari iste tex. ex eo quod dici solet, † quòd ex causa, à regulis[a] iuris cõmunis receditur: vt est dictum Inno. in. c.j. de consti. in glo. vlti. & per illud dictum Bald. in l. & si seuerior. col. ij. C. ex quib. cau. infa. irrog. in ver. ex prædictis † quòd si pupillus committat homicidium, licet sit doli capax non tamen debet decapitari.

Et per

A ¶ Regulis: Nã ꝓpter enormitatem delicti licitum est iura transgredi. de quo per Hipp. de marsi. in l.j. in. ix. col. & in l. vnus. §. cognitum. in. xiiij. col. supra de. q. vbi ꝑ duas col. plura dicta doctorũ in hac materia cumulauit. Et Iaf. qui per alias duas col. plura dicit in l.j. C. de preci. impe. offe. & per eundẽ Hip. in sing. ccxliiij. inci. tu scis. Itẽ propter scandalũ receditur à regulis iuris; vt per. d. Philip. in consi. clj. incip. maximi ponderis. col. iiij. ver. nã ratione scandali.

A ¶Infert. Vide eundem do. Philip. in ca. de causis. de offic. deleg. in. ij. col. in quinto notabili.

¶Et per illud dictum Inno. infert[a] Bald. in l. si quis filio. §. illa autem. in fi. ff. de iniusto rupto, †quòd propter metum periculi vel scandali interdum permittitur magistratibus legem transgredi. & idem Bald. in l. obseruari. §. proficisci. in. xj. q. ff. de offi. procon. & facit tex. no in l. si hominem. ff. mandati. & ibi Barto. & in notabili casu tradit Pet. de anch. in consi. lxxxiij. prima facie. & Ro. in consil. ccccxxviij. in terminis. in fi. cum simi. vt tradit idem Roma. in l. si verò. §. de viro. in. xlvj. fallen. ff. solu. mat. & latè congerit Feli. in. c. j. in. iiij. char. de consti. & not. etiam Bald. in l. clari. C. de fideicom. † vbi inquit, quòd ille qui iurauit statuta obseruare, intelligitur nisi iusta causa superueniat: quia in iuramento semper intelligitur clausula rebus sic stantibus. l. quod seruius. ff. de condi. ob cau. Et quia, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. suprà de interrog. acti. & facit tex. in l. fina. ff. qui satis. cog. & not. Barto. in l. ambitiosa. col. iij. ff. de decretis ab ordi. faciendis. & ad idem facit tex. in. c. fi. de transac. & ibi Abbas in. ij. notabili cum si. vt Alexand. scribit in l. nemo potest. col. j. de leg. j.

Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 **Per litis contestationem, non solet fieri deterior conditio eius qui litem contestatus est.**

2 **Post litem contestatam, actor variare non potest.**

REGVLA LXXXVI. PAVLVS.

NON SOLET *deterior conditio fieri eorum qui litem contestati sunt, quàm si non essent: sed plerunque melior.*

NOTA †quòd per litis contestationem, non fit deterior conditio eius qui litem contestatur. Sed plerunq; melior. & idem not. Barto. per illum tex. in l. j. C. de iud. & ad idem tex. in l. aliam. ff. de noua. facit text. in l. si pluribus. §. fi. de leg. j. in l. si Titius. de verbo. oblig. in l. si insulam. eod. titu. in l. lite. suprà de vsuris. & ratio huius regulæ videtur: quia iudicium introductum est in fauorem actoris: vt consequatur quod sibi debetur. insti. de obli. in prin.

princip. vnde quod in fauorem introductum est, non debet retorqueri in odium. l. quod fauore. C. de legibus. & hoc est quod dicit text. hîc in l. sequenti ibi: nemo enim prosequendo &c. Et regula procedit plerunq; prout tex. dicit: quia quandoq; conditio actoris, est deterior per litis contestationem † nam post litem contestatam actor variare non potest. l. si quis stipulatus sit stichum. de ver. oblig. nam per litis contestationem, quasi contrahitur. l. iij. §. idem scribit. ff. de peculio. ideo variatio non admittitur. l. sicut. C. de act. & ob. & in isto casu, non efficitur deterior conditio actoris per litis contestationem. Sed per electionem prius factam ab ipso actore, à qua postea lite contestata recedere non potest.

Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Petitio non dicitur esse, vbi mora non est.
2 In mora non dicitur, qui legitima exceptione tueri se potest.
3 Qui dilationem habet à lege, non dicitur in mora.
4 Absque mora, pœna non debetur.

REGVLA LXXXVII. SCAEVO.

NVLLA *intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.*

EXEMPLVM est in l. si pupillus. de verbo. obligatio. vbi idem dicitur, quòd † non est petitio, vbi non est mora. & not. gloss. hîc & adde text. in l. lecta. ver. dicebam. suprà si cert. peta. & ibi Barto. dicit † quòd non dicitur in mora, qui potest se legitima exceptione tueri[a] & idem Bart. per illum textum in l. si pactus. suprà de pact. & not. Bald. in l. si constat. colum. ij. C. de compensa. & est regu. eod. titu. quæ hoc dicit. in regu. non est in mora. eodem titu. in sexto. † vnde qui habet dilationem à lege non est in mora. vt no. per glo. in l. si cum exceptione. §. quatenus. in ver. tripli. suprà quod met. cau. & facit regula qui sine dolo. suprà eodem. & quod ibi dixi. & nota. Roma. in consilio. ccxliiij. pro euidentia. col. ij. Et ista regula intelligitur, quòd nulla mora est quæ inducatur. Sed

A ¶ Tueri. Nã qui potest exceptione repelli dicitur obligatus ad nõ petendum. ita gl. & Bald. & Ioan. and. Imo. in l. meuia. §. fundus. ff. sol. mat.

Sed ista quæ prius inducta erat bene conseruatur: quia dilatio non debet lucrum producere. vt dicit text. not. in l. in fideicômissi. in princ. ſ. de vsur. vbi glo. ponit casum. Et cum (secundum regulam) nulla sit mora vbi non est petitio: infertur quòd pœna cômitti non potest: † quia absque mora, pœna non debetur: vt no. Bartó. in. l. si pœnæ. ſ. de nego. gest. Et hoc verum est, quãdo pœna ratione moræ committi debet: secus si ex conditionis euentu: quia tunc absque mora committitur. l. pacto quo pœnã. C. de pact. & in. l. nuda C. de côtrah. & commit. stipu.

Subtilis Decius Pisis.

REG. LXXXVIII. PAVLVS.

QVANDIV *poßit ualere testamentum: tandiu legitimus hæres non admittitur.*

ISTA regula etiam habetur in. l. quandiu. ſ. de acqui. hæred. in. l. antequam. C. communia. de succes. & in. l. ex testamento. C. vnde liberi.

¶ Et limitatur non habere locum, in duobus casibus.

¶ Primus est propter voluntatẽ testatoris: vt no. Bar. per illũ tex. in. l. si quis hæres ita institutus. ſ. de hær. insti.

¶ Secundus casus est, in. l. hac consultissima. §. sinautem. C. de testamen. vbi Alexan. in. ij. not. dicit quòd ibi causa intestati, præualet testamento.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Aequitatem in omnibus spectandam esse.
2 Aequitas est modus interpretandu leges & pacta.
3 Statuta quod interpretationem recipiant æquitatis.
4 Aequitatem attendi præcipuè in curia mercatorum.
5 Aequitas rigori præferenda.
6 Si aliquid alicui simpliciter cômittitur, videtur in dubio cômitti æquitas quæ præualet.
7 Propter æquitatem recedi interdum à regulis iuris cômunis.
8 Prætor & iudex æquitatem semper præ oculis habere debẽt.
9 Aequitas naturalis consideratur, vbi ius deficit.
10 Aequitas præferenda rigori.
11 Aequitas scripta in specie, præfertur rigori: secus si in genere.
12 Aequitas scripta post rigorem illi præfertur: secus si ante.
13 Ex pluribus opinionibus relatis, & si vltima rigorem contineat, à prima recessum non videtur quæ æqua est.

REG

REGVLA. LXXXIX. PAVLVS.

IN OMNIBVS *quidem, maximè tamen in iure, æquitas* [a] *ſpectanda eſt.*

IN OMNIBVS enim ſpectanda eſt æquitas: † quia ſemper benignior interpretatio fieri debet. vt in regula ſemper in dubijs. ſ. eodem.

¶ Et maximè in iure: quia æquitas præfertur rigori. l. placuit. [b] C. de iudi. & in. l. ſi tibi. ſuprà ſi certum petatur. in. c. fin. de tranſac.

¶ Et no. Baldus per illum text. in. l. ij. in. j. nota. C. de reſcindenda vendi.

¶ Vnde quid liceat, ſecundum æquitatem inſpicitur in cap. magnæ. de voto. Et per ſemitam æquitatis procedendum eſt: vt dicit textus in. c. quærenti. de offi. lega. Et res ad æquitatem redigitur. l. prima in fine. C. de interdictis.

¶ † Et æquitas eſt modus interpretandi leges & pacta. vt dicit Bald. in. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legiti. colum. finali. in verſiculo. & noto quòd æquitas. & ibi in principio dicit † quòd ſtatuta recipiunt interpretationem æquitatis.

¶ † Et iſta æquitas, præcipuè in curia mercatorum attenditur: vt not. Barto. in. l. quintus. in fine. in. l. fideiuſſor. §. quædam. ſuprà manda. Baldus in. l. ſi pro ea. colum. fina. C. manda. Salice. in. l. placuit. C. de iudic. & Alexan. ibi: & in cōſi. xlj. viſo puncto. colum. ij. lib. iij. Romanus in conſilio. cxciij. negari non poteſt. in principio. in conſilio. xciiij. viſis. colum. j. idem Imo. in conſilio. cxlj. viſis ſtatutis. in conſilio. cxlvj. in cauſa damnis. columna ij. in verſicu. item quia hîc ſumus. & dicit Baldus in dicta l. ſi pro ea. quòd reijciuntur ſolennitates, quæ non tangunt veritatem negotij. & not. Ange. in conſilio. ccxix. punctus. in princip.

¶ † Et quia æquitas præfertur rigori: [c] vt dictum eſt: ſi dicatur, iſta lex de æquitate loquitur, illa de rigore: perinde eſt ac ſi dicatur, iſta corrigit illam. ita dicit gloſſ.

A ¶ Aequitatē deſcribit Spie. in ſuo dictionario, ex Salom. in tit. de iuſt. & iure eſſe perfectam rationē, q̄ leges & omne ſcriptū dictū q̄ interpretaſ & emēdat, ex qua ius manat, qđ bonū & æquū dicitur, nullo ſcripto cōprehenſum, ſed in ſola vera ratione conſiſtens. Pet. Corue.

B ¶ Placuit. Vbi vide Iaſo. qui concor. in multis cū do. Phil. hîc & in l. cum ſtipulati ſumus. §. ſequitur. de ver. obl. ſuprà col. ij. in iiij. not. Cano. latiſsi. in. c. fin. de trāſac. Feli. in. c. ex pte. ī. j. co. de off. dele.

C ¶ Rigori. Rigor iuris qualr intelligaſ: vide Barb. ī. c. ſi clericus laicū. de fo. cōp. iij. col. in princ. & do. Phil. ī. c. ſi duobus. de app. co. ij. ꝟ. vlti. nota.

gloss. [a] no.in.l.cotem ferro.§.fi.de publi.

A ¶ Glo. Add. gl.in.l.ait prætor.§.si debitorem.de his quę in fraud.credi. Cano.i.c. fi.de trāsa.vbi Abb. fin.col. Feli.in c.ij. de re iudi. in prin. Domi. in.c.disciplina. xlv.dist. & ibi Alex.in.ij.col.

¶ † Et si aliquid cōmittatur alicui simpliciter: videtur cōmitti æquitas quæ præualet: vt no.Bal.in.l.ædem.col.iij. ver.sed nunquid pro vno nummo.in fi.C.loca.

¶ Et adeò attenditur æquitas, quòd sæpenumero † propter æquitatem receditur à regulis iuris communis. l. si me & Titium. in fin.suprà si cer.peta.l.si quis mancipijs. §.fina. de institu. & quod not.Bal. in.l.ij.in fine.C.quod metus causa.

¶ Et propter æquitatem receditur à verbis testatoris. l. qui filium. §.fin.s.ad Trebel.

¶ Et propter æquitatem receditur à solennitatibus iuris.l.diuus.s.de restitu.in integ.

¶ Et propter æquitatem receditur ab eo quod vsitatum est.l.imperatores.in fin.s. de appel. & ideo lex erubescit statuere contra æquitatem.l. si quis in suo. §.legis. C.de inoffic.testa.l.fi.§.cum autem.C.de fur.

¶ Et regula propter æquitatē limitatur: vt not.glo.per illū tex.in auth.vt sine prohi.ma.in prin.in ver.existimamus. ¶ Et ęquitas exceptiōis remouet actionē.l.qui ęquitate.s.de do.excep.&in.l.iij.C.de bo.au.iud.poss.

B ¶ Iudex.quę sit ęquitas quā debet iudex habere prę oculis vide Arch.i.c. j.de confes.lib. vj. & æquitas quotuplex sit vide Barba. in c. quærenti.de offi. deleg.col. pen. & in.c.cū causam. de iur. calū.colū. viij. & do. Phili.in d.c.ex parte.

¶ Et per supradicta dicitur, † ꝙ Prætor & Iudex [b] semper debet habere æquitatē ante oculos.l. quod si Ephesi.s.de eo quod certo loco.c.j.iiij.q. & not.in.l. inter filios.vbi glo.C.fami.erciscun.

¶ Et hoc intelligitur de æquitate quæ informata sit à iure: vt no.Abb.in.c.ex parte.el.ij.in.iij.no.de offi.dele.

¶ Et Moderni sequuntur in dicta. l. quod si ephesi. Sed vt dixi dicto. c.ex parte.ille tex.parum facit, quia loquitur de æquiate iuris.ibi, iuris æquitate: vnde illa verba æquipollent: ac si dicatur de iure, quia ius est bonum & æquum.l.si me & Titium.suprà si cert. peta.l.j.in princ. suprà de iusti.& iure.

¶ Sed text.in.d.l. quod si ephesi. non loquitur de æquitate iuris. sed de æquitate simpliciter: quo casu † æquitas dicitur naturalis iustitiæ: & consideratur vbi ius deficit: vt no.Bal.in.c.pastoralis.in fi. de cau.pos. & proprie.

& pro

& probatur in.d.c.fi.de transac,vbi dicitur, ꝙ quãdo ius deficit,proceditur seruata æquitate.& in.l.ij.§.item varus.in fi.de aqua plu.arcen.ibi:æquitas suggerit: & si scripto iure,deficiamus,ergo talis æquitas non potest informari à iure quod non reperitur.

¶Pro dicto tamen Abb.videtur tex.in authen.iusiuran. quod præsta. ab his.§. penult. vbi iudices iurant seruare æquitatem:& sic de ęquitate simpliciter dicitur ibi:omnẽ æquitatem seruabo:& tamen intelligitur de æquitate informata à iure: quia iudices tenentur iura obseruare: vt habetur institu.de offic.iudi.in princi.

¶Sed ad illum tex.respondetur,quòd loquitur in arbitrarijs in quibus præcipuè æquitas attẽditur. & ita illum tex.declarat Imo. in.c.fi. de transac. Et hoc satis colligitur ex illo textu, dum dicitur quòd seruabit æquitatem secundum quod iustum sibi visum fuerit.

¶Et quantum ad regulam hic,quæ dicit† quòd æquitas præfertur [a] rigori. primò regula intelligitur quando æquitas sit scripta:secus si scripta non sit:quia tunc rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ: vt nota. per glo. vbi Barto.& Salic. per illum text.in.l.j. s̃.de legi.& idem glo.in.l.placuit.vbi Bal.& Sali. infrà de iudi. per.l. prospexit.ff.qui & à quibus.& no.per gl.in.c.fi.de trãsa. vbi Abb.& Imo.post alios.

¶†Secundò regula procedit, in æquitate scripta in specie. Secus si esset scripta in genere: quia rigor scriptus in specie illi præfertur: vt not. Cyn. Bald. Ange. & Salice. in dicta.l. placuit. per. l.nam hoc à natura. ff. de condi. indebi. iuxta.l.j. ff. de vsuca.& not. Imo.& Abb. in.d.c. fina. & ad hoc facit,quia species derogat generi:in regula in toto.suprà eodem.

¶Tertiò & vltimò † regula intelligitur,quando æquitas est scripta post rigorem:secus si rigor scriptus sit post æquitatem, quia tunc rigor attenditur.glo. not.in.c.extirpandæ.§. quia verò.in glo. pe.in fi. vbi Imo. col.v.de præben.Alex.& Moder.in.d.l.placuit. de iudi.

¶Sed vide Abb.in.d.c.fin.§.quia verò.col.vij.qui vide-

A ¶Pręfertur. Vide Francis. cur.consi.liiij. ij.col.inc. sæpe & frequenter. & Dyn.et eius addit. in regu. posses. isto tit. lib.vj.in versi. tertiò opponitur &c. Iason in.l.si tibi.ff.si certum petat. Card.in.c. fin. de consuetu.& in.c.j. de alien. iu. mu. Hiero. Chuchalon.

tur reprobare illam gloss. & contrarium expressè tenet Domini.in.c.disciplina.xlv.distinct.& refert & sequitur Feli.in.c.ij.de re iudi.non obst.quòd lex posterior,[a] corrigat priorem.c.j.de constitu.in.vj.quia verum est,quando directò contrariatur: sed rigor & æquitas non sunt directò contraria, quia æquitas temperat rigorem. † & ad hoc facit: quia si plures opiniones sunt relatæ, & vltima continet rigorem:non videtur recessum à prima quæ habet æquitatem. vt nota.tradit Areti.[b] in consi. clxiij. diligenter & maturè.colum.vij.per gloss.in.l.si cum exceptione.§.sed & si quis.ff.quod metus causa.

A ¶ Posterior. Idẽ in statutis & consuetudinibus & in rescriptis & ĩ cõtractibus, & in pactis & vltimis voluntatibus, & legatis codicillis & sententijs interlocutorijs, & in constitutionibus procuratorum,& in iuramentis,& in mora & fama & in opinionibus & in violẽtijs.oĩa ista ponit Iason in.l.si quis ante.in.iij.col.in versi.nota primo.suprà de acquir. pos. Hie.Chucha.

B ¶ Aret. Quẽ sequitur Iason in.l. si tibi.ff. si cert.petat.col.iij.versi. quintò nota.

Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Quando vni competunt plura iura, si vnum remittit aliud remanere intelligitur.
2 Renuntiatio si ad hæreditatem refertur, omnibus iuribus renuntiatum videtur quæ ex ipsa competerent.
3 Præcedentibus pluribus stipulationibus, acceptilatio ad oẽs simpliciter porrigitur.
4 Prædicta intelliguntur in pluribus connexis: secus si separata essent.
5 Iuri de futuro,renuntiari non potest.
6 Filia quæ renuntiauit hæreditati patris. non excluditur quin succedere possit iuri sibi delato à fratre.

REGVLA XC. PAVLVS.

QVOTIES *duplici iure defertur alicui succeßio: repudiato nouo iure, quod antè defertur: supererit uetus.*

REGVLA loquitur in successione, quæ alicui dupli ci iure defertur. Et regula potest dupliciter intelligi. Primò quando eodem tempore defertur.Secundò quando successiuè competeret.& vtroque casu videtur regula habere locum.

¶ Circa primum, quando eodem tempore defertur regula, exemplificatur vt per gloss. in. l. suum. C. de iure delibe. † vbi vocatus ad eandem successionem de iure ciuili & prætorio, si bonorum possessionem repudiauit, non prohibetur adire.& ad hoc est regula generalis quã facit

facit Bart.[a] per illum text.in,l. si dominus. suprà de ser. vrba. prædio. vbi inquit, quòd quando vni competunt plura iura, si vnum remittit, aliud remanere intelligitur. facit text. in.l. si prius. in princip. suprà de aqua plu. arcen.& in not. quæstione tradit Bald. in.l.iij. in.q. viij. C.de rescin.vendi.

¶ Et regula ista intelligitur, quando renuntiatio vnam speciē litis respicit: prout tex. hic loquitur ibi repudiato nouo iure: quo casu renuntiatio videtur limitata, quæ limitatum effectum producit.l. in agris.ff.de acquir. rerū domi. † Secus est si repudiatio referatur ad ipsam hæreditatem vel successionem: quia tunc renuntiatum videtur omnibus iuribus, quæ ad ipsam hæreditatem competerent. ita not. Barto.[b] concludit in.l.nec is.§.j.ff.de acquiren.hęredit. alleg.l. si duo.§. idem Iulianus scribit.& §.si quis iurauerit.ff.de iureiuran. & idem tenet Ange.in d.l.suum. dicens quòd si quis renuntiauit hęreditati simpliciter: tunc si ex mille capitibus esset possibile illum succedere, omnibus renuntiatum videtur. & ibi sequitur Alexan. post alios quos ibi refert. & facit glo.not. in.l.j. §.sed videndum.in versi.succedat.ff. de suc. edi.ad idem facit text.in.l.pluribus.suprà de except.† vbi præcedentibus pluribus stipulationibus, acceptilatio facta simpliciter ad omnes porrigitur.& facit glo.in.l.empto.§.Lucius.ff.de pactis. & quod not.Bal.in.l. pactum quod dotali. in. xvj.q. C. de colla. cum simi. vt tradit Alexan.in consilio. ij. viso atque vt oportet considerato themate. colum.ij.lib.ij.

¶ Secundò † regula limitatur, in pluribus iuribus separatis: secus essent iura connexa, vt quia vnum haberet dependentiam ab altero: quia tunc vno sublato, etiam alterum sublatum videtur. vt in.l.illud.suprà de acquir. hæred. vbi repudiata hæreditate ab intestato, etiam ex testamento repudiata intelligitur. et nota. per gloss. & Paul.de castr.in.d.l.si dominus.

¶ Venio ad secundum, quando successiuè plura iura competerent: & tali casu regula loqui videtur ibi: nouo iure

A ¶ Bar.& Iason in.l. nec is. §. j. in.j. nota. ff.de acquiren. hæredi.

B ¶ Bart. Iason in prin.iij. col. vbi dicit hanc communem: licet sequendo Barba. in rub. C.qui admitt. in.vj.q. teneat contra Barba. & communē.

quod ante differtur. Et à fortiori hoc videtur procedere, exemplum in eo qui venire poterat ad successionem successiuè ex capite vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, si renuntiauit primo capiti liberorum, non videtur exclusus ab alijs capitulis quæ successiuè competunt. l. j. §. sed videndum. ff. de succes. edi. l. ij. in princip. ff. vnde legi. & hoc intelligitur quando limitatè facta sit repudiatio: respectu vnius capitis. secus si absolutè: quia expressa repudiatio facta respectu hæreditatis, ab omni capite repudiantem excludit: vt voluit gloss. not. in. l. j. §. sed videndum. & suprà dictum est.

¶ Sed aduertendum est, quia ista declaratio videtur bene procedere, quando plura iura eodem tempore competerent: prout. ff. dictum est in primo casu regulæ: secus videtur in iuribus quæ successiuè competerent: quia renuntiatio etiam expressa, relata videtur ad illud caput ex quo erat successio delata, & non ad alia capita quæ nondum competebant: † quia iuri de futuro, renuntiari non potest. l. is potest. & l. quandiu. la. ij. de acquir. hære. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. de leg. ij. & dixi [a] in l. j. C. qui admit.

¶ † Et vlterius ista regula exẽplificari potest, in filia [b] quę renuntiauit hæreditati patris: nam non excluditur quominus possit succedere in hæreditate paterna quæ ex persona fratris sibi deferatur: cum illa ex nouo iure superuenienti sibi deferatur: vt decidit Ang. in consi. lij. dominus Gidius col. fi. versi. nec obstat quòd suffocauit. cum simi. vt tradit Alex. in. l. j. §. veteres. col. antepe. ff. de acquirẽ. posses. & idem Roma. in consi. clxv. circa primum quo quæritur. in princi. idem Roma. in consi. xl. visis. & Benedi. Capra. in consi. lxiij. cum viso & considerato. in. ij. dubio. & not. Bal. in. l. j. col. fi. de re. diui. vbi inquit, quòd filia quæ renuntiauit hæreditati patris, non prohibetur succedere in feudo quod sibi ex persona fratris defertur. & idem in statuto no. Barto. in. l. fi. in princi. in fin. j. q. ff. ad tertiu. dicens, quòd filia quæ excluditur à statuto ab hæreditate patris, non prohibetur succedere fratri qui

hære

A ¶ Dixi. Et in consi. xxxj. col. pincip. & pro tenui facilitate. & in cõsilio. lxxxvj. col. iiij. versi. venio igitur ad secundum. inc. viso puncto & diligenter &c.

B ¶ In filia. ad de eundem dominum Philippum in regula hæreditas. suprà eodem. finalibus verbis.

hæreditatem paternam adiuit. & facit quod not. Barto. in consi. lviij. ex themate prædicto, in fin. cum simi. vt tradit Alexan. Moder. in. d. l. j. §. veteres. & nouissimè, latè Socin. in consilio. lxxiiij. super controuersia. in vlti. lib. & Corne. in consi. cccv. in hac cõsultatione. col. iij. lib. iiij. ¶ Et licet doctores in locis præallegatis loquantur, quando hęreditas patris adita sit per filium: quo casu desinit esse hęreditas patris. l. sed si plures. §. si filio. de vulgari & pupillla. not. in dicta. l. j. §. veteres. idem tamen videtur: licet hęreditas adita non fuerit: quia satis est, quòd filia veniat ex persona fratris, vt nota. concludit Benedictus Capra. in consi. xij. & si viso & considerato. circa finem. & idem tradit Areti. in consi. clxj. in pręsenti consultatione videndum est. in princip. Et ad supradicta etiam facit, quod nota. per Bal. in. l. licet. C. de iure delib. cum simi. vt Alexan. ibi scribit. Et ad regulam etiam facit, quia quando plura obstant, non sufficit quòd vnum remoueatur: quia aliud remanet, vt no. Bal. in. l. j. co. penul. in versi vnum etiam scias. C. de fur.

Subtilis do. Philippus.

NOTABILIA.

1 **Error scriptoris partibus non nocet.**
2 **Error si sit in falsa grammatica, non propterea vitiatur instrumentum.**
3 **In dubio debet interpretatio fieri, vt non sit falsa grammatica.**
4 **Quicquid dicit notarius factum respiciens, dixisse videtur de voluntate partium.**
5 **Notarius quando errorem suum corrigere posfit.**
6 **Quo casu sit notario credendum, corrigenti errorem suum.**
7 **Error, quando ex interuallo non posfit corrigi.**
8 **Error quomodo probetur.**
9 **Error quando de facili probetur.**
10 **In probando errorem quot testes requirantur.**
11 **Solennitas testamenti quot testibus probetur.**
12 **Notarius quando de suo errore puniatur.**
13 **In notario, quando præsumatur falsitas.**
14 **In dubio præsumi errorem potiùs in notario, quàm falsitatem.**

REGVLA XCI. SCAEVOLA.

SI LIBRARIVS *in transcribendis stipulationis uerbis errasset: nihil noceret quominus & reus & fideiussor tenerentur.*

NOTO quòd † error scriptoris, non nocet partibus. ad idem textus in. l. imperator. la. j. suprà de statu hominum. in. l. errorem. C. de testamentis. facit textus in l. ambiguitates. eodem titulo. & per istum textũ notat Baldus in consilio. cxxv. dubitatur. in fine. libro secundo. Fulgo. in consi. cxxxiij. circa primum. colum. j.

¶ Et ideo si notarius dicat, quòd pater reliquit filiæ iure restitutionis,[a] cum debuerit dicere iure institutionis: nõ nocet iste error quominus videatur filia instituta: vt not. Bald.in l.si cum ante.C. de dona. ante nup.in ver. & pro hoc consului.

¶ Et eodẽ modo si imperitus notarius dicat, pro sua falcidia.cũ debuerit dicere pro legitima. Et si dicat quòd mulier renũtiauit bñficio Valeriani, cũ debuerit dicere Velleiani, non nocet iste error[b] quia patet: vt concludit Bal. in l.Imperator.la.j.col.ij.ver.item quidam notarius rusticus.§.de statu homi: Et similiter si notarius dicat, substituo te procuratorem, intelligitur constituo. vt no.Bal. in l.penul.C.de procura.

¶ Et generaliter † si sit error in falsa grãmatica, non per hoc vitiatur instrumentum notarij: vt not.Bar.in l.Plautius.in fi.§.de auro & argen.le. Et speciale est in rescriptis papæ.c.ad audientiam.el.j.de rescrip. Secus est in alijs instrumentis notariorum: vt Abb.ibi post alios dicit.& no. Barto.hîc Bal.& Ang.in.d.l.Imperator.

¶ Et hoc intelligitur, quando cõstat de mala grãmatica: † in dubio autem debet interpretatio fieri vt non sit falsa grammatica.d.l.Plautius. no.Barto.in l.cum in testamento.in fi.de auro & argen.leg.& Cuma. in consil. vij. visis compromisso.col.vj.in ver.ad secundum.

¶ Et eodem modo quòd hîc dicitur de errore, intelligitur quando constat. Et in dubio non præsumitur, vt not. Ang.in.d.l.errore.in prin.C.de testa.& Bald.in.d.l.Imperator.in prin. Et ad hoc facit: quia pro notario præsumitur[c].c.ad audientiam.de præscrip.& not. Bald. in.d.l. error.& col.j.& ibi dicit quòd quicquid sit scriptum in instrumento, præsumitur scriptum de volũtate & cõmissione eius qui rogauit.& not.Barto.in l. si quis filiabus.§.de test.tut.Roma.in consi.clxxx.amplissime doct. in.j.col. fi.in ver.nec refragatur.

¶ † Et quicquid dicit notarius, quòd factum respiciat: videtur dixisse de assertione & voluntate partium: vt not. Bald.in l.j.circa fi.de priui.do.& in l.ab executione.circa fi.

A ¶ Restitutionis. Adde Iaso. in authẽ.nouiss. C. de inoffi.testa.col.ix.vers. quid autem si grossus.

B ¶ Error. Adde secũdũ Bar. in l. quoties. §. sed si non.ff.de hæred. insti.etiã si erratum sit in quãtitate continua vel discreta dispositionẽ nõ vitiari quin quod est dictũ, præualeat ei qđ est scriptum.& multa de errore vide apud eum eo loco &. §. tantundẽ & Iason.in l.si id qđ aurum. nu.1.ff. de verb. oblig. Pe. Coruesius.

C ¶ Presumit. Adde eundem do.Phil.in consilio.xv. col.v. ver.v.facit. incip. & pro tenui facilitate. &c.

ca fi.ver.pone ſtatuto.C. quo.appel. & in l.mater. col.ij. ver.præterea verba.C.de rei ven.& meritò error debet liquidò probari: & non ſufficit iuramentum in defectum probationis.vt not.Bald.concludit in l.Imperator.co.ij. ver. ſed an poterit. Et ad hoc facit, quia cum ſit præſumptio pro notario,de eo quod ſcriptũ reperitur,vt dictum eſt probationes clariores requiruntur:& tali caſu non recurritur ad iuramentum in defectum probationis: vt not. Ang.in l.fi.in prin.§.quod met.cau.& facit tex.in c.quia veriſimile.de præſump.& quod ibi Abb.

¶ Et quia Bart.hîc proſequitur materiam huius.l.videndum eſt principaliter de duobus.

¶ Primò,† quãdo notarius poſsit errorẽ ſuũ corrigere.[a]

¶ Secundò qualiter error notarij probari poſsit.

¶ Circa primum habemus cõſiderare duos caſus. Primus eſt in pertinentibus ad notarium. Secundus in ſpectantibus ad partes. In primo caſu,ex dictis Bart.plures concluſiones colliguntur.

¶ Prima eſt,quòd in his quæ ſpectant ad notarium in quibus error non vitiat:notarius poteſt errorem ſuum corrigere:puta ſecundũ Bart.in falſa latinitate.Et idem in exemplis.§. dictis,in quibus dictum fuit errorem vitiare.& idem tenet Bal.in rub.C.de fide inſtru.col.vj.ver. ſed pone quòd tabellio.& idem Bald.in l.cum proponeretur.in verſi.vlt.quæro.de leg.ij.quia talis emendatio neminem lædit.alleg.l.actorum verba.§.de re iudi.& idem Ang.in d.l.imperator.in prin. quia pars non habet cauſam contradicendi,quare non corrigat.arg.l.dotem.§.ſol.matri. & ibi Bald.in prin.

¶ Et ideo ſi oratio truncata ſit,ſuppleri poteſt per verbũ ſubauditum:vt not. Angel.in.d.l.errore.in prin.& Bald. ibi plenius.Et plura ſimilia ad hoc tradit Bald.in l. verbũ volo.C.de fideicom.

¶ Et iſta prima concluſio ampliatur,ſecundũ Bar.hîc etiã ſi erratum ſit in eo ꝙ vitiaret inſtrumentum:puta ſi ſit defectus indictionis,[b] qui vitiat inſtrumentum: poterit tamen notarius errorem ſuũ corrigere ſecundũ Bar. hîc, ne

A ¶ Corrigere. Vide iſtam materiã ita bene declaratã ſicut alibi per Feli. in.c. ex literis.poſt doc.ibi de fide inſtru.

B ¶ Indictiõis. Idem Ioan. de ana.in cap.cum graui.de crimi. fal. ij. col. poſt mediũ. & hoc niſi malitiosè, quia tunc puniretur tanquam falſarius.

ſcribentis error,noceat partibus.& idem tenet Bald.C.de iuſti.codi.con fir.col.fi.ver.ſed an tabellio.Et idem Bart.in l.nominatim.in fi.de cõdi. & demon.Bald.in.d.l.cum proponeretur.col.ij.Ang.in.d.l.imperator. col.ij.ver.iuxta prædicta quæro.& ibi concludit maiorem eſſe defectum indictionis quæ nullo modo appoſita ſit, quàm ſi erronea indictio appo natur poſt Dy.in conſi.xxxv.quem ibi refert & Bar.hîc & Rom.in cõſi. ccxxxv.quo ad primum.in fi.

¶ Secundò Barto.concludit,† quòd ſi ſit erratum & non conſtat in quo erratum ſit:vt quia omiſit diem,& non conſtat de quo die:iſto caſu notario dicenti ſe recordari de die,credendum erit ſicut officiali creditur: maximè cum hoc de die ſit quid minimum:quia ſi teſtis de die nõ recordatur,tamen probat.l.teſtium.cum glo. C. de teſti.& ita Bart. hîc dicit.

¶ In quo aduertendum eſt,quia iſta concluſio videtur procedere quãdo non eſt vis in tempore:quia dies non eſt de ſubſtantia inſtrumenti.

¶ Secus videtur ſi ſit de ſubſtantia inſtrumenti: vt in actione hypothecaria:quia tunc corrigere non poteſt niſi probato errore:vt Ang.dicit in d.l.imperator, & cum autoritate iudicis:vt not. Bald.in.d.l. imperator. col.iij.& idẽ Bald.in tit.de pace conſtantiæ.in verbo pacta.ver.ſed quid ſi apponantur ſolennitates.

¶ Et iſta concluſio ſecundum Bart.procedit,quando erratum fuit omittendo diem: quia tunc non dicitur functus officio ſuo: edendo inſtrumentum abſque die.

¶ Sed ſi erratum ſit apponendo vnum diem vel menſem pro alio: quia tunc notarius non poterit ſe corrigere, niſi conſtet de errore per teſtes vel alio modo:quia tunc videtur functus officio ſuo.ita Bart.dicit alleg. tex.in l.quicquid aſtringende.ſecundũ vnum intellectum.de ver.oblig. Et iſta limitatio Bart.videtur de plano procedere; quando dies eſſet de ſubſtantia.vt.ſ.dictum eſt in hypothecaria:ſi verò non eſſet de ſubſtantia,tunc videtur ꝙ error corrigi poſsit:quia ſi Bart.hoc permittit,quando dies omiſſa ſit:vt.ſ.retuli:à fortiori idem dicendum videtur: quãdo dies non fuit omiſſa:ſed vna pro alia appoſita ſit:quia maior eſt defectus omiſsionis,quàm erroris:vt dicit Bart.hîc poſt Cyn.quem refert.Et idẽ no.Bal.in.d.l.imperator. col.iij.&.ſ. dictum fuit de indictione omiſſa.

¶ Et hoc de plano videtur procedere,ſi parti non ſit datum inſtrũmentũ:vt no.Bal.in rub.C.de fide inſtr..col.vj.& Bar.in.d.l.imperator.co.j.

¶ Secus ſi fuit data copia parti:quia tunc videtur indiſtinctè quòd corrigere non poſsit niſi probato errore & de conſenſu iudicis ſecũdum Bar.

in.d.l.

in.d.l.imperator.& in l.fi.versi.sed quid si notarius.s̄.de tabu.exhi.Bal. in l.ambiguitates.in fi.C.de testa.& in.d.rub.de fide instru.col.vj. & in l.fi.col.penul.in verb.quartò quæritur.C.de eden.& in tit.de pace constantiæ.in verbo pacta.in fi.Et idem Ang.in consi.ccxcij.visis.col.j.Cuma.in consi.xxiij.viso.& Soci.in consil.xciiij.præstantissimis.col.iiij.& consil.xcviij.aliâs consului in nouis.

7 ¶ Secundus casus principalis est, si erratum sit † in pertinentibus ad partes:& tunc secundum Bar.error corrigi non potest,ex interuallo:sed incontinenti sic.& idem Ang.in. d.l.imperator. in prin. & no. Bald.in.d. rub.de fide instru.col.vj.& in l.cum proponeretur.co.ij.ver.vlt.quæro. de leg.ij.& idem Bar.in.d.l.imperator.

8 ¶ De secūdo principali dubio,† de probatione erroris:primò dicit Bart. quòd error probatur de facili per originale quod reperitur:quia illud inspici debet.§.penul.in authen. de tabel. & idem Bar. in l. Sempronius Proculo.de leg.ij.in l.si quis ex argentarijs.§. prætor ait.suprà de eden. cum si.vt ibi tradit Alexan. & in consi.cv.reuerende domine.in.ij.lib.& Petr.de ancha.in consil.ccccxxxij.præmissa.Ange.in consilio. cccxlvij. pater stipulatus.

9 ¶ Secundò de facili probatur,† si partes confitentur errorem:vel etiam si testator hoc dicat,in his quæ ab eius volūtate pendent:vt no. Bar. hîc circa fi.& in l.cum proponeretur.de lega.ij.

10 ¶ Tertiò probari potest, testibus.† Sed tot testes requiruntur,quòd necessarij sunt in dispositione principali de qua agitur: vnde in testamento,error debet probari septē testibus, quādo agitur de substantia ipsius testamenti: hoc est de voluntate testatoris. Secus est in qualitate requisita in testamento:vt not. Bart.post glo. in.d.l. cum proponeretur.cum similibus: vt tradit Alexan.in l.errore.circa fi.C.de test.Soci.in cōsi.lj.

11 viso testamento.in fi.Et quod dictum est de probando † qualitatē,idem est si agatur de probando solennitatem:quia duo testes probarent secūdum Ang.in l.ambiguitates.C. de testa.in quibusdam lecturis. Alexan. in.d.l.errore.in fi. de quo dixi in l. fi. C.de secun.tab.Et de probatione erroris not.Alexan.in consi.cxj.super testamento.col.j.lib.j.Et in dicto consi.cv.reuerende domine. lib.ij.in consi.lxxxviij.in causa do.Bar.lib. iiij.Soci.in consi. xciiij. præstantissimi. col.iij. & Lauren. calcaneus in consi.xlviij.viso dicto casu.col.penul.

13 ¶ Vltimò regula ista procedit,† prout loquitur quando errore fuit aliquid omissum. Secus si dolo & malitiosè notarius aliquid omiserit: quia

tunc puniri debet. Et an tunc corrigere possit, not. Bal. in l. ij. C. de fideicō. liberta. & in rub. C. de fide instr. col. vj. versi. vnum scias. & tradit Lanfran. in repetitione capituli quoniam contra. col. vij. de proba.

¶ Et quando falsitas in notario præsumatur. † no. in l. iubemus. C. de testa. vbi Alexan. And. siculus in consi. xxix. col. viij. lib. j. † In dubio tamen, in notario semper potius præsumitur[a] error, quàm falsitas: vt no. Bar. per illū text. in l. quoties. §. j. ff. de hære. insti. cum simi. vt tradit Alex. in consi. xl. habita super cōtentis. col. fi. lib. j. & cōsi. xxvij. in causa & lite. in prin. li. ij. Pe. de anch. in consi. cclxxxvij. tria principaliter. col. j. Cuma. in consi. cxxv. ad primum. & dixi in cōsi. clxxv. Et regula etiam ista limitatur: vt per Alexan. in l. errore. col. j. & in l. ambiguitates. in fi. C. de testa. Et materia latè habetur in tractatu clausularum in charta. xlj. Subtilis do. Philippus Decius.

A ¶ Præsumit. Adde eundem do. Phi. in cōs. clxxv. incip. in causa falsitatis. Io. de ana. in c. cū diligenti. de accu. ij. co. quasi in fi. & Alex. in. c. ego solis. ix. di. aret. in cōsil. xlvij. inci. visis & diligēter pōderatis. in. j. col. ver. pro his facit optīe &c. Fel. in. c. ex literis. ij. col. versi. tertia cōclusio. hoc tñ est limitandū secundū eū ibi. ver. sed limita nisi notarius emisisset solennitatem iuris in testamento quæ interuenire debebat: quia tūc nō præsum it error sed falsitas. de quo vltra eum & quos allegat vi de Barto. in. c. quoniā: vt lite nō cōtesta. col. xv. in medio. & in cōsi. lviij. inci. clementissimi. in. j. vol. pe. col. Bal. in sua mar. in ver. error. ver. xij. & xiij. Hierony. Chuchalon.

NOTABILIA.

1 De iure antiquo, filiusfamiliâs non habebat possessionem rei peculiaris.
2 Seruus qui ab alio possidetur, quòd domino non acquirat.

REGVLA XCII. MET.

FILIVS *familiâs neq; retinere: neq; recuperare, neq; adipisci possessionem rei peculiaris uidetur.*

NOT o † quòd isto iure filiusfamiliâs non habebat possessionem rei peculiaris: quia statim possessio patri etiam ignoranti, acquirebatur. l. quicquid. suprà de acquiren. possess. l. j. §. item acquirimus. eod. titu. facit tex. in. §. j. insti. per quas personas nobis acquiritur. & in l. placet. de acquiren. hæredi.

¶ Et ampliatur ista regula, etiam si filiusfamiliâs ab alio possidebatur. vt dicit text. in dicta. l. quicquid. quia secundum gl. ibi illa acquisitio fit vigore patriæ potestatis: quæ durat licet ab alio possideatur. Secus est in seruo, † qui do- 2
mino nō acquirit: si ab alio possideatur. l. j. §. sed & per eū suprà de acquirenda possessione. quia in seruis acquiritur domino, ratione possessionis: vt dicit glo. in dicta. l. quicquid.

quid.facit text.in l.j.in fine.suprà de acquiren. possessio. de quo videndum est per doctores in dicta.l.j.§.item acquirimus.& per Alexan.in l.j.§.veteres.col.iij.de acquiren.posses.

¶ Et regula limitatur, vt per glo.hîc:quia hodie non procedit.

¶ Item regula videtur procedere in possessione, quæ habet aliquid iuris.Secus videtur in detentatione, quæ filio acquiri videtur argumen.l. stipulatio ista.§.hi qui. de verbo. obliga.Et pari ratione implementum conditionis, quæ in facto consistit ipsi filio acquiritur.l. qui hæredi.in princip. de condi. & demonstra. facit text. in.§. sed cum factum. instit. de stipula. seruorum.

Philippus Decius.

REGVLA XCIII. VLPIANVS.

NON SOLENT *quæ superabundant uitiare scripturas.*

DE ista regula dictum fuit.s.in regu.quæ dubitationis.

NOTABILIA.

1 Soluendo esse dicitur, qui fideiussorem habet.
2 Soluendo intelligitur, quando potest totum soluere.
3 Soluendo intelligitur qui habet nomina debitorum.
4 Quando dicatur quis non posse soluere:remissiuè.
5 Non præsumitur soluendo ille, cuius bona venduntur.

REGVLA XCIIII. VLPIANVS.

NEMO *dubitat soluendo uideri eum, qui defenditur.*

ET PER ISTVM textum glo.in l.soluendo.suprà de verbo.signi. dicit, quòd soluendo quis videtur, per se vel per alium.& not.Barto.in l.j.suprà de custod.reorum † dicens quòd soluendo esse dicitur, qui habet fideiusso.ad idem text, in l.si plures.§.præterea.el.ij. suprà de fideiusso. Et per istum textum hîc Barto.in l. item liberatur.§. qui paratus. suprà quib.mod.pignus vel hypo.sol. ibi decidit.q. quàm hîc indecisam reliquit:& respondet ad text.in l.rescripto.§.debitores.ver.planè suprà.de mune. & hono. cum simi. vt tradit Alexand. in l.iiij.§. si ex conuentione.colum.j.de re iudi,

¶ Et Ange.aret.in tract.malefi.in ver.quas si non soluerit.& idem Alexand.in l.j.suprà qui satisd.cog.& Moder.ibi.Et And. sicu.in consil.xv.
2 colum.secūda.libr.ij. † Et soluendo quis intelligitur quando in totum soluere potest.d.l.soluendo.de verbo.signifi.& insti.de obli.quæ ex delicto in.§.fulloni verò.in fi.
3 Et soluendo esse videtur, † qui habet nomina debitorum ; quia non dicitur

citur suspectus: vt not. Bald. per illum tex. in l. facere. suprà solu. matri.

¶ Et hoc intelligitur, quando debitores sunt boni & de facili exigibiles[a] aliâs secus. vt concludit Alexan. in. d. l. facere. post alios quos ibi refert.

¶ Et idem Alexan. in consi. xxxvij. viso & opportunè discusso. col. iiij. ver. terio per hoc adduco. lib. ij. † Et quando quis dicatur non posse soluere, vt quia imponitur pœna corporalis si pecuniariam impositam soluere non poterit. not. Bald. in l. quicunq;. col. penul. ver. sed pone statutum. C. de ser. fugit. Ange. in l. j. §. de iniusto rupto. cum simi; vt prosequitur Ange. aret. in. d. tractatu male. in verbo præallegato vbi latè refert Imol. in l. suus quoq;. ver. Sed si filio. col. penul. §. de hære. insti.

¶ Et ad prædicta vide Bar. in l. tres tutores. in fi. §. de administr. tu. vbi dicit, † quòd non præsumitur soluendo ille cuius bona venduntur: & qualiter probetur quòd quis non sit soluendo not. Bald. in authen. hodie. versi. ij. quæro. C. de actio. & obligat.

Philippus Decius.

NOTABIBIA.

1 Eius est legem interpretari, cuius est condere.
2 Iudices quòd potestatem habeant interpretandi leges, in præiudicium partium.
3 Cùm pro interpretatione priuilegij ad principem recurritur, intelligitur pro interpretatione concernente validitatem priuilegij.
4 Papa quòd interdum præiudicet illis, quibus fuerat ius quæsitum.
5 Rescripta secundum intẽtionem papæ interpretantur: ideo ad eum recurritur.

REGVLA XCV. MET.

IN ambiguis orationibus, maximè sententia[b] spectanda eius est, qui eas protulisset.

ET HAEC regula exemplificari potest, in principe ad quem recurritur, pro interpretatione[c] legis. † Quia eius eius est interpretari, cuius est condere. l. fi. C. de legi. c. inter alia. de senten. excom.

Et

A ¶ Exigibiles. Vide Bald. in l. ij. in princi. ff. de noxali.

B ¶ Sententia. arbitror intelligere Metianũ hìc, nedum eã quæ à iudice ꝓfertur, vel quæ à prĩcipibus cõceduntur, sed in genere magis à quocunq; fuerit ambiguè ꝓlatum spectandũ esse, quid is qui ꝓtulit vòluerit. & qua mente vt illius intentioni & fine cõueniat ꝓut indifferenter in orationibus ambiguis dicit. Pet. Coruest.

C ¶ Interpretatione. Interpretatio qd sit vide Bal. i rub. C. de verb. sig. in prin. & Lanfran. in tracta. interpreta. statuto. in. j. col. in ver. iiij. præmitto &c. & Bald. in sua marga. in verbo interpretatio. Pau. consil. cccxl. in in prin. p̃missis allegationibus. in. j. vol. et Bar. in l. ab executore. ff. de appel. Hiero. Cauch.

¶ Et ideo pro interpretatione statuti, ad populum qui fecit statutum, recurritur: vt not. Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. in pen. chart. in ver. iij. quæro. Et dicit Barto. ibi hoc procedere in subsidium, quando alia interpretatio quæ congrua sit, haberi non potest: aliàs secus: nã quando est dubium arduum & inexplicabile, ad principem recurritur: vt not. Abb. in c. j. in. j. notabili de iura. calum. & in c. cum venissent. de iudicijs.

¶ Et ideo † iudices prius habent potestatem interpretandi leges, in præiudicium partium: vt not. Inno. in c. cum speciali. de appel. & Abb. ibi sequitur. & in d. c. cum venissent. & in d. c. j. de iuramẽ. cal. & in c. capellanus. col. j. de ferijs. cum simi. vt tradit Feli. in d. c. inter alia. Et hoc intelligitur, nisi essent verba clara: quia tunc non potest iudex aliter interpretari, quàm verba dicant: vt not. Barto. in l. ab executore. in prin. col. penul. ff. de appel. Bald. in l. ea quæ. C. commina. vel episto. Aret. in consi. lvj. post absolutum. & in l. v. §. stipulatio. de verb. oblig. Alex. in consil. ccxv. nec arguendi. in fi. lib. ij.

¶ Similiter ista regula exemplificari potest in priuilegijs, vt est text. in cap. cum venissent. de iudic. † vbi pro interpretatione priuilegij, ad Papam[a] recurritur. Et hoc intelligitur de interpretatione concernente validitatem priuilegij; vt not. Bald. in l. hi qui. in princip. C. de appel. & Paul. de Castr. ibi in fin. facit quod not. Oldrad. in consil. ccxxx. Vrbanus episcopus. circa fin. Et ideo statuta inualida confirmata à summo Pontifice, quia tolli ab imperatoribus non possunt, à summo pontifice interpretari debẽt: vt not. Bald. & Angel. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupilla. Et quando ad Papam recurritur, eius interpretationi & declarationi standũ est, dato quòd à principio eius intentio talis non fuisset: vt not. Angel. in consil. cclxxiij. non est dubium. colum. secunda. & idem Paul. de Castr. in l. hæredes palam. §. si quid post. colum. secũda. suprà de testamen. † vbi inquit, quòd papa sæpenumero facit multas declarationes circa gratias ab eo factas. Et præiudicat illis quibus erat ius quæsitum per illum textum: quasi illud

A ¶ Papam. interpretatio à papa de quibus fiat, & an admittatur probatio in contrarium vide Cardina. in cle. j. de concess. præbẽ. & Bald. in l. ij. C. de sen. ex periculo recitan. & do. Phili. in c. ij. de offi. deleg.

si illud quod declaratur fuisse à principio dictum: quo casu non fuisset alteri ius quæsitum: & dicit hoc procedere in propria declaratione quæ consistit circa aliquod verbum dubium: secus si non esset verbum dubium: quia tunc esset noua dispositio quę nõ tolleret ius alteri quæsitum. Et ad hoc vltimum dictum Pau. de cast. est notabilis decisio Pe. de anch. in consi. cccxcix. pręmitto. col. fi. & idem tradit Pau. de castr. in consi. clvj. viso. col. fin. & dixi in. d. c. cum venissent. vbi videndum est.

¶ Eodem modo † in rescriptis, recurritur ad papam: quia secundum eius intentionem interpretari debent: vt no. Inno. in. d. c. cũ ecclesiasticę. de exce. cum simi. vt dixi ibi. Et idem est in iudice, qui potest eius sentẽtiã [a] interpretari. l. ab executore. in princi. ꝟ. de appel. & ibi Bart. cum simi. vt no. Alex. in. l. ij. col. fi. de lib. & posth. & in. l. actorem. de re iudi. Et ad regulam hic facit tex. in. l. in prętorijs. de pręorijs stipulationibus.

A ¶ Sententiã quã non poterit nisi semel interpretari, ita Bal. per gl. ibi i. l. ij. C. de sen. ex peri. recitã. Imola in. l. ab execu. in prin. suprà de appel. Iaso. in. l. quod iussit. in. xj. co. suprà de re iu. Hiero. Chuch.

Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Sententia deportationis, quæ bona auferat?
2 Sententiam deportationis ea auferre quæ in hæredes extraneos transirent.

REG. XCVI. HERM.

E A SOLA *deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.*

NOTO secundum intellectum glo. qui planior videtur, † quòd sententia deportationis [b] solùm aufert ea quæ in fiscum transferuntur, bona enim deportati deferuntur in fiscũ. l. deportatorũ. C. de pœnis. & no. per gl. in. §. relegati. instit. quib. modis ius pa. po. sol. vnde dicitur hîc, quòd per sententiam deportationis, solùm auferuntur ea quę in fiscum transferuntur: quia si fiscus recusaret bona, quia fortè reputaret, quòd non essent soluenda. iuxta. l. primam. §. an bona. ꝟ. de iure fisci. illa repudiata non transirẽt in fiscũ. vel secundò, regula declarari potest, quòd † ea sola sententia deportationis aufert, quæ in fiscum transferuntur: videlicet illa que transeunt in hæredes

B ¶ Deportationis. Deportati dicuntur peregrini. l. alieni. Pau. de ca. in. l. j. C. de hæredi. institu. & quòd deportatio non dicatur expulsio de ciuitate: vide Bart. in. j. constit. digestorũ. §. ii. in fine.

redes extraneos. quia alia non transferuntur in fiscum: vt in .l.j.vbi Bar. C.de oper.liberto.& Bar.in.l.iura.§.de iure patro.cum simi.vt tradit Alexan.in consi. xxiij. opportunè cósideratis.col.ij.lib.j.& in consi.lxxxix.vtrum in princi.lib.iiij. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 **In pari causa lucri, præferri eum qui est prior in tempore.**
2 **In beneficijs ecclesiasticis, potior est qui prius impetrauit.**

REGVLA. XCVII. HERM.

QVOTIES *utriusque causa lucri ratio uertitur: is præferendus est, cuius in lucro causa tempore præcedit.*

NOTA † quòd in pari casu lucri, præfertur ille qui est prior in tempore.

¶ Sed ad declarationem regulæ cósiderandum est, quòd si rei donatæ facta fuisset traditio illi qui fuisset posterior in titulo: ille esset potior quia prius dominium habuisset.l.quoties.C.de rei vendi. cum simi.vt dixi in regula contractus.suprà eodem.

¶ Et tali casu regula non haberet locum: vt no.per glo. in regula qui prior. de regu.iur.in.vj.vnde regula intelligitur, cæteris paribus. & facit text. in dicta regula qui prior.& in.l.in operis.§.locati.

¶ Et regula etiam exemplificari potest, in beneficijs ecclesiasticis: quia † potior est, qui prius [a] impetrauit.c. eum cui.de præben.in.vj.not.in.c.capitulum sanctæ Crucis.de rescriptis.

¶ Et ad istam regulam, quamplures quæstiones similes prosequitur Roma.in consilio.xlvij.visis necessarijs.vbi principaliter loquitur de illo Comite qui obligauit se duobus principibus. Et in terminis regulæ in pari causa lucri, plura iura & similia Roma.inducit in cósi.ccxcviij. circa præmissam.& idem tradit Pau.de castr.in consilio clvj.viso & examinato puncto.co.iij.vbi concludit, quòd secunda concessio facta de quibusdam bonis feudalibus, non derogat priori.& in simili casu tradit Alexan.in consilio.iij. ex his quæ in themate. lib.v. & in consi. xxiij. viso

A ¶ Prius. Vide Dyn.in reg. qui prior. in princ. vbi eius add.satis remissiuè in verb.potior. & ad id quod dicit de prioritate vni⁹ horæ: Vid.Soci.& Iaso. in.l. j.ff.sol.ma.vbi ponunt qñ collatio est facta à papa vbi et alteri ab ordinario: & ĩ collatione ordinarij apparet de modica prioritate temporis quis præferatur.

viso processu.colum.,eadem.lib. v.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Non dicitur esse in in mora, ille qui negat.
2 Debitor de decem à quo, xx. petuntur, ꝙ maiorem summam negare non possit: quia etiam minorem negare videretur.
3 Minorem summam in maiori contineri.

REGVLA XCVIII. VEN.

NON *potest uideri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat.*

IBI qui ignorat quantum soluere debeat. videndum est quod suprà dixi in .l. qui sine dolo. & in .l. nulla intelligitur. suprà eodem.

¶ Et Bart. hîc infert ad quæstionem quam dicit hic Pisis de facto habuisse.

¶ † Et concludit per istum text. quòd non dicitur [a] esse in mora, ille qui negat centum petita ab eo si agatur de re implicita: quia ignorat quantum debeat. vt hîc, & in .l. in fideicommissi. in princip. suprà de vsur. in .l. si quis solutioni. ff. eodem titulo.

A ¶ Dicitur. Vide Iasonem in. §. stipulanti. si. verbis. in ver. iij. successiuè hîc alleg.

¶ Secus si sciret se debitorem præcisè in certa parte: quia tunc non soluendo, esset in mora. Et sic vult Bar. † quòd debitor de decem, à quo viginti petita sunt: tunc non possit negare illam maiorem summam: quia videretur etiam negare illlam minorem summam de decem. Et ideo esset periurus: vt idem Bal. dicit in .l. si pupillus. §. fi. ſ. de verbo. signifi. & per hoc dicit Bart. in .l. j. §. si stipulanti. circa fin. ſ. de verb. oblig. Quod confunditur practica aduocatorum, qui volunt quòd totũ negari possit si plus debito petatur. Et in hoc ibi latè insistunt Alexã. & Moderni, & resident cum opinione Bar. ibi tanquam communi.

¶ Pro qua allegatur tex. in .l. qui seruum. §. fi. ſ. de interrog. actionibus. vbi interrogatus de toto fundo, an eum possideat, teneatur etiam de parte respondere.

¶ Sed ille tex. parum facit: quia intelligitur quando etiã de parte interrogatus sit, secundum gloss. ibi. Et ad hoc facit: quia qui vult sibi responderi super toto & super

parte

A ¶ In totum. Contrariam sententiam tenent Cy. Ray. Bar. Ioan. imo. Alex. qui dicunt eam communem. & Areti. ibi penul. col. dicit eam communiorem & omnes Moderni in. §. si stipulanti. hîc alleg. eam etiam tenent Inno. Hosti. Ioan. And. Philip. fran. in. c. præsentium. in. v. col. de testibus. lib. vj. idem Feli. in. c. nam concupiscentiam. de consti. fi. col. vbi ponit tres limi. & quàmplures alij, quos refert Alex. in. ij. colum. & Abb. in. c. j. de plus peti. licet dicat opi. glo. seruari in practica ab aduocatis tantũ ad euitandas istas opin. doct. aduocati hodie seruant aliam practicã: quam refert Iason. in d. §. si stipulanti. post Ange. Pau. et Cuma. Hier. Chuch.

parte, debet interrogari super toto & super parte. l. non alienum. ff. de interrog. actio.

¶ Et ideo verior videtur opinio: quam idem Barto. tradit in. l. qui solidum. in princi. ff. de leg. ij. vbi videtur tenere contrarium dum concludit, quòd si quis petat plus debito: habeo iustam causam litigandi super toto: nisi actor dicat se paratum partem recipere, per illum text. qui bene probat.

¶ Et pari ratione videtur, quòd positio facta de maiori summa, in totum[a] negari possit: vt per glo. in. l. ij. in glo. magna. de confessis. in. vj. sequitur Bald. in. l. ij. §. quod obseruari. col. penul. versi. sed quid si positio. C. de iura. calum. cum simi. vt Alexander refert in. d. §. si stipulanti. & idem Alex. in consi. clxxxiij. viso puncto. col. fin. lib. v. Non obst. quòd ille qui negat totum: videtur etiam negare partẽ: quia resoluẽdo illud in quo tota vis consistit cõsiderandũ est: quia verum est, ꝙ in toto, pars continetur: & in maiori summa minor[b] inest. l. si quis cum totũ. de exceptio. rei iudi. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de reb. dubijs. & in. l. j. §. si stipulanti. de verborum obliga. in. l. qui concubinam. §. qui ita. de. leg. iij.

¶ † Sed illa pars in toto continetur ad integrandum illud totum: & minor summa in maiori continetur, ad integrandum maiorem summam: sed per se illa minor pars vel minor summa, non videtur petita. ita nota. declarat Bart. in. l. scire debemus. in fine princi. de verbo. oblig. vbi inquit, quòd si promisisti centum: non possum petere quinquaginta tanquam promissa: quia illa pars de quinquaginta, non fuit promissa: licet sub generalitate illorum verborum includatur. Et ita in proposito videtur, si positio est facta de centum: non dicitur facta de quinquaginta: licet in summa de centum quinquaginta

B ¶ Minor. qd in sententia an in maiori insit minor. vide latissi. Iaso. in. l. inter pares. suprà de re iudi. col. ij. i. iiij. no. & Ias. in. §. stipulãti. hîc all. col. iiij. ver. circa istã materiã. vbi ponit regulam cum septẽ fallentijs.

includantur. & ideo qui negat positionem de centũ, non dicitur negare positionem de quinquaginta: vnde non dicitur periurus. Et pari ratione non videtur esse in mora: quia non recusat soluere quod debet. Et hoc modo explicatur illud in quo doctores moderni laborant in dicta. l. j. §. si stipulanti. & in effectu quod Barto. hîc dicit, non videtur verum per supradicta. Et ad hoc facit illud quod dicam in regula in eo. infrà eo.

Subtilis Decius.

REGVLA XCIX. CAIVS.

OMNIA *quæ iure contrahuntur: contrario iure pereunt.*

DE ista regula dictum fuit, in regula nihil tam naturale. ꝯ. eodem. vbi videndum est.

NOTABILIA.

1 Mensis quomodo intelligatur.
2 Mensem vtilem de triginta diebus intelligi.
3 Nomen mensis simpliciter prolatum, quomodo accipitur.

REGVLA C. PAVLVS.

VBI LEX *duorum mensium* [a] *fecit mentionem, & qui sexagesimo primo die uenerit, audiendus est. ita enim Imperator noster Antoninus cum Diuo Fratre suo rescripsit.*

ISTA regula secundum Bar. in. l. cum bissextus. in fi. ꝯ. tit. j. reducitur ad cõmunem opinionẽ, quæ habet † ꝙ mensis intelligatur secundum qualitatem mensis: in quo data sit dilatio. vnde si die. xxiij. Augusti data sit dilatio vnius mẽsis, incipit in. d. die. xxiij. & terminatur in. xxij. Septembris: vt Bar. concludit in. d. l. cum bissextus. & hoc idem glo. in. c. quam sit. in verbo. mense. de electi. in. vj. & sequũtur Bal. & Imo. in dicta. l. de diuisione. suprà sol. matr. Ange. in authent. iubemus. C. de iudi. cum simi. vt tradit Alexan. in dicta. l. de diuisione. vbi dicit, quòd ista est communis opin. & idem Alex. in. l. fin. in prin. col. pe. C. de iur. delib. & in consi. xlij. in casu & lite. col. ij. lib. iij. Et secundum Bart. in dicta. l. cum bissextus. in fi. regula ista

A ¶ Menses à luna deriuari, Græcum vocabulũ ostendit: quibꝰ μήνη luna dicitur, & μήν mensis. inde deductũ in iure est, vt quoties absolutè fit mẽtio mensis, de triginta diebus intelligat̃, quibus luna à solis coitu suũ cursum cõficit ꝙ si lex duorũ mensium fecerit mentionem ĩ materia fauorabili, quoto die audiri debeant vide Alci. in. l. cũ bissextus. ff. de verb. signifi. Petrus Coruesius.

ista reducitur ad quæstionem glo.prællegatæ.
¶Sed non videtur quòd reduci posit,nisi secundum quod inferius dicam.& Bal.in.l.eos. §.sinautẽ.circa fi.C.de ap.dicit istum tex. hîc procedere,ex benignitate:non quòd hoc sit de proprietate verborum.
¶Et conclusio glo.in.d.c.quam sit. procedit in mensibus cõtinuis, qui habẽt metam limitatam: & pro maiori parte habent dies trigintavnũ, & quidam triginta . Secus est in mensibus vtilibus, in quibus non sunt limitati dies: & vnus mensis vtilis,poterit quandoque occupare tres cõtinuos.Vnde illa doctrina non potest ad menses vtiles adaptari:& ideo vnus † mensis vtilis, intelligitur de triginta diebus: vt Alexã. tradit in consi.cxiiij.visa scriptura.col.fin.lib.v.
¶Secundò, conclusio superius facta intelligitur , quando principium mensis designatur:quia dicitur à præsenti die infra mensem. Secus si de mense absolutè mentio facta sit: quia tunc mensis pro duodecima parte anni accipitur:vt not.Domi.post Pau.in dicto.c.quam sit.in glo.in verbo mensem.Et ista duodecima pars anni pro triginta diebus declaratur: & tali casu mensis indistinctè pro triginta diebus accipitur: vt not.Bal. in dicta.l.eos. §. si autem.circa finem.C. de appel.& idem not. Bald.in authen . qui semel.circa fin. ver.in glo. fin.C. quomodo & quando iudex. & idem Bald. in. c. j. in princip. quo tempore miles. vbi approbat gloss.in.l. fin.§.j. in verbo sexaginta.C. de iure deliberã. Et concludit quòd † si nomen mensis proferatur simpliciter : de triginta diebus intelligitur. & idem Anto. de hutri.in.c. licet. de supplen. negli. prælat. Alexan.in dicto consilio.cxiiij.libr.v. Et hoc modo videtur procedere tex. hic: videlicet quando facta sit mentio duorum mensium absolutè: quo casu de sexaginta diebus intelligitur:tamen hîc ex benignitate additur vnus dies.& videtur hoc intelligẽdum esse in materia fauorabili.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Paria esse aliquid fieri vetante Prætore,vel aduersus edictum eius.
2 Aduersus,quomodo exponatur.

REGVLA CI. VLPIANVS.

QVI VETANTE *Prætore facit:hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.*

NOTA quòd† paria sunt aliquid fieri vetante prætore,vel aduersus edictum eius.ad idem facit text. in.l. aduersus. suprà de arbit. vbi dici-

tur quòd aduersus sententiam arbitri fieri dicitur. Si petatur ab eo: à quo arbiter peti vetuit † aduersus enim, exponitur contra. l.non solùm. §. fin. ſ. de iniurijs.& in cle.j.vbi glo.in verbo aduersus.de restit.in integ.

Philippus Decius.

§. EIVS EST.

EIVS est actionem denegare, qui poßet & dare.

AD ISTAM regulam facit quod.ſ.dictum est in regula eius est velle. in regula nihil tam naturale. & in regula nemo qui condemnare.

NOTABILIA.

1 **Neminem expelli debere de domo sua quam habitaret.**
2 **Pœna imposita offendenti aliquem in domo sua, an locum habeat in hospitio?**
3 **Nauem, prædio vrbano æquiparari.**
4 **Hæc regula, quòd locum non habeat in fure.**

REGVLA CII. PAVLVS.

NEMO de domo sua, inuitus extrahi [a] debet.

A ¶ Extrahi. Sed an possit iudex præcipere alicui ne exeat domum. vide Bald. in. c. quintauallis. in j.col. qui dicit quòd non. de quo latè Iaso. in.l. quod iussit. suprà de re iudic. col. iiij. versic. aduerte tamen.

1 REGVLA intelligitur de domo sua † quam habitaret: secus si illam non habitaret: licet esset propria: quia ab illa extrahi non prohibetur: vt not. Bar. in.l nec in ea. ſ.de adult. & facit tex.in.l.quod ait.§. sufficit. versi.sed si pater.ſ.de adult.& not. Alber. in tractatu statutorum. in secunda parte.in. xxxv.q. incip.item quæritur. versic. sed quid si aliquis.

¶ Et in effectu hic sua, largo modo accipitur: videlicet pro habitatione.l.qui demum. vbi Bar.ſ.de adulte.& in l.lex Cornelia.§.domum.ſ.de iniur.

¶ Et isto casu etiam habitatio ad tempus sufficit: vt colligitur in. d. §. domum. dum ibi dicitur de scholari qui habitat Romæ causa studiorum.

¶ Et hoc propter subiectam materiam de qua agitur, vt quis tutus sit in domo: aliâs verò habitatio temporalis non sufficeret, vt no. Sali. Roma. & Alex.in.l. cum filius. ſ.si cer. pet. cum simi. vt dixi ibi. Et idem videretur esse in hospitio: quia videretur illud conductum esse: & eadē ratio videtur vt sit tutus in domo.

¶ Secus vbi esset diuersa ratio, prout loquitur tex. in. l. j. §. habitare. de his qui deie. vel effu. Et licet Bal. ibi videatur tenere contrarium, dicens per illum text. † quòd pœna imposita offendenti aliquem in domo, non habet locum in hospitio. & facit quod no. Bal. in. l. ea quæ. in fi. C. quomodo & quando iudex.

¶ Nam responderi potest, q respectu citationis prout loquitur Bal. in. d. l. ea quæ. diuersa ratio videtur. & pariter in. d. l. j. §. habitare. non videtur congruum q ille qui reperitur in hospitio accidentaliter, debeat teneri, sicut ille qui habitaret. Et si ibi agitur de præiudicio hospitis, in casu nostro agitur de fauore. Et ita etiam respondetur ad. l. pe. §. in factum. s. nau. cau. stabu.

¶ Sed in casu isto, eadem ratio videtur vt quis sit tutus. Et pari ratione idem videtur in naui: quia videtur ordinata ad habitandum. & bene facit tex. in. l. pen. §. si de naue. de his qui deiec. vbi Alberi. hoc tenet. Et idem Albericus in tractatu statutorũ. in. ij. parte. q. xxxv. in fin. vbi idem dicit de molendinario [a] & nauta. Et facit, quia † nauis æquiparatur prædio vrbano: vt not. Bald. [b] in. l. certi iuris. col. & ver. quid ergo. C. locati.

A ¶ Molendinario. Molendinũ an sit prædium vrbanũ vide Bal. in. d. l. certi iuris. in iiij. q. vbi tenet quòd non, sicut furnus rustalis.

¶ Contrarium tamen in naui tenet Roma. in. l. j. §. domini appellatione. in versi. ad Sillania. per tex. in. l. j. §. si quis de naui. de vi & vi arma.

¶ Sed responderi põt, q ibi agitur de pœna quæ restringi debet: & ideo cum illud interdictum pœnale loqueretur de his quæ de solo deijcerẽtur. sub verbo soli, non cõprehenditur nauis nec vehiculum, vt ibi dicitur.

B ¶ Bal. sequitur Ias. in repetitio. l. quominus. de fluminibus. suprà colum. xxvj. ver. vltimò adde.

¶ Et dum dicitur de domo sua: secus ergo videtur in aliena: vt à contrario sensu hîc colligitur, & no. Alexan. post Abb. in dicta. l. plerique. limitãdo hoc nisi dominus domus prohiberet ingressum: vt in. l. diuus. suprà de seruitu. rustic. prædio. in. l. iniuriarum. §. fi. de iniur. in. l. qui domum alienam. de iniur.

¶ Sed tamen videtur aduertendum; quia illa iura non loquuntur, quando iustitia impeditur & ex causa
4 vt † in fure: vt no. in. l. ij. vbi Bal. C. de ser. fugit. & quia

tali casu cessat ratio, quæ est in domo suæ habitationis, & domino domus non videtur data ista facultas, vt possit impedire capturã eius qui de iure capi potest. reliqua per doctores in dicta. l. plerinq;[a].

A ¶Plerique. Præmaximè Ia son. qui ponit xij. extensiones &. iiij. limitationes.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 In dubio solutio facta videtur in causa, quæ remouet infamiã.
2 Condemnatus ad restitutionem rei furtiuæ, in dubio nõ intelligitur condemnatus actione furti.

REGVLA CIII. VLPIANVS.

SI IN DVABVS ***actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: præponenda est causa existimationis: ubi autem æquiparentur famosa iudicia: & si summam rei disparem habeant pro paribus accipienda sunt.***

NOTO † quòd in dubio videtur facta solutio, in causa quæ remouet infamiam. ad idem tex. in l. si quid. in prin. cũ simi. alleg. in glo. in dubio enim capitur præsumptio, vt infamia euitetur. l. hæc enim. §. quid ergo. s̃. de suspe. tuto.

2 ¶ † Et ad hoc facit, quia condemnatus ad restitutionem rei furtiuę, in dubio non intelligitur condemnatus actione furti: sed condictione furtiua quæ non infamat. l. cessat. s̃. de act. & ob. vt not. q. dicit Ioan. de ana. se Venetijs consuluisse in. c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. col. iij. ver. casus fuit talis. de accu.

¶ Et regula ista videtur etiam procedere, si aliud debitũ esset maioris summæ: quia qualitas infamiæ videtur præpõderare: vt probatur hîc: nam causa ista quæ respicit infamiam semper in dubio reputatur grauior. d. l. si quid. in prin. ita Barto. dicit in l. cum ex pluribus. s̃. de solu. & ibi videtur limitare hoc, nisi ageretur de grauiori causa quæ respiceret conseruationem membri vel vitæ. arg. l. j. s̃. de bo. eorum qui mor. sibi consci. & facit tex. in l. cæterum. s̃. de sol. qui facit regulam quòd in dubio videtur facta solutio in causam grauiorem. & not. Bar. in l. j. de solu. Roma. in consi. xciiij. visis his. col. j. & ibi materiam prosequitur de qua Alex. scribit in consi. lxxv. põderatis narratis.

& ali

& aliquid Pau. de Cast. in consi. clij. videndum est primo. col. ij. ver. pone ergo quòd ex interuallo.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Largo modo quilibet magistratus, prætor dicitur.
2 In causæ cognitione, partis citatio necessaria est.

REGVLA CIIII. PAVLVS.

VBICVNQVE *causæ cognitio est: ibi prætor*[a] *desideratur.*

HIC Prætor pro iudice accipitur. † quia largo modo quilibet magistratus prætor dici potest: vt not. Bald. in l. fi. in. j. q. C. de ædil. act. quasi dicat, vbi causę cognitio requiritur, ibi debet esse iudex qui cognoscat.

¶ Et vlterius † in causæ cognitione, partis citatio necessaria est. l. in causæ. la. j. §. causa cognita. ꝯ. de mino. nam per illnm tex. dicit Bart. in l. prolatam. col. fi. C. de sen. in versicu. quæro vtrũ. quòd causæ cognitio dicitur fieri, quando fit partibus præsentibus vel absentibus per contumaciam. Alibi tamen dicit Barto. in l. iij. §. si causa cognita. ff. de bo. pos. quòd causa cognita dicitur fieri, quantum ad instructionem iudicis absq; citatione: & hoc vbi non agitur de præiudicio: quia tunc citatio requiritur in causæ cognitione: vt not. Bart. in. d. §. si causa. & sola citatio non facit causæ cognitionem: quia tex. in l. in causæ. la. j. §. causa cognita. copulatiuè loquitur causa cognita & præsentibus aduersarijs. ꝯ. de minor. & dixi in. c. ecclesia. de constitu. colum. ix. ver. ij. q.

A ¶ Prætor à præeũdo dictus est. & antiquitus quẽcũq; militum imperatorem Prætorem appellatum, dicit Alciat. in l. vrbana. ff. de verb. sig. in verbo prætoria. & de iure ac potestate eorum & qbus hodie cõparentur, vide Budæũ de asse & parti. eius. li. v. Pet. Corue.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Seruis nihil gratius potest præstari, quàm libertas.
2 Corpus liberi hominis, æstimationem non recipere.
3 Inæstimabilis res est, patria potestas.
4 Cùm quis sed. vendit vt de pretio participet, tunc fit libertas æstimabilis.
5 Si venditio fiat de seruo tanquam de homine libero, non valet venditio.
6 Vbi agitur de libertate vel alia re inæstimabili, in cautione rati debet pœna apponi.

REGVLA CV. PAVLVS.

LIBERTAS *inæstimabilis res est.*

IDEM dicitur in l.non est.§.infinita.ȷ.eo. cum si.al lega.in glo.hîc.ad idem tex. in l.j.§. fi.ſ. rem ra. habe.in §.pe.versi.sed cum libertas.insti.qui manu. non possunt. ¶ †Et nihil gratius seruis præstari potest,quàm libertas[a] l.Paulus.in prin.ſ.de fideicom.lib.& non priuata: sed publica est causa libertatis.l. si quis rogatus.ſ. de fideicom. lib.& inæstimabilis est interesse reipub.vt not. per glo.in l.j.ſ.solu.matri.

¶Et quod dicitur de libertate, idem dicitur de homine libero†cuius corpus non recipit æstimationem.l.j.§.sed cum liber homo.& in l.fi.ſ. de his qui deiece. vel effude. & in l.ex hac.ſ.si quadru.pau.fec.dica.in l.ij.§. corporũ. ad leg. Rhodiam de iactu. Eodẽ modo†inæstimabilis est patria potestas:vt dicit tex.in l.filiusfamiliâs.§. secũdum vulgarem.de leg.ij.

A ¶Libertas. Cũ libertas sit thesaurus inęstimabilis adeò vt mortem seruituti aliqui præponere non dubitauerint:vt per do.Ioan. Neuizanũ in sua sylua volu.tracta. vij.chart.xxv. nu.7. Pet.Cor.

¶Et quod dicitur hîc de libertate, limitatur secundum gl.hîc nisi quis vendat se ad pretium participandũ:† quia tunc libertas certo pretio æstimatur:vt habetur in.§. pe. insti.de iur.perso.& in tali venditione plura requiruntur: vt glo.ibi in ver. maior prosequitur, & in l. seruorum. in prin.ſ.de statu homi.in ver.venire.

¶Sed in tali casu considerandum est,†quòd non sit venditio tanquam de homine libero,quia non valeret venditio.l.liberis.§.si quis sciens.ff.de lib.cau.& not.per glo.in locis præalleg.& sic venditio debet fieri tanquam de seruo:& libertas non æstimatur. Et†vbi agitur de libertate vel alia re inæstimabili,ibi cautione rati debet pœna apponi:vt not.per glo.& ibi Pau. de cast. in l.non solum. §. si status.in ver.ratum.de procura. Philippus Decius.

REGVLA CVI. CAIVS.

CVM *seruis,nulla actio est.*

DE ISTA regula dictum fuit in l.in personã.ſ. eodẽ.

NOTABILIA.

1 Propter ætatem & imprudentiam,pœna debet minui.
2 Pupillus cõmittẽs homicidiũ licet sit doli capax,nõ decapitat.

In ma

3 In maioribus.xxv.annis pœna interdum mitigatur.
4 Miseratio ætatis, Iudicem ad mitigationem pœnæ induxit.
5 Aetatæ confectis propter senium, pœnam moderari.
6 Imprudenter quando dicatur, delictum committi.
7 Delictum impetu commissum, minus puniri.

REGVLA CVII. PAVLVS.

FERE *in omnibus pœnalibus iudicijs, ætati & imprudentiæ succurritur.*

NOTA † quòd propter ætatem & imprudentiam pœna minui[a] debet. Primò circa ætatem considerandum est quòd ista remissio pœnæ non cadit in pupillo qui propter ætatem nõ obligatur ex delicto.l.j.§.impuberes.C. de fal.mo.l.infans.ff.de sica.facit tex.in l.j. §.impuberes. in l.excipiuntur.ff.ad Sillani.& in l.j.§.impuberes.ff.com moda.in l.pupillus.in eod.tit.in cle.j.de homi.

¶ Et hoc intelligitur, quando non sit doli capax: vt quia infans vel infantiæ proximus: secus si sit proximus pubertati[b]: quia tũc ex delicto tenetur.l.impuber.ff.de fur. vbi tex.ista distinguit.& in l.pupillum.ĵ.eo.in.d.l. excipiuntur.§.j.& no. p glo.& Bar.in l.si quis in tantã.C. vnde vi.

¶ Et tali casu, cùm pupillus teneatur ad pœnam delicti regula ista verificatur, quòd ętati succurratur, quia pœna minui debet.& ideo dicit Bal.in l.& si seuerior.col.ij. versi. ex prædictis.C.in quib. cau. infa. irro.† quòd si pupillus cõmittat homicidium licet sit doli capax, non tamen debet decapitari.& licet pupillus doli capax posit mulctari vel excõicari, tamen sententia retractari debet per appel. vel resti. in integ. vt not.Ange.in l.neq; impuberes.ff. de in ius vocan.vbi alleg. Spec. in tit. de contuma.§.fi. in fi. Et quod in pupillo debeat pœna mitigari no.Sali.in l.administrantes.§.qui corporis.in fi.ff.de excu.tut.& est tex. in.c.j.in fi. de delict. puero.vbi dicitur quòd in pueris, delicta non debent ita puniri sicut in maioribus: & gloss.ibi per illum textum.

¶ † Et idem est dicendum in minoribus.xxv. annis: quia licet in delictis nõ habeant restitutionem in integrum.l. si ex causa iudicati.§.nunc videndum.ver. & placet. & in l.auxilium.§. in delictis.ff. de mino.l.j. C. si aduer. deli.

A ¶ Minui. Vide quę posui in l.consilij.suprà eo.super ver.mitius.& do.Philip.in cap. ex literis.de consti.

B ¶ Pubertati. Adde quod vult Io.de ana. in.c.j.de delic. puer.in.iiij.colum. referendo Ang.quãdo ad hoc vt proximus pubertati teneatur de delicto requirunt duo: copulatiuè, videlicet q sit doli capax, & pximus pubertati, als vnũ non sufficeret: & an & quando minor excusetur à delicto, vide Hippo. de mar.in l. de mino re.pen.& fi. col.suprà de.q.

pœna tamen quandoq; debet mitigari: vt dicit tex. in. d. l. auxilium. §. in delictis. ver. nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicẽ produxit. † & ita videtur quòd hoc sit in arbitrio iudicis: attenta qualitate personæ. & in notabili casu tradit Cuma. in cõsi. xcv. Christopho. circa fi. & facit tex. in l. si adulterium. §. fratres. ff. de adul. vbi propter ætatem imperatores Claudiæ, pœnam incesti remiserunt.

¶ Et non solum minoribus propter ætatẽ minorẽ quandoq; pœna minuitur † sed etiam ætate[a] cõfectis propter senectutem pœna moderatur: vt not. per glo. hîc per. l. ij. ff. de termi. moto. vbi tempus relegationis in senibus minuitur. facit tex. in l. si quis in graui. §. ignoscitur. ff. ad syllani. vbi ignoscitur illis qui ætate defecti sunt: & in pœnitentia iniungenda habetur ratio senectutis. xxvj. q. vij. in c. tempora plenitudinis. vbi glo. & in voto peregrinationis defertur senectuti. in. c. magnæ. de voto.

A Aetate. Multa priuilegia senibus concessa: vide cumulata per Lud. roma. in repe. l. si verò. §. de viro. suprà fol. mat. in. liij. fallen. colum. xlix.

¶ Secundò † dicitur hîc de imprudentia: propter quã etiã pœna mitigatur: nam imprudenter delictum cõmittitur, quando inaduertenter & inconsideratè fit: vnde dicitur obligari ex quasi maleficio. l. fi. C. de va. & extraordi. cogni. in l. ex malefi. §. si iudex. ff. de act. & obli. & facit tex. in l. nam & seruus. §. fi. ff. de neg. gest. ideo in tali casu consideratur culpa non dolus: meritò pœna debet mitigari, vt hîc dicitur. & ad hoc facit text. in l. iiij. §. j. ff. de sica. in ver. sed ex senatusconsulto. vbi mulier relegata fuit, quæ medicamentum dedit: non malo animo, sed ad conceptionẽ: & inde mors fuit sequuta. & in l. lege cornelia. §. cum quidam. de sica. vbi in exilium fuit missus, qui homicidiũ non dolo, sed per lasciuiam perpetrauit. & facit tex. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. † vbi delictum im- 7
petu commissum, minus punitur. & in notabili casu tradit Cuma. in consi. cxxxiiij. visis denuntia. in fi. & per totum. Alexan. in consil. cxl. videtur in casu proposito. lib. ij. & Aret. in consi. lxxx. sicut decet. cum simi. vt dixi in consil. ix. & in proposito ad istam regulã facit tex. in l. j. C. si quis impe. maledixe. & lubricũ linguæ ad pœnam facilè trahi non

non debet vt dicitur in l. famosi.ff. ad leg.iul.maie.& not.in.c.j.de malefi.vbi glo.& latè Io.de ana.col.iiij.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Quis cùm prohibere potest,& nō ꝓhibet, videtur esse in crimine & puniēdus.
2 Factum à seruis domino sciente,& patiente,Dominis imputatur.
3 Contra dominum tenentem malam familiam,est mala præsumptio.

REGVLA CVIII. PAVLVS.

NVLLVM *crimen patitur is qui non prohibet,cùm prohibere non poßit.*

ERGO à contrario sensu,†si prohibere potest, videtur esse in crimine & tenetur: quia qui prohibere potuit,tenetur si non fecerit.l. scientiam.in prin.ff.ad leg. aquil.in l. in omnibus.ff. de noxa.l. fluminum.§. quāquam.de dam.infec.Et ideo si seruus sciente domino & non prohibente, hominem occiderit dominus tenetur: quia ipse occidisse videtur l.ij.in prin.ff.de noxali.

¶ †Et hoc idem videtur procedere in famulis & seruitoribus: quia factum ab illis domino sciente & non prohibente, domino imputatur: vt not.Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.de ope.no.nuntia.in.x.q. vbi alleg.bonum tex.in.c.constitutis.de testi.

¶ Et de delicto commisso à filijs patre præsente & non prohibente. in no.casu tradit Fran.de cur.in consi.xlj.viso processu.

¶ Et notandum est singulariter, quod dicit Car. post Lan. in cle. ne in agro.§.porrò.in.iiij.not.de sta.ho.†quòd est mala præsumptio contra illos,qui tenent malam familiam: quia si aliquod malum à familia committatur,ipsi domini tenentur nec excusantur allegantes ignorantiam: quia cogitare debuerunt illud euenire posse.arg.c. negligerem.ij.q.vij. & in.c.licet.in prin.de simo.quod notandum est contra nobiles,qui retinent in domo homines malæ conditionis & famæ.

¶ Et suprà dicta locum habent in eo qui potest,& tenetur prohibere: vt not.Bald.in dicta.l.ij.in princip. ff. de noxa. & idem ibi Floria. dicit.& de hoc dicendum est,vt supradictum fuit in reg.culpa caret.ff. eod.titu.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Verbum inest,proprietatem & essentiam denotat.
2 Quod est minus,venit ad integrandum quod est plus.
3 Qui promittit viginti,an videatur promittere decem separatim.& nu.4.
5 Qui maiori summa loquitur, quando in minori consentire non videatur.

Hæres

6 Hæres grauatus exponere centum in funere, quòd non posſit minus exponere.
7 Minor numerus, quando maiori non includatur?
8 Regula hæc quòd procedat in oratione affirmatiua: ſecus in negatiua.
9 Negatiuam potentius negare, quàm affirmatiua affirmet.
10 Mandans fundum vendi centum, nõ videtur in minori quantate conſentire.
11 Arbiter iudicans de maiori ſumma, videtur & in minori conſentire.
12 Fideiuſſorem pro maiori ſumma obligatum non videri, & in minori obligatum eſſe.
13 Negatiua poſtpoſita ſigno vniuerſali, ęquipollet ſuo cõtrario.
14 Si mandetur alicui prouideri de præbenda certi valoris, an de minori prouideri poſsit?
15 In mandatis, argumentum de maiori ad minus non valet.
16 Mandatum regulari à voluntate mandantis.
17 Teſtis deponens de maiori ſumma, quòd in minori conſentire non videtur.

REGVLA CIX. PAVIVS.

IN EO QVOD PLVS *ſit, ſemper ineſt minus.* a

HAEC regula declaratur, vt dictum fuit. ſ. in reg. non debet. ſ. eo. tit. & aliquid etiam dictum fuit in regu. non poteſt videri improbus. ſ. eo. titu.

¶ Et regula iſta, primò videtur procedere de proprietate ſermonis: dum dicit, ſemper ineſt. & ad idem tex. in l. j. §. ſi ſtipulanti. de ver. oblig. ibi: in viginti, decem ineſſe. & in l. qui quartam. in prin. de leg. j. in l. qui concubinam. §. cũ ita. de leg. iij. in l. ſi quis cum totum. in prin. de excep. rei iud. verbum enim † ineſt, denotat proprietatem & eſſentiam. vt not. Bar. in l. ſi maritus. la. ij. §. legis. ff. de adul. in l. mercis. de verbo. ſig. & ad hoc facit tex. in l. iij. §. ſi pluſquàm. ſ. de ſtatu libe. vbi conditio dandi decem, impleri dicitur dando viginti: ergo videtur de proprietate ſermonis, quia conditio debet impleri in forma ſpecifica. l. Meuius. l. qui hæredi. in prin. de condi. & demonſtra. Et videmus in ſtipulatione, quæ eſt ſtrictè interpretanda. l. quicquid aſtringendæ. de ver. obli. & tamen in maiori ſumma, minor cõtinetur. d. §. ſi ſtipulanti. Et idem in ſententia in d. l. ſi quis cum totum. & ſententia etiam ſtrictè interpretatur: vt no. in l. j. C. ſi plures vna ſenten. & ita tenet Aret. & Mod.

A ¶ Minus. cõfirmari hoc poteſt vt per Caiũ infrà in Regu. cxij. i toto qua ſi i his quæ eiuſdem ſunt generis hoc ipm naturaliter ſequatur & fiat. idq; manifeſtum apparet in quantitatibus tam cõtinuis quàm diſcretis (quibus hæ rľæ etiã magis in vſu ſunt) vbi neceſſariò in maiori nũero ineſt minor, & in pondere, menſura & reliquis in his quæ eiuſdẽ ſunt ſpeciei, & ad eundem terminum referuntur. Pe. Coruetius.

& Mod.in.d.l.j.§.si stipulanti.

¶ Et ista conclusio verissima videtur, considerando† quòd illud minus veniat ad integrandũ illud quod plus est: quia in toto, pars continetur. reg.in toto.j.eo. Secus videtur si pars separata sit à toto: quia tũc non videtur propriè contineri. vnde qui petit centũ, non videtur petere quinquaginta separatim & formaliter. vt not. Barto. in l. scire debemus. in fi. prin. de verb. oblig. dum concludit quòd si promisisti centũ, nõ possum petere quinquaginta tanquã promissa: quia illa pars de quinquaginta, ꝓmissa nõ fuit: licet sub generalitate includatur: vnde quinquaginta petuntur, tanquam debita: sed nõ vt promissa. & dixi. s̄. in reg. nõ potest videri improbus. & facit gl. no. in l. j. in ver. inter. s̄. de ser. vrb. prædi. quæ dicit declarando tex. ibi qui dicit qui actum habet, iter habet: quod verum est, quantum ad cõmoditatem: sed non quòd sit seruitus, & sic iter in actu continetur ad integrandum actum: & non vt species seruitutis prout de se separatim iter consideratur.

¶ Et secundũ istud dictũ Bart. esset dicendũ, † quòd ille qui ꝓmittit viginti, nõ dicatur ꝓmittere decẽ separatim: cuius tñ contrariũ probatur in.d.§.si stipulanti. vbi si stipulanti decẽ respõsum sit de viginti, vel econtrà valet stipulatio in decẽ. ergo illa minor summa, etiã separatim videtur ꝓmissa. & facit tex. in l. inter stipulantẽ. §. si stipulante. de ver. oblig. vbi dicitur, quòd semper in summis id quod minus est, videtur sponderi.

¶ Sed pro defensione Bar. considerandũ est, † quòd ipse loquitur quãdo in maiori summa actus valet: quia promissa fuerũt centũ: & tali casu bene dicit, quia quinquaginta nõ fuerunt promissa, sed includũtur ad integradũ summam de centũ quæ debentur. Secus quãdo actus, in maiori summa nõ valet. prout loquitur tex. in.d.§.si postulanti. & in. d.l. inter stipulantẽ. §. si postulante: quia tunc ne actus sit inutilis, conseruatur in minori summa ex quo nõ potest valere in maiori summa: prout agebatur, & sic actus in minori summa ex quo nõ potest valere in maiori summa conseruatur ex illa æquitate, quia in dubio interpretatio debet fieri vt actus valeat. l. quoties. de verb. oblig.

¶ Ex quo inferri videtur, quòd de ꝓprietate sermonis in.§.si stipulãti. in maiori summa minor nõ cõtinetur: quãdo minor separata est à maiori per rationem Barto. Sed ex æquitate & per interpretationem iuris, ex quo actus in maiori summa non valet in minori summa conseruatur. & textus in.d.§.si stipulanti. nihil facit: quia ibi summa maior erat separata à minori & distincta: quia stipulatus fuit decem vel viginti: meritò valet

valet in decem: quia interrogatio & responsio facta fuit de decem: aliud est vbi agitur de vna summa in qua dicendum est vt.s.dixi.

¶ Secundò † regula limitatur, non procedere quando constaret quòd ille qui loquitur in maiori summa: vel in eo quod plus est, non consentiret in minori. ita dicit Aret. in. d. §. si stipulanti. per glo. ibi in ver. non erit. & ad hoc alleg. tex. in. l. si ita stipulatus fuero hanc summam. de verbo. obli. ad idem tex. in. l. cum in testamento. de verb. signi. † vbi hæres grauatus exponere centũ in funere, non potest minus exponere. & idem no. Pau. de cast. in. d. §. si stipulanti. vbi propter hoc reprobat glo. fin. quæ est in. c. j. de arbi. in. vj. & idem Alex. & Aret. in. d. §. si stipulanti.

¶ Et hoc procedit, etiam si tacitè constaret de mente partium exemplum colligitur. in. l. ex facto. §. j. ff. de vulga. & pupil. † vbi quando est facta dispositio specialis de minori: tunc in maiori, minor numerus non includitur. vt not. ibi Alberi. Bal. Imo. & docto. quòd qui consentit in maiori, non semper consentit in minori: quia in minori est facta specialis prouisio: ideo expressum facit cessare tacitum. l. cum filio. §. filio. s. de vulg. & pupil. & tex. in. d. l. ex facto. §. j. inducit Domini. in. d. c. j. de arbi. in. vj. & ille tex. procedit quando fuit facta prouisio de maiori summa, & minori ab eodem fonte: prout loquitur tex. in. d. l. ex facto. §. j. secus si à diuersis: quia tunc species non derogat generi: vt Alex. tradit in cõsi. cxxxix. viso processu. in fi. lib. v. de quo dixi. s. in reg. in toto. s. eo.

¶ Tertio † regula procedit, prout loquitur in oratione affirmatiua: secus est in negatiua: quia nõ sequitur, nõ habeo centũ: ergo nõ habes viginti: vt patet ad sensum. & ita dicunt Bar. & doc. in. d. §. si stipulanti.

¶ Sed obstare videtur, † quia negatiua potentius negat, quàm affirmatiua affirmet. vt not. per glo. & doct. in. c. cum dilectus. de consuetudi. no. in. l. hoc genus. de condi. & demonst.

¶ Si ergo minor summa cõtinetur in maiori affirmatiuè, à fortiori idem videtur in negatiua. Pau. de castr. respondet in. d. §. si stipulanti. quòd argumentum procedit respectu temporum vel casuum: & non in summa: in qua alia ratio videtur: & hoc declarari potest, quòd in oratione affirmatiua minor summa continetur: quia hoc tendit & ordinatur ad constituendũ maiorẽ summã: nõ sic videtur in negatiua: quia quod minor nõ cõtineatur, hoc ad orationẽ negatiuã maioris summę nihil facit.

¶ Quartò regula fallit in casu. l. si decem. ff. loca. in cuius intellectu docto. laborant, sed vera videtur solutio Bal. in. l. diem proferre. §. si plures. vbi dicit quòd regula intelligitur, quando maior summa absolutè

profertur

profertur: secus si respectu alicuius corporis. d. l. si decem. vbi dicitur de maiori summa respectu rei locatæ. & idem Bal. in. l. fin. in princip. C. de sentent. quæ sine. & sequitur Alexan. in consi. lxiiij. visa consultatione. col. pen. lib. ij. & hoc comprobari potest, vt dicamus quòd in. d. l. si decem. locator qui dixit de maiori summa, non videtur consentire in minori: prout natura rei de qua agitur, satis ostendit per ea quæ superius dicta sunt: & ad hoc facit text. in. l. diligenter. in princi. in versic. item si mandauero. ff. manda. vbi † qui mandat quòd domus vel fundus vendatur centum, non videtur in minori quantitate consentire. non obst. tex. in. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. in. c. j. de arbi. in. vj. † vbi arbiter qui iudicat de maiori summa, videtur consentire in minori. Sed dic illud esse in interpretatione legis, vt finis litibus imponatur: sed ille qui dicit de maiori, non videtur in minori tantùm consentire: sed consentit in minori ad integrandum maiorem summam.

¶ † Quintò fallit in fideiussore, qui in maiori summa si obligatur pro principali etiam in minori summa in qua erat obligatus principalis, nõ tenetur. l. græcæ. §. illud. ff. de fideiusso. ibi: si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit eos omnimodo non obligari, id est, nullo modo obligatur: quia † negatiua postposita signo vniuersali, æquipollet suo cõtrario: vt not. Bar. in. l. legitimos. §. in legitimis. ff. de legit. tuto. in. l. obligari. in princi. ff. de auto. tuto. & not. Bart. post glo. in. d. §. illud. & not. per glo. in. d. §. fideiussores. in glo. j. instit. de fideiusso. & hoc intelligitur nisi iuramẽtum interponatur: quia facit valere actum, eo modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. vbi Bar. de leg. ij. & no. Bart. in l. si quis pro eo. col. fi. ver. viij. prohibetur. ff. de fideiu. & tradit Alexã. in consi. xxxij. in causa executionis. lib. j. in fine.

¶ Et etiam absque iuramento, videtur quòd de iure valet obligatio fideiussoris in minori summa, in qua erat obligatus principalis: quia hoc est in constituto: vt est tex. in. l. hactenus. in fin. ff. de constit. pecu. non obstat quòd loquatur in constituto: vt dicit Bart. in. d. §. illud. quia non videtur quòd ratio diuersitatis assignari possit: & ad hoc facit tex. in. d. §. illud. vbi generaliter dicitur, quòd in omnibus qui pro alijs obligantur, si in duriorem causam adhibiti sunt: placuit eos omnimodo nõ obligari: nam si illud dictum negatiuum, intelligeretur generaliter: etiam respectu minoris summæ in qua obligatus erat principalis hoc nõ esset verum in omnibus qui pro alijs obligantur: prout text. ibi dicit: quia in constituto hoc non esset. d. l. hactenus. §. fin. vt ergo illud dictum negatiuum

tiuum verificetur in omnibus, qui pro alijs obligãtur: prout tex. vniuersaliter loquitur est necessarium dicere, quod illud dictum negatiuum intelligatur & referatur ad duriorem causam: ita quòd in illa duriori causa in qua principals non est obligatus, nullo modo fideiussor obligetur: sed per hoc non negatur quin obligetur in minori summa, in qua erat obligatus principalis: & hoc etiam suadetur per rationem iurecon sulti ibi: qui considerat causam duriorem: vnde quatenus agitur de cau sa duriori, illud dictũ intelligitur: quia dictum à ratione debet regulari. l. adigere. §. quãuis. de iure patr. Sed cũ durior causa cesset in minori summa pro qua principalis tenetur, in illa minori summa videtur fideiussor obligari. & ita videtur de iure, licet doct. aliter dicant.

¶ Sextò fallit in casu. c. cui de non sacerdotali. §. fina. de præben. in. vj. vbi † si mandatur prouideri alicui de præbenda certi valoris, de præbenda minoris valoris etiã illo volente prouideri non potest: quia man datum debet diligenter obseruari: & non habet locum nisi in casibus expressis. & per illum tex. dictum fuit in regu. non debet. s̃. eo. † quòd in mandatis non valet argumentum de maiori ad minus: & pariter non valet argumentum de maiori quantitate ad minorem valorem beneficij: per rationem quæ ibi assignatur: quia mandatum debet diligenter obseruari. & facit tex. in. c. fin. de verbo. signifi. & in. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorum. vbi mandatum prætoris ad vendendum, non habet locum in obligatione quæ minoris est præiudicij: & hoc videtur procedere in mandato superioris: prout iura. s̃. allegata loquuntur. Secus videtur in mandato priuati, quia illud impleri potest in æquipollenti. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquir. hæred. in. l. fin. §. fin. ff. manda. in prin. & in. l. si vltra. C. de fideiusso. & loquun tur ista iura inter priuatos. Secus videtur in mandatis superiorum per supradicta. Sed tamen ista differentia non videtur habere rationem diuersitatis. † quia mandatum ita in superioribus sicut in priuatis, re- 1
gulatur à voluntate mandantis, vnde in quolibet mandato, debet perscrutari voluntas eius qui mãdauit, & ideo in. d. c. cui de nõ sacerdotali. considerandum est: quia ibi voluit papa prouidere alicui specialiter de beneficio certi valoris: & in minori valore nõ esset illi prouisum, prout papa cogitauit. & facit quod no. Pet. de ancha. in. d. c. cui.

¶ Septimò fallit † in testibus deponentibus super valore rei: quia qui 1
dicit de maiori summa, non videtur in minori consentire: vt not. doct. post Ioan. and. in. c. de arbitris in. vj. col. j. versi. sed quid si actor. in fin.

cum

cum simi.vt tradit Alexan.in.l.j.in.§.si stipulanti.de verbo. obliga.in l.qui quartam.de leg.j.& in.l.inter pares. de re iudi.& latè Alex.in consilio.lxiiij.visa cõsultatione.lib.ij.& Areti.in consi.lxv. in præsenti consultatione. Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Satisdatio quando fieri dicatur.
2 Defensor posidens immobilia,etiam satisdare tenetur.
3 Defensionem suscipiens, vt alleget causam absentiæ, sine satisdatione admittitur.

§. NEMO ALIENAE REI.

NEMO *alienæ rei expromissor, idoneus uidetur nisi cum satisdatione.*

ET ISTA est regula antiquorum:vt no.glo. per illum tex.in.§.ij. versi.quia nemo.institu.de satisda.ad idem tex.in.l. qui proprio.§. qui alium.ff.de procur.facit tex.in.l.rectè defendi.ff.de iudi.in.l.& autem.§. rectè defendi. ex quibus causis in possessionem eatur. in.l. item ait Prætor.in fi.ff.ex quibus causis maio.j.eodem.l.qui rem.

¶ Et ista regula procedit, etiam si sit filius qui velit patrem defendere. l.filiusfamiliâs.ff.eodem.

¶ † Et satisdatio dicitur,quando quis facit aliquem securum,datis fideiussoribus.l.j.in fi.ff.qui satisda.cog.idem econtrà si pater filiam defendat.l.& ideo.§.si filiusfami.ff.rerum amota.

¶ Secundò ampliatur etiam in procuratore, qui haberet mandatum.l. si ad defendendum.ff.iudi.sol.& in.l.j.C.de satisda.

¶ Tertiò ampliatur † etiã si defensor posideret immobilia:quia tamen tenetur satisdare.vt no.Bar.in.l.sciendum.§.tutores.ff.qui satisd.cogã. Et etiam si locupletissimus sit defensor,satisdare tenetur.l.minor.§.fi. cum duabus legibus sequentibus.ff.de procur.& hoc videtur procedere quia lex ita procedit disponendo:aliter secus videtur per ea quę tradũt Alex.& Moder.in.l.j.ff.qui satisd.cog.& in.l.qui rem.j.eodem.

¶ Et regula ista secundum glo. hic limitatur, † nisi quis susciperet defensionem alterius: alleg.causas absentiæ: quia tunc admittitur sine satisdatione.vt glo.hic dicit,quæ est singularis secundum Pau. de cast.in d.l.filiusfa.post glo.ibi:& Barto. etiam illam sequitur in.l.si verò.§.de viro.in.fi.ff.solu.matr.& no.Bar.in.l.penul.§.ad crimen.col.pen.de publiс.iud.cum simi.vt tradit Alexan.in.l.filiusfamiliâs. in princ.Et hoc procedit in causa criminali,vbi agitur de vtilitate publica:vt no.Bar.in

l.vbi pactum.col.penul.C.de transac.& in. l. seruum quoque.in.§.publicæ.colum. fina. de procura.& ibi rationem efficacem adducit: quia cum iudex debeat suscipere defensionem pro innocentia absentis. l. si non defendãtur.suprà de pœnis.& in dicto.§.publicæ. pariter videtur quòd quilibet alius defensor pro innocentia absentis possit comparere, & debeat admitti: vt not.Inno.in.c. veniens. de accusa.& not.Anto.de butr.in.c.cum parati.de appella.

¶ Et secundum istam conclusionem, latè fuit consultum per do. Anto. rosel.in consi.inserto inter consilia. Bar.veroñ. in consi.xlvj. Quidam do.Zacharias cũ consilijs quàm plurimis successiuè sequẽtibus.& idem dicitur in consi.lxiij.Primum dubium.in princi. inter dicta cõsilia Bar. veroñ. & idem dicit Corneus pluries se consuluisse in consil. cciiij. pro decisione.in princi.lib.j.& ita reperitur in consi.xvij.licet moris sit.lib. iij.& in consi.cclxxiij.visa inquisitione.eo. lib.iij.& hoc procedit in causa criminali,& in satisdatione de iudicato soluẽdo: prout loquitur glo. hîc & docto.in locis præallega. Secus in causa ciuili, secundum Pau. de cast.in dicta.l.filiusfamiliâs.& ita finaliter Alexan.ibi residet.Et de isto excusatore quomodo admittatur, no. Bar.in tractatu ad repri. in verbo neglexerit.& in.l.quæsitum. de re iudi.cum simi. vt tradit ibi Alex. Et alias limitationes ad istam regulam tradunt Ange.Alexan. Moder. in.d.l.filiusfamiliâs.& Moder.in.l.exigendi.in princi.C.de procur.

Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Pupillus, quibus casibus non obligetur.
2 Ex patientia, tacitum consensum argui.
3 Pupillus agere potest actione iniuriarum respectu iniuriæ quæ sibi infertur.
4 Pupillus pati dicitur propter decretum, quod sibi interponitur.

§. PVPILLVS.

PVPILLVS *pati posse non intelligitur.*

NAM in casibus † in quibus patientia inducit consensum,& patientibus infertur præiudicium: vt in.l.decreto.de aqua plu. arcen.cum simi.allega.in gloss.in illis casibus non obligatur pupillus: vt hîc dicitur. adde tex.in.l. qui ad certum.§. loca. vbi ex patientia, contractus locationis renouatur: quia ex patientia tacitus consensus arguitur: † & hoc non habet locum in furioso, qui consentire non potest: vt ibi dicitur: & pariter nec in pupillo qui non potest consentire: quia per patientiã non videtur

videtur consentire, qui consentire nō potest: vt dicit tex. in.l.si tibi.§.vnius. de opti.leg.& ideo pupillus præsens, pro absente habetur.l. si pupillus.ex quib.cau.in poss.ea. vnde cum pupillus non posit contrahere societatem expressè.l.& in conductionibus.ff. pro socio. pariter nec tacitè contracta videtur: vt no.Ang. in consi.lx.morte dicti filij.in prin.no.Bar.in.l.Titium & Meuium.§.altero. de admi.tut.col.ij.in.l.si patruis.col.fi.C. cōmunia vtri. iudi.de quo dixi in consi.xxj.Rom.consi.ccccxiij.quo ad primum.in.vj.dub.And.sicu.in cōsi.xxxj.col.ij.lib.j.

¶ Et regula intelligitur, quantū ad hoc vt pupillus non obligetur † sed respectu iniuriæ quæ sibi inferatur, pupillus pati dicitur vt agere posit actione iniuriarū.l. illud. s̄.de iniur.alleg.in glo.vbi dicitur, quòd pupillus dicitur pati iniuriam, licet illam facere non posit. Et prædicta habent locum, nisi pupillus[a] sit proximus pubertati: quia tunc obligatur ratione furti & iniuriæ.l.pupillum.infrà eodem.de quo ibi videbimus.

¶ Vltimò † etiam pupillus dicitur pati, quantum ad primum decretum, quod contra ipsum interponitur si non defendatur. in.l. apud Iulianum.§.fina. s̄.ex quibus cau. in posses.eatur.in.l.si pupillus.§.pupillus.de priui. cred. de quo Roma.in consi.ccccliiij. in re præsenti.not.Bart. in.l.j.§.sufficit.s̄.de administ.tuto.circa finem.

B ¶ Pupillus. Adde enndē et quæ ibi posui in apostil.in.l. ferè in omnib⁹ suprà eod.

B ¶ Alternatiua. Adde Feli. in.c.inter cæteras.col. fin.hîc alleg.qui ponit regulā cū suis fallen.Dyn.& doc. in regu.in alterna.hîc all. & ibi ei⁹ addi. in addit. super verbo satis. & ver.adimpleri. & circa not.q. quā ponit do. Philip.in. d.c. inter cæteras. ver.postremo. adde Iaso.in.l. si se non obtulit.§.si ex conuentione.in.ij. col. in ver. tenendo tamen. suprà de re iudicata.

NOTABILIA.

1 In alternatiuis, sufficere alteram partem veram esse.
2 Ad verificationem copulæ, requiri consensus copulatorum.
3 Vbi verba non sunt coniuncta nec disiuncta ex mente proferentis, quæ accipi debeat.
4 In oratione soluta, quòd punctus sit loco copulæ.

§. VBI VERBA.

VBI VERBA *coniuncta non sunt: sufficit alterutrum esse factum.*

AD declarationem tres conclusiones firmari possunt.

1 A ¶ Prima † ꝙ in alternatiua,[b] sufficit alterā partē veram esse: vt in regula in alternatiuis.de regu. iur.cum simi.vt dixi in.c.inter cæteras.de rescrip.in.iij not.

¶ Secunda conclusio,† quod ad verificationẽ copulæ requiritur concursus copulatorũ.l. si hæredi plures.de condi. insti.cum simi.vt dixi in.c.ij.col.iiij.de rescrip. 2

¶ Tertia cõclusio videtur secũdũ regulã hîc† quod vbi verba nõ sunt cõiuncta nec disiuncta ex mente pronuntiantis,vel disiuncta vel coniũcta accipitur: vt dicit tex.in.l. alienationis verbũ.§.fi. de ver. sig.& si de mẽte pronuntiantis non apparet, sufficit alterũ fieri: vt hîc dicitur.& ad hoc facit:quia in obscuris quod minimũ est,inspicitur. suprà eod.l.semper.& no.per glo.hîc. 3

¶ Contrarium tenet glo.in.l. alienationis. prælleg.§.fi. quæ dicit quòd in dubio coniũcta præsumitur.per.l. triplici. §. videamus.de verb. signifi. vbi probatur,† quòd in oratione soluta,punctus est loco copulæ.not. per glo. in. l.pretia rerum. ad legem falcid. cum simi. vt tradit Alexan. col.ij.in.l.placet.in fine.C. de sacrosanct.eccle. Imo.in.l.cum in testamento.§. hæc verba.in fin.s̄.de hæred.insti.in.l.si ita quis.post Ange. eodem titu. 4

¶ Sed potest responderi,quòd ibi in.d.§.videamus.constabat de mẽte propter subiectam materiam. & aliter respondet Dyn.in reg.in alternatiuis.in fin.eo.tit. in.vj.& no.Bar.in.l.stipulationes nõ diuiduntur.in.vij.q.de ver. oblig. & in.l.re coniuncti.in.iij.oppo.de leg.iij.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Mulieribus non succurri,vt facilius calumnientur.
2 Deceptis & non decipientibus iura subueniunt.

§. MVLIERIBVS.

MVLIERIBVS[a] *tunc succurrendũ est,cum defraudantur:non ut facilius calumnientur.* A

AD IDEM † tex.in.l.ij.§. verba itaq;. ad Velleia.all. in gl.ibi:mulieribus deceptis, nõ decipientibus iura opitulãtur. Adde tex.in.l.si sine.in.l.fœminis. C.ad Velleia. in.l.si decipẽdi.s̄.ad Velle.facit tex.in.l.si in alterius.C. si mi.se ma.dixe.& in.l.si probaueris. C.si res alie.pig.da. sit.† Et generaliter dicitur , quòd deceptis & non decipientibus iura subueniant.c.cum vniuersorum.de rerum permu 1 2

A ¶ Mulieribus. Dictum est suprà in regula, fœminæ. & ratio æquitatis seu auxilij. qd' illis præstatur, euidens est non ad calumniam, vel abusum concedi, sed natura suæ imbecillitatis tantũ hoc requirente: ne interim per similes defectus impotẽtiæ,opprimerentur à viris:quo fit vt gratiæ,priuilegia, & cætera quæ in eorũ fauorẽ sunt concessa,pro æquitate velut ab eadẽ cã dependeant metiri:et ad suã proportionem deduci mandenẽ citra excessum.Pet. Coruesius.

permuta.in.c.inter dilectos.de dona.not.Ange.in consilio.cix.domina Catharina.colum.penult.& quod not. Fulgo.in consi.lxj.domina Catharina.col.fin.Alexan.in consi.clxx.viso processu.col.pe. in ver. plus dico.lib.iiij. Et facit quod no. Guil.de cu.in.l.qui iurasse.in princi.ff. de iureiur. limitando illum text. cum simi. vt tradit ibi Alex. Et limita dictam.l.si in alterius. vt per Roma.in consi.xij. viso facto.colum.fin. versi. respondendum est breuiter. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Masculus quando proximus pubertati dicatur.
2 Pupillum proximum pubertati obligari pro furto.
3 Pubertati proximos, obligari ex delicto.
4 Pubertati proximus, non potest testari etiam ad pias causas.
5 Proximus pubertati an testari posit ex dispositione statuti.

REGVLA CX. CAIVS.

PVPILLVM *qui proximus sit pubertati capacem esse, & furandi, & iniuriæ faciendæ constat.*

VIDENDVM est de duobus. Primò quando dicatur pupillus proximus pubertati. Secundò in quibus casibus, ex delicto teneatur.

1 ¶ Circa primum dicit glo.hîc quod † masculus à.x.anno cũ dimidio supra, dicitur proximus [a] pubertati.cum fœminis in nono cum dimidio: vt etiam not.per gloss.insti.de inuti. stipula. in. §. pupillus. in ver. proximus. & in.l.j. suprà de noua.in glo.fin.& Bart.ibi sequitur.& ita communiter tenetur: vt dicit Ange. areti. in dicto. §.pupillus.idem gloss. in.§. in summa.in ver. proximus. & Bal. idem tenet in. l. si quis in tantam. colum.ij. C. vnde vi. Non omitto tamen quòd Salic.in.l.impunitas.c. de pœnis.declarando dicit verum esse, quod dicitur de proximo pubertati habito respectu ad infantiam: quia minus distat à pubertate quàm ab infantia. Sed per hoc non infertur, quòd sit doli capax: & ideo secundum eum cùm non sit hoc determinatum à iure, arbitrio iudicis committitur.l.j.ff.de iure delibe.& idem Anto.de butr.

A ¶ Proximus Adde Iaso. in auth. sacramẽ. pub. vbi ponit plura circa declarationẽ huius regulę in.v. colum.in versicu. sequitur in text.C.si aduersus vendi.

in.c. atteſtationes. de deſpon. impu. Abb. refert in.c. continebatur.de deſpon.impu. Et doli capaces ſunt, qui ſunt prope pubertatem, vt dicit text.in l.apud Celſum.§.ſi quis non tutor.ver.denique Iulianus.de exce.doli.Et cum hoc non ſit declaratum, arbitrio iudicis relinquitur. vt concludit Io.de ana.in.c.j.de deli.pue.& ad hoc facit: quia etiam proximus infantiæ poteſt eſſe doli capax, imò etiam infans: vt not. per glo.in d.c.j.de delic.pue.Abb.ibi.& in hoc tota vis cõſiſtit: ideo cum in hoc certa ætas firmari non, poſsit, debet arbitrio iudicis declarari. & ad idem facit, quia text.hîc cũ ſimi. loquũtur de proximis pubertati ſimpliciter: ergo debent intelligi ſimpliciter & non reſpectu infantiæ. & ad hoc facit quod not.Bald.per illum text. in l. excipiuntur.§. ad Silla. vbi inquit ꝙ illa diſtinctio de proximo infantiæ vel pubertati, non habet locum in delictis atrociter puniendis: quia tunc ille dicitur proximus pubertati, qui parum diſtat à pubertate per illum textum.Sed certè ratio Bal. videtur pariter in caſu noſtro procedere: quia tex.etiam ſimpliciter loquitur de proximo pubertati.ibi qui proximus ſit pubertati: & eodẽ modo alia iura loquuntur: & cum iſta proximitas non ſit determinata, cõſonat quòd arbitrio iudicis intelligatur, per ſupradicta.

¶ Circa ſecundum, regula hîc ponitur † quòd pupillus proximus pubertati obligatur pro furto: & ratione iniuriæ: & idem dicitur in l.impuberem.§.de fur.& gl.ibi dicit idem eſſe in quolibet delicto. facit text. in l. non excipiuntur.§. ad Sillania. & not. per gloſſ. & Bartol. in l. ſi quis in tantam.C.vnde vi.

¶ Et iſta diſtinctio etiam adhibetur in contractibus: vt probatur in.§.pupillus.inſtitu. de inuti.ſtipu.not.per glo.in l.j.§.de noua.declarando: vt ibi per Bar.& Ang.arct. in.d.§. pupillus. Sic etiam proximè cingendus, habetur pro cincto.l.penul. de teſta. mili. Sicut proximus ad pubertatem, habetur pro pubere.

¶ Et per iſtum textum cum ſimi. in quibus dicitur quòd proximus pubertati obligatur ex delicto.† pariter infertur quòd obligetur ex iuramento: vt not.Barto.in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. cum ſimi.vt tradit Alexand.in l.qui iuraſſet. in prin.de iureiuran.& latè Moder.in authen.ſacramenta puberum. & hoc communiter tenetur ſecundum Abb.in conſilio.xxxix.duo ſunt.in lib.j.& idem Abb.in conſil.cviij.illud in effectu.lib.ij.Fulgo.conſi.ccxxvij.

¶ Adde tamen quòd iſta æquiparatio de proximo pubertati.ad pupillũ non ſemper procedit: patet: quia licet pubes teſtari poſsit.l.qua ætate.de teſta.

4 testa.† tamen proximus pubertati nõ potest testari etiam ad pias[a] causas: vt not. Barto. in l. j. in ij. q. C. de sacrosan. eccle. cum simi. vt latè tradit And. sicu. in consi. lviij. lib. j. Aret. in d. l. fi. in fi. C. de testa. mili. Benedi. Capra consil. lxxxv. cũ viso. & Philip. frã. in rub. de testa. in. vj. in. iij. q. Et aduertendum est, quia in pupillo proximo pubertati, videtur quòd posit dispensari.[b] vt not. Ang. & Alex. in d. l. fi. C. de test. mili. & secundum Barto. in l. si quæramus. s. de test. valet statutum† quòd proximus pubertati possit testari. de quo And. sicu. in consi. xix. col. vj. lib. vj.

¶ Vltimò no. quòd licet pupillus obligetur ex delicto quan do pœna mitigari debet: vt dixi. s. in regu. ferè in omnibus suprà eodem. Subtilis Decius.

A ¶ Pias. Idẽ not. Iason. in l. rescripta. C. de pre. impe. offe. col. fi.

B ¶ Dispẽsari. Adde Ias. in l. rescripta. C. de preci. impe. of fe. colũ. fina. in ver. concluden do puto &c.

NOTABILIA.

1 Delictum & pœnam per mortem extingui.
2 Cadauer mortui, ad furcas suspendere non licet.
3 Hæres tenetur de eo, quod ex delicto defuncti ad se peruenit.
4 Si pœna ipso iure defuncto sit imposita, in hæredem transit.
5 Item si lis cum defuncto, contestata fuerit.
6 In criminalibus & publicis iudicijs, hæredem non teneri nisi data fuerit sententia.
7 Pœna si per modum excipiendi sit imposita, in hæredem transit etiam lite non contestata.
8 In prædictis nõ esse idem de iure canonico, quod de iure ciuili.

§. IN HAEREDES.

IN HAEREDES *non solent actiones transire quæ pœnales* [c] *sunt ex maleficio, ueluti furti, damni, iniuriæ, ui bonorum raptorum.*

AD IDEM text. in §. nõ omnes autẽ. insti. de perpe. & tẽpo. ac. & in l. j. s. de priua. deli. & ad hoc facit, † quia per mortem, delictum, & pœna extinguũtur. l. defuncto. de public. iud. l. in senatus. §. si propter mortem. s. ad tur pil. & in l. fina. C. si reus vel accu. mor. fue. & ideo post mortem, quis accusari non potest: secundum Dyn. in. c. quorundam. cum simi. ibi alleg. in glo.† Vnde non est licitum, cadauer mortui ad furcas suspẽdere: vt dicit Ang. in l. ij.[d] in ver. vltimo scias. C. qui testa. face. pos. post Pet. & Cyn. ibi.

¶ Et idem Ang. in l. defuncto. dicit, quòd errant assesso-

C ¶ Pœnales sunt. Ita Alcia. li. vj. Parergon c. xvij. circa me diũ, vbi dicit q̃ pœna psonę co hereat, & suos seq̃ debeat autores. vide apd eum. Pet. Cor.

D ¶ In l. ij. vbi uest Alex. vide latè Ias. in. ij. nota. q̃ ponit etiã casus in quibus cadauer põt puniri. & Hippo. de marsi. in l. fi. in. vj. co. in ver. itẽ crimina. suprà de quęstio.

res, qui in defunctos faciunt executionem pœnæ capitalis: & quod caueant: quia possent conueniri in syndicatu tanquam inferentes iniuriam cadaueri.l.j.§.quoties.ff.de iniur.

¶Et idem Ange.in l.fi.C.si reus vel accu. mor. fue. in prin. & sequitur Imo.in l.qui à latronibus.§.si quis.col.v.de testa.& idem tenet Bald.in l.j.col.j.C.ne ex deli.defun.cum simi.vt tradit Alex. in.d.l.ij.col. fi. C. qui testa.fa.pos.Ang.aret.in trac.malefi.in ver.qui iudex videns.col.vj.

¶Et regula ista limitatur,†primò non procedere in eo quod ad hæredẽ ex delicto defuncti peruenisset:quia pro eo tenetur hæres,& conueniri potest.l.in hæredem.ff.de calum.l.in hæredem.ff. de dolo cum si. alleg. ff.in reg.sicuti pœna.ff.e.

¶Et ratio ibi naturalis allegatur: quia sicut hæres non tenetur ad pœnam ex delicto defuncti: ita pariter ex tali delicto lucrari non debet.

¶Et quia solum consideratur quòd hæres nõ lucretur, pro eo quod ad eum peruenit datur actio in factum:& non actio quæ fouet in delictum. l.j,§. fin. de vi & vi arma. & in l.j,§.fin.ff. vi bono rapto. vi pro eo quod ad hæredem peruenit,non datur actio vi bonorum raptorum.quia putauit Prætor sufficere condictionem ad istum effectum ne hæres lucretur. Et sufficit ab hærede peruenisse,quia tenetur, licet illud consumpserit. l.videamus.ff.quod metus causa.

¶Et tali casu obligatur etiam hæres hæredis, dato quòd ad eũ nihil peruenerit:vt est tex.no.in l. videamus,quem ad hoc Ange. dicit sing.& in d.l.j.in fi.ne ex delict.defunct.

¶Secundò † regula fallit, si pœna ipso iure defuncto imposita sit: quia tunc transit in hæredem:vt not.Barto.d.l.j.de priua.deli.per.l.Caius.ff. ad Silla.& in l.cõmissa.de publica.& idẽ Ange.in.d.l.j.C.ne ex deli.defunct.co.j.ver.addo tibi alium casum.alleg.etiam.l.fi.ff.de his qui mor. sibi consci.& idem Bald.ibi allegat.c.j.de homi.in.vj.ad idem text.in l. iij.§.quod autem. & ibi Barto.ff. quod quisq; iuris. Et hoc limitatur: vt per Imo.in.c.fi.col.viij.de dona.

¶Tertiò fallit,†si lis contestata sit cum defuncto.d.l.j.C.ne ex deli.& in.§.pœnales.insti.de perpet.& tempo.acti.& not.Barto.in.d.l.j.de priua.deli. vbi rationem adducit. Et hoc procedit in actionibus ciuilibus, quę dãtur ex delicto:† secus est in criminalib⁹ & publicis iudicijs:in quibus hæres non tenetur nisi data fuerit sententia.l. ex iudiciorũ.ff.de publicis iud.not.Bart.in.d.l.j.C.ne ex delict.

¶Quartò regula intelligitur, quando pœna imponitur per modũ agendi:secus

di:secus si per modum excipiendi†: quia tunc pœna transit in hæredem: etiam lite non contestata. l.iij. §. quod autem.§. qnod quisq; iur. secundum vnum intellectum. & not. Ang. d.l.j. C. ne ex deli. defunc. col.ij.

¶ Quintò reg. procedit de iure ciuili. † Secus est de iure canoni. c. fi. de sepul. vbi gl. & in. c. in literis. de rapto. vbi glo. de quo latè ibi insistit Io. de ana. qui omnes alios refert. & adde Domi. in consi. iij. super dubio præmisso.

¶ Et de successore in benefi. not. Cardi. in consi. cxxxiiij. pro discusione. in prin. & alię limitationes colliguntur ex doctrina Bar. in d.l.j. de priua. delic. & Ang. qui etiã plenè loquitur in. d.l.j. C. ne ex deli. defun. & tradit Ang. areti. in. d. §. non omnes autem. insti. de per. & temp. acti. & Io. Berta. in trac. suo de gabel. in. iiij. lib. col. penul. & fi.

Philippus Decius.

REGVLA CXI. PAVLVS.

NIHIL *interest ipso iure quis actionem non habeat: an per exceptionem infirmetur.*

DE ista regula dictũ fuit, in regula nõ videtur cepisse.

NOTABILIA.

1 Pars & totum, considerari dupliciter.

2 Plebs à populo differt, tanquam species à genere.

REGVLA CXII. CAIVS.

IN TOTO, *& pars*[a] *continetur.*

EADEM regula habetur in regula in toto. eo. titu. in vj. cum simi. ibi in glo. allegatis. & facit regula. j. eo. semper in generalibus specialia insunt.

¶ Et hoc propriè. l. si quis cum totum. in prin. vbi Soci. Et hoc idem dicit Bald. de specie contenta sub genere in l.ij. C. de iur. aur. anul.

¶ Et ad declarationem reg. no. quòd † pars & totum considerátur dupliciter. vt no. Barto. in l. si mater. §. si inter. de excep. rei iud. Quædam est pars integralis & totum integrale. Quædam est pars subiectiua, alia quotitatiua: & eodem modo totum vniuersale, totum integrale & pars integralis est prout in domo, quæ constat ex solo, pariete & tecto. l. eum qui ædes. §. de vsucap.

A ¶ Pars. Idẽ econtrà quãdo qualitas adiecta conuenit toti, & quãdo nõ possumus dicere quòd magis de vna parte videatur intellectum quàm de altera: vt incertitudo vitietur. tex. est cũ gl. in l. vxori. in prin. suprà de leg. iij.

¶Et eodem modo in vsufructu, qui dicitur pars integralis fundi: quia proprietas cum vsufructu, facit plenum dominium: vt nota. per gloss. in l. rectè dicimus. de verbo. significatio.

¶Et per glo. in l. iiij. s̄. de vsufru. Totum verò vniuersale, & pars subiectiua dicitur prout est genus & species: quo casu posita specie, ponitur genus: sicut si dicatur est homo, ergo est animal: non sic in toto integrali, quia ad positionem partis, non sequitur totum: vnde posito pariete, non sequitur domus: & posito vsufructu, non sequitur ergo dominiū. vt no. per glo. in. d. l. rectè diximus. no. Bar. in. d. §. si inter. & latius Bar. in l. re coniuncti. col. iiij. versi. iiij. dubitaui. de leg. iij. & in l. qui vsumfructum. de verbo. obligatio.

¶Et hoc modo declaratur text. insti. de iure natura. §. plebs. vbi dicit † quòd plebs, differt à populo tanquā species à genere, nam posita specie ponitur genus: & tñ posita plebe non ponitur populus. nam ibi loquitur de toto integrali, quo casu non valet argumentū: quia plebs non est pars populi subiectiua sed integralis: vt dixi in l. ij. §. j. s̄. si cer. peta.

¶Et ad reg. hîc illa in vtroque toto, videtur habere locum: quia in toto integrali, domus, paries, & solum continetur: & in pleno dominio, vsusfructus continetur: & in toto vniuersali generis, species comprehenduntur. l. hoc legatum. l. si chorus. de leg. ij. l. si ita. s̄. de vsu & habi. & in regula semper in generalibus.

¶Et reg. intelligitur, quòd continetur in effectu per viam cōmoditatis, & nō formalitatis: vt dixi. s̄. in reg. in eo. & no. Dy. in ea. reg. in toto eo. tit. in. vj. vide Ang. in. d. l. qui vsufructu. de verbo. oblig. vbi bene distinguit de toto.

Philippus Decius.

REGVLA CXIII. PAVLVS.

IN OBSCVRIS, *inspici solet quod uerisimilius est: aut quod plerunq; fieri solet.*

ISTA regula declaratur in l. s̄. eo.

NOTABILIA.

1 Pecuniam accipere vel obligatione liberare, idem.
2 Simoniam committi in remissione debiti, sicut in datione.
3 Dare & remitttere paria esse.
4 Qui remittit in debito non liquido, quòd potius dare quàm facere dicatur. limita, vt nume. 5. & 6.
7 Remittere propriè & verè, quòd non sit dare.
8 Dare, est accipientis facere.
9 Qui remittit, dare intelligitur quando pecunia parata est solutioni.
10 In remissione facta ex causa donationis, insinuationem requiri.

Regula

REGVLA CXIIII. PAVLVS.

SI QVIS *obligatione liberatus sit, potest uideri cepisse*a.

ET glo. ponit exemplum in l. qui etiam. ff. de calũ. vel paria sunt † quòd quis pecuniam acceperit, vel obligatione liberatus sit: & adde quòd tex. in. c. veniens. el. j. de testi. † vbi simonia cõmittitur in remissione debiti, sicut in datione. & idẽ habetur. viij. q. iij. c. talia. † Et si paria sunt dare vel remittere. ad idem tex. in l. si fundũ. §. Titio fundum. de leg. j. in l. si mulier. ff. de cõdi. ob cau. no. Bar. per illum tex. in l. peculium. la. j. in prin. de peculio.

¶ Et per glo. in l. si interim. in ver. donationis. vbi Bal. C. de solutioni. facit text. in l. iij. §. si stipulanti. de dona. inter virum. in l. promittendo. §. j. in l. licet. in princip. de iure dotium.

¶ Et conclusio. ff. facta intelligitur, quando ex tali remissione aliquid acquiritur illi, cui fit remissio: prout iura. ff. alleg. loquuntur: secus si nullum cõmodum parti acquiratur: vt quia exceptio declinatoria remittatur: vt no. Abb. in. c. veniens.

¶ Secundò limitatur, † quando remissio fit non debito liquido: secus si debitũ non sit liquidũ sed dubiosum: quia tũc ille q remittit, dicitur potius facere quàm dare: vt idẽ Abb. dicit in. d. c. veniens. & glo. Barto. in l. actione. ff. de transac. cum similibns. vt Alexan. tradit in. d. l. si mulier.

¶ Tertiò limitatur † nisi remissio facta sit de debito pœnali ex delicto: vt declarat Bald. in. d. l. si mulier. in fi.

¶ Quartò † nisi facta sit remissio ob aliam causam: quia tunc nõ videtur donare qui remittit: vt not. Pau. de cast. in l. contra iuris. §. j. ff. de pac. in verbo item nota.

¶ Quintò & vltimò cõclusio declaratur ꝓcedere, largo modo impropriè. Sed † propriè & verè b remittere, nõ est dare. l. Iulia. de condi. & demon. vbi conditio c dandi. x. hæredi. non dicitur impleta per acceptilationẽ. Sed quasi extiterit cõditio legatum debetur. † & ad hoc facit, quia dare est accipientis facere. §. sic itaq;. insti. de acti. & hoc non verificatur in remissione.

Et quan

A ¶ Cepisse. pro indicio potest videri hoc verbum appositum, ita vt præsumptionẽ hoc loco faciat, eũ qui ab obligatiõe liberatur, videri prius aliquid accepisse ꝓpter quod liberãti obligat⁹ fuerit. vt etiam per subsequens §. in eodẽ significato seipsum confirmare videtur. Pe. Cor.

¶ Et quando iudex extraiudicialiter procedit, pro eo nõ præſumitur: † & ideo ſpoliatus tali caſu à iudice reſtituitur. c. conquerente. & ibi Abb. per illum text. in. ij. not. de reſtit. ſpolia. & in nota. caſu tradit Petr. de anchar. in conſi. ccxlix. ad prædicta dubia. in. j. dubio dixi in conſi. cxxv. ſi enim iudex facit quod ad eius officium non pertinet, non dicitur factum à iudice cuius poteſtas videtur limitata reſpectu officij iudicis: qui dicitur Iudex, quaſi ius dicens. c. forus. §. iudex. de verbo. ſigni. & cum poteſtas reſpectu certæ qualitatis tribuatur, extra illam qualitatem non valet quod ab eo factum ſit, vt plura ſimilia congerit Feli. in. c. cum ordinem. de reſcriptis.

B ¶ Cauſę. Ad de Hippo. de mar. ſing. cxcv inc. nemo. &c. & an & qñ iudici reſiſti poſſit, vide Abb. & ibi latiſ. do. Philip. in. j. & ij. col. ĩ. c. ſi qñ. de offi. dele. & in conſi. clj. in princip. maximi põderis. col. iiij. ver. videm⁹ in iudicib⁹. & ad de vnũ caſum ꝙ ſi iudex faciat executionẽ parte nõ citate, ꝙ pars poteſt appellare, & ſi iudex non vult admittere appellationem ſed vult exeq. poterit ei reſiſti de facto. ita Cyn. in. l. j. C. de iur. & fact. igno. quem ſequitur ibi Iaſ. in prin. ij. col. Hier. Chuch.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Hæc regula in contractibus procedit, ſecus in beneficijs principum. & nume. 3.
2 Regula legis in veteribus. in quibus intelligatur.
4 In dubio interpretatio debet fieri, vt actus valeat.
5 Præſumptio legis, non adaptatur ad infirmandum.
6 Verba quæ ad proprium ſignificatum aptari non poſſunt, ad improprium trahi.
7 Princeps quando vti præſumatur plenitudine poteſtatis.

Actus

8 Actus qui prior in ordine literæ est, præcesſiſſe præſumitur.
9 Differentia est an præcedat nomen propriũ, an appellatiuum.
10 Relatio, quando locum non habeat.
11 Pater ſi dat curatorem in teſtamento filio impuberi, datio non valet.
12 Largo modo ſub nomine tutoris curatorem comprehendi.
13 Subſtitutio facta verbis directis à pagano, an valeat.
14 Etiam in materia pœnali fit extenſio ſecundum proprietatem verborum.
15 In dubio actus valere intelligitur, eo modo quo agitur.
16 Promiſsio facta ſine cauſa, non valet.
17 Actus valere non poteſt, non concurrentibus requiſitis.
18 In dubio nõ fit interpretatio quòd duo cõtrarij actus valeãt.
19 Hæc regula non procedit quando ex validitate actus oſtenderetur voluntas teſtatoris.

REGVLA CXXXI. VLPIAVS.

IN CONTRAHENDA *uenditione, ambiguum* [a] *pactum contra uenditorem interpretandum eſt.* Ambigua *autem intentio ita accipienda eſt, ut res ſalua actoris ſit.*

DVO dicta ſunt, & per ſecundum dictum primum limitari vdetur. In primo dicto habetur regula. l. veteribus. ſ. de pactis. & concordat text. in. l. Labeo ſcribit. ſ. de contrahen. empt. & eadem regula habetur in. c. contra eum. eo. tit. in. vj. de quo aliquid dictum fuit in regula ſemper in obſcuris. in fin. ſ. eo.

¶ Et procedit † in contractibus, prout loquitur: ſecus eſt in beneficijs principum: vt not. Bart. in. l. ex facto. col. j. ſ. de vulg. & pupil.

¶ Item ſecus eſt in iudicijs: vt not. per glo. hîc. per text. in. l. ſi quis intentione. ſ. de iudicijs. vbi Bart. idem dicit poſt glo. ibi: & hoc intelligitur niſi in probationibus quæ licet fiant in iudicio. l. quinquaginta. in fin. ſ. de probat. tamen in dubio interpretatio contra ipſum probantem fieri debet: quia probatio debet eſſe cõcludens. c. in præſentia. de probat. & glo. ibi in verbo dubium. no. Bal. in l. quoties. §. ſi quis ita. ſ. de hæred. inſtit. & latè dixi in. d. c. in præſentia. in vlti. not.

A ¶ Ambiguũ verbũ oẽ eſſe, & nullum eſſe, recenſet Gelli9 ex Chryſippo & Diodoro libro noſti. attic. xj. c. xij. Ambiguũ verò Alci. eſt in. l. nepos Proculo. ff. de ver. ſign. quod in ambas ptes agi poteſt, differẽs ab obſcuro verbo, qđ quã plurimas ſignificationes capiat. & de ambiguo pl'a Barto. in. l. inter ſtipulantẽ. §. j. ff. de ver. obli. & in. l. ſi qs intentiõe ambigua. ff. de iudi. cauſa verò quare cõtra vẽditorẽ interpretari debeat, eſſe põt, quia ab ipſo ꝓlatũ eſt, cui ꝓpterea magis æquũ videtur vt præiudicet ꝙ emptori, per regulam ſuprà in ambiguis orationib9. Per. Corueſius.

¶ Itē † reg. d.l. veteribus. intelligitur quādo verba sunt dubia ex eo ꝙ verbum seu oratio plures habet significationes: secus si esset propria significatio certa: quia ab illa non receditur: vt no. Bar. in. l. j. ff. locati. vbi per illum tex. ita declarat. d. l. veteribus. & ad hoc vide Imo. in cōsi. xxj. in casu præmisso. col. ij. in ver. nec obstat prædictis.

¶ † Item dicta regula procedit in contractibus, qui pendent à consensu duorū: secus est in confessione quæ interpretari debet in fauorem confitentis. ita etiam. d. l. veteribus. limitat Pau. de cast. in consi. ccxxj. primò videndum est. col. fin. in versi. & si dicatur.

¶ Vlti. not. est, ꝙ licet fieri debeat interpretatio contra proferentē: vt hîc, & d. l. veteribus. attenditur tñ, quod verisimilius est. ita Oldr. dicit in consi. xcv. ex forma istius statuti. per. l. semper in stipu. ff. eo.

¶ In secundo dicto habetur † quòd in dubio interpretatio debet fieri vt actus valeat. ad idem glo. alleg. l. quoties. supra de verb. oblig. & ad idem est text. in. l. quoties in actionibus. de rebus dub. facit text. in. l. iij. suprà de testam. milit. & in. c. abbate sanè. de verb. signifi. cum simi. ibi allegatis in glo. in verbo valere possit. quæ inter alia alleg. l. diuus. ff. de vsu & habit. nam † præsumptio legis, non adaptatur ad infirmandum, sed potius ad confirmandum quod agitur: vt not. Bal. per illum text. in l. si quis filio. in princi. de leg. j. & ideo vt actus valeat, verba etiā improprie accipiuntur. l. si tibi. vbi Bar. ff. si cer. pet. & in. l. stipulatio ista. §. hi qui. in prin. de ver. oblig. † verba enim quæ in proprio significatu operari non possunt, ad improprium intellectū trahuntur: vt dicit Ange. in l. si cum autem. C. de dona. ante nup. in. l. si tam angusti. per illum text. ff. de serui. cum simi. quæ not. sunt vt dixi in. l. si tibi.

¶ Et nota ꝙ ista præsumptio validitatis actus, potētior est & præualet alijs præsumptionibus. ita probatur hîc vbi primū dictū ꝙ fiat interpretatio cōtra venditorē in dubio limitatur à secūdo dicto dummodo res valeat. & ad hoc facit † quia licet princeps nō præsumatur vti plenitudine potestatis: vt no. Inno. in. c. innotuit. de elec. tamen si aliter actus nō valeret, præsumitur vti plenitudine potestatis ad hoc vt actus valeat: vt not. Pau. de cast. in. l. ex imperfecto. C. de testa. & in consi. cclxxx. in facto præsenti. Alex. in. l. quanquam. C. de testa. milit.

¶ Similiter † licet præsumatur præcessisse actus qui est prior in ordine literæ: vt no. Bar. in. j. constit. C. col. fi. hoc nō habet locū quando actus redderetur nullus: quia ad hoc vt actus valeat, præsumitur præcessisse actus qui in ordine literæ posterior est: vt no. Bal. in. l. cū in testamento.

§. hæc ver

§.hæc verba.ſ.de hæredi.inſti.vbi inquit ꝙ ſi in inſtrumento dicatur ꝙ pater donauit filio, & ꝙ illum emancipauit non attento ordine literæ, præſumitur ꝙ emancipatio prius facta fuerit.& ſequitur Inn.poſt Ang. in.d.§.hæc verba.Alex.in.l.ij.§.prius. de vulg.in.l.diuortio.in prin.ſ. ſolu.matr.in.l.cum proponas.C.de codicillis.in conſi.lxxxj.lecto.col. iiij.lib.iij.& in conſi.cxij.ſuper eo.dubio.col.ij.lib.v.

¶ †Similiter licet cõſtituatur differentia an præcedat nomen propriũ vel appellatiuũ: & cõſideratur illud nomen quod præcedit. l. ſi ſeruus cõmunis ita ſtipuletur. in fi.& ibi Bar.de ſtipu.ſer. hoc non habet locũ ſi actus redderetur nullus: quia in dubio debet iudicari ꝙ illud nomen contemplatum ſit quod facit valere diſpoſitioně.arg.l. quoties.de reb. dub.cum ſimi.ſ.alleg.ita Bar.in.d.l.ſi cõmunis.col.ij.& in.l.ſi vnus.§. ſeruus.ſ.de pac. Alex. in.l.j.in fi.de lib.præte. & dixi in.c. quoniã abb. de offi.deleg.& ad idem facit: †quia licet aliâs deberet relatio fieri,illa non habet locum quando ex tali relatione actus deſtrueretur: vt not. Bar.poſt glo.in.l.cum vulgari.de dote prælegata.Bart.& doct.in.l.talis ſcriptura. de lega. j. cum ſimi.vt dixi in.c. ij. requiris.de appel.& ſic ampliando regulã,ſtat cõcluſio quòd iſta præſumptio ꝙ in dubio actus præſumatur validus,ſuperat alias præſumptiones.

¶ Et prædicta regula videtur procedere, quando verba conueniunt & aliquo modo adaptari poſſunt ad actum qui valet, aliâs ſecus:ita iſtam regulam limitat Areti.in.l.à Titio.colum.fin.de verb.oblig.vbi ad hoc alleg.text.in.l.tutores. §.j. ſuprà de adminiſt. tut. † vbi ſi pater dedit curatorem in teſtamento filio impuberi, datio non valet. & Barto. ibi rationem adducit.

¶ †Nec obſt.ꝙ ſaltě largo modo ſub nomine curatoris cõprehendatur tutor:vt no.per glo.in auth.vt hi obliga.habere peri.res mino.in prin. in ver.ad curatorě.quia illud procedit in diſpoſitione.l.per viam extenſionis.ſecus in diſpoſitione hominis.d.l.tutores.§.j.& ad idě facit tex. in.l.verbis ciuilibus.de vulg.& pup.† vbi ſubſtitutio facta verbis directis à pagano,poſt pubertatě nõ valet & nõ trahitur ad fideicõmiſſum: quia teſtator noluit ſecundũ proprietatě verborum:& ſic in dubio non receditur à proprietate verborum. l. non aliter. in princip. de lega. iij. l.j.§.is qui nauem.verſic.in re igitur dubia.ſ. de exercit.& non obſtant allegata ſuprà quòd vt actus valeat verba etiam impropriè accipiuntur: quia illa procedunt quando apparet de mente. Secus videtur in dubio. Et ſecundum iſtam limitationem reſtringitur quod ſuprà dictum eſt

quòd potentior est illa præsumptio quæ facit actum valere. nam hoc intelligitur seruata verborum proprietate: quia ex proprietate verborum, voluntas disponentis arguitur. d.l. non aliter.

¶ Et videmus † quòd etiam in materia pœnali fit exten- 1.
sio secūdum verborū proprietatē. l. cum lege. ff. de testa. vbi Areti. quia videtur constare de mente illud quod ex verborum proprietate colligitur.

¶ Secundò regula intelligitur † quòd actus valeat in du- 1
bio eo modo quo agitur: non autem fit interpretatio vt valeat eo modo quo valere potest: quia de illo modo cogitatum non fuit: & habet locum quod dicitur: quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. & in. c. cum super. de offic. deleg.

¶ Et ideo illa clausula quòd valeat eo modo quo potest, nisi apposita sit, non intelligitur: vt not. Ange. in consilio. ccxc. noua testandi seu relinquendi forma circa fin. hoc tamen videtur altiorem indaginem postulare: quia in effectu pendet ab illo articulo si non valet quod ago vt ago an valeat vt valere possit: de quo dixi [a] in dicto c. cum super.

B ¶ Dixi. Et Barto. & post eum Iason in l. j. §. si quis ita. colum viij. versic. expedita doctrina. de verb. obli. vbi ponit regulam cū quinq; limitationibus.

¶ Tertiò regula limitatur procedere, † quando in actu 1
concurrunt requisita ad validitatem actus: aliâs secus: vnde promissio facta sine causa, non valet. l. ij. §. circa. de doli excep. ita dicit Imo. in. l. à Titio. col. penul. de verb. obli. in versi. nec obstat si dicatur. † Et huius limitatio- 1:
nis ratio manifesta videtur: quia actus valere non potest, non concurrentibus requisitis: & ita non sumus in dubio prout regula loquitur. Sed in casu claro, in quo constat actum non valere.

¶ Quintò limitatur non habere locum quando contra promissorem posset interpretatio fieri quæ esset illi multum onerosa: quia tunc potius stipulatio debet inutilis iudicari: vt not. Ful. per illum text. in. l. iij. §. si quis insulam. de eo quod certo loco. & ad hoc etiam facit tex. in. l. quod in rerum. §. j. [b] de leg. j. vbi potius inutile legatum B
redditur,

B ¶ §. j. vbi videas Iaso.

redditur, quàm ꝙ testator videatur grauare heredem de redimendo ius finitum per mortem testatoris. ad idem tex. in. l. vxor patrui. C. de lega. in. l. si domus. §. fina. de lega. j. & in. l. dotalem. ff. de testa. mili.

8 ¶ Quintò regula videtur procedere in vno actu. † Secus est in duobus: quia in dubio[b] nõ debet interpretatio fieri, ꝙ vterq; actus valeat. l. si quis ante. de acqui. poss. vbi si quis cõducit & postea rem precario roget vel econtra, vnus actus valet: & tamẽ vterq; valere potuisset, intelligendo ꝙ ex precario nõ transferatur possessio: & ita Ias. dicit in. d. l. si quis ante. col. iij. in. iiij not. Sed certè ratio quæ est in vno actu, vt præsumatur pro validitate actus etiam militat in duobus. nõ obst. tex. in. d. l. si quis ante. quia de natura precarij est, ꝙ possessio transferatur. l. certo. §. j. ff. de precario. & ideo ibi simpliciter dicitur de precario secundũ eius naturã intelligitur ꝙ possessio transferatur. Ex quo resultat ꝙ vterq; actus valere nõ põt. & sic sumus in casu claro ꝙ vterq; actus valere non potest.

A ¶ In dubio. Et quis interpretetur verba dubia. vide Bartolum in. l. veteribus. ff. de pactis.

9 ¶ Sextò & vltimò regula non habet locũ, quando ex validitate actus offenderetur voluntas testatoris. vt not. Pau. de cast. & Alex. in. l. verbis ciuilibus. per illum text. ibi: ne fiat contra voluntatem. de vulg. & pupil.

REGVLA CXXXII. VLPIANVS.

In condemnatione personarum quæ in id quod facere possunt, dãnantur: nõ totũ quod habent extorquendũ est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

DE ISTA regula dictum est suprà in regula. xxviij. l. diuus. in fine.

NOTABILIA.

1 Per restitutionem quantum restituatur.
2 Cõtra cõem, de restitutione bonorũ quæ à fisco ꝑcepta sunt.
3 Restitutioni locum non esse, in præiudicium tertij.

§. CVM VERBVM RESTITVAS.

CVM VERBVM *restituas in lege inuenitur: & si non specialiter de fructibus additum sit: tamen etiam fructus sunt restituendi.*

A ¶ Quid si tã tũ. Vbi videas Ias.co.xiij.ver. vnũ tñ diligenter &c. vbi dicit ꝙ restitutus ad bona nullo casu de mundo recupat fruct⁹ pceptos ex bonis etiã nõ alienatis siue à quo cunque alio. & hãc etiam dicit cõem opi. finaliter tñ dicit ꝙ in consulendo & iudicãdo nõ recederet ab opini. quã tenet hîc do. Phi.& Nellus in trac. Bãni.hîc alleg. hanc etiã tenet subtilis do.me⁹ do.Carol⁹ ruinus in repet. d. §. & quid si tãtum.col.lxxij. versicu. subdit etiã Alexand. hîc.& Io. crotus de mõte ferrato in repet.d. §.colũ.xxxix. ver.iiij.limitatur. de qua vi.(e i s frã.de cur. in cõ si.l.lci.memoriæ recolendæ.col. antepe. versic.ex qbus omnib⁹&c. vsque in fi.consi.lij. Hieronym⁹ Chuchalon.

ET DICIT Bar.in l.fi.co.iij.C.de sen.pas.quòd semp † restitutio tantum restituit,quantũ id aduersus quod restitutio petitur,abstulit:per illum tex.& not.Abb.in.c.venerabili.in prin.de offi.dele.quòd non dicitur quis restitutus,nisi cõsequatur plenariam restitutionem.& est tex. in l.videamus.la.ij.§.in fauiana.in ver.nã prætor.de vsu. vbi dicitur quòd verbum restituas,plenam habet restitutionem vt etiam fructus restituantur cum similibus allegatis in glo.hîc.& ad idem tex.in l.cum prætor.de verbo, sig.no.per gl.in.c.quãuis.de rescrip.in gl.magna.in prin. & in l.Attilicinus.in glo.fi.de serui.rustic.præd.in.c.j.de restitu.in integ.in.vj.in verbo beneficium.quæ allegat bonum tex.in.l.quod si minor.§ restitutio. de mino.& tradit Ant.de butrio consi.xix. quia hîc agitur.col.j. Andr. sicu.in consi.ix.col.penul.lib.j.Ang.consi. cclxxxviij. viso themate.col.iij.

¶ Et per istum tex. dum loquitur de fructibus. & in. d.l. videamus.§.in fauiana.videtur confundi vna communis conclusio, † quæ habet quòd restitutus nunquã videtur recuperare fructus bonorum,perceptos à fisco in bonis etiam non alienatis: vt not. Ange. in l.gallus.§. & quid si tantum[a].col.fi.de liberis & posthu.per tex.in authen.idẽ est de nestorianis.C.de hære.& idem Ang.dicit in authẽ. de hære.& falci.in princ.col.ij.ver. item nec ratione fructuum.& idem concludit Bald. in.c.domino guerrã.col. penul.versi.Sed ego quæro in titulo:hîc finitur lex Corradi.cum similibus:vt tradit Alexan.in.d.§.& quid si tantum.col.antepenul.versi.prædictis adde.

¶ Certè ista conclusio videtur contra istum tex, & cõtra iura præalleg. & ita tenet Nellus in tractatu bãnitorum. in.vij.quæstione.in prima parte tertij temporis,& respondet ad tex.in dicta authen.idem est.Primò quòd non loquitur in restitutiõe. Sed hoc falsum,vt patet ibi,restituẽda quidem.Secundò respondet & melius,quòd loquitur in dispositione limitatiua & non larga & simplici:quasi dicat loquitur in restitutione limitata absq; fructibus:quia ita disponitur.ibi vlterius procedendo:& videtur speciale in

le in illo casu contra illos qui à fide recesserunt.

¶ Et quod dictum est de restitutione quæ reponit omnia in pristinum statum: limitatur † non habere locum, in præiudicium tertij. c. quãuis. de rescrip. in. vj. not. per glo. in d. l. gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posthu. de quo ibi Alex. in char. fi. & Feli. in. c. inter quatuor. col. penul. & fi. de maio. & obed. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Vnicuiq; mora sua nocet, & non alijs.
2 Mora vnius ex reis promittendi, alteri non nocet.
3 Fideiussori mora principalis nocet.
4 Mora filij patri nocet, in actione de peculio.
5 Mora principalis non auget obligationem fideiussoris. nisi fideiussor in omnem euentum se obligaret nu. 6.

§. VNICVIQVE.

VNICVIQVE *mora sua nocet* a: *quòd etiam in duobus reis promittendi obseruatur.*

A Nocet. idẽ dicitur in regula mora. isto ti. lib. vj. vbi latè per Dynum.

SIC ERGO † vnicuiq; mora sua sibi nocet, & non alteri: & hoc etiam habet locum in duobus reis promittendi: quia mora vnius alteri non nocet. l. mora. §. fi. de vsur. Et hoc intelligitur, nisi essent socij. l. penul. s̃. de duo. reis. & no. per gl. hîc tradit Bar. in l. ex duobus. in. xj. q. de duobus reis. Sed ista solutio diuinat: quia in dicta. l. penul. de socio nihil dicitur: vt Aret. ibi dicit. & vlterius facit: quia tex. ibi loquitur in duobus reis promittendi: ergo non videtur loqui in socijs: quia tunc vti socius, alter pro alio esset obligatus, & non reus pro reo. de quo tex. ibi loquitur. † Et ideo dicendum est, quòd mora vnius ex reis promittendi, nõ nocet alteri: vt hîc. Secus est in alio facto affirmatiuo: pro alio loquitur tex. in. d. l. penul. Et gl. ibi ita secundũ Pla. distinguit & bene. Non ob. quòd glo. ibi in contrarium adducit. l. fi. C. de duobus reis. quia loquitur quo ad interrum pendã præscriptionẽ: & non habet locũ quo ad alios effectus moræ: vt Barto. distinguit in. d. l. ex duobus. in. xj. q. Et sic regula ista indistinctè ꝓcedit: quòd mora vnius alteri non nocet etiam in reis promittendi.

B Nocet. item mora tutoris nocet pupillo. l. si ex legati cã suprà de verb. oblig. quod intellige quo ad periculum in eritus speciei debitę secundum docto. ibi.

¶ Fallit in fideiussore. † cui mora principalis nocet b. l. mora. de ver. oblig. & hoc intelligitur in fideiussore dato

ante moram vel post moram. gloss. in l. quoties in diem. de verborum obligatio.not.Barto.in l.vinum.circa primam col.ff. si cert.pet.& Alexand.in.d.l.quoties.in fi.

¶ Sic etiam † mora filij nocet patri in actione de peculio.l.cum filius.de verbo.obliga. Et quod dictum est de fideiussore, verum est quo ad perpetuãdam obligationẽ prout iura.ff.dicta loquuntur. † Secus est quo ad augendum obligationem: quia mora principalis non auget obligationem fideiussoris.l.j.& ibi not.ff.de in litem iuran.not.per gloss.in l.siue in duplum.ff.qui satisd.cog.& facit tex.in l.fi.ff. de fideius.& tradit Ro. in consil.cclxx.pro decisione.in fin.& hoc intelligitur, nisi fideiussor in omnem casum se obligaret.l.quæro.vbi Bart.ff.locati.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

2 Regula dolo facit in qua restitutione procedat.
1 Item in quibus intelligatur.& quando non procedat.nume.3.

§ DOLO FACIT.

DOLO *facit, qui petit quod restituturus est.*

EADEM regula habetur in regula dolo facit in. vj.vbi glo.ponit exemplum in vsurario. ad idem tex.in l. dolo facit. de excep. doli. vbi eum declarat.

¶ Et regula procedit, † si restitutio debet fieri ei à quo petitur: secus si alij.l.si socer.§.Lucius.ff.solu.mat.vbi Barto.not. per glo.hîc,& in.d.regu.dolo facit.

¶ Et hoc intelligitur, nisi ille alius deberet restituere petenti: quia tunc regula etiam procedit.l.si donaturus.§.j. vbi Bart.per illum tex.de condi.ob causam. Item regula intelligitur, † quãdo restitutio debet fieri incontinenti: secus si ex interuallo.l.fi.ver. idem quæsijt. ff. vt leg. no. vbi Bar.Ro.consi.cciiij.pro discutienda.col.pe.& latius tradit Bar. in. d.l.si socer.§.Lucius. vbi latius insistit. Item regula non procedit † in possessorijs: vt not.per glo.hîc & in.d.l.regula dolo facit.& facit tex.in l.j.§.rediguntur.ff.quorum leg.& tradit Pau.de cast.in.d.§. Lucius.post Bart. vide cõclusiões octo, quas in materia istius regulæ tradit Ang.are. insti. de excep.char.pe.ver. quæro, an & quando potest opponi illa exceptio dolo facit &c.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Non dicitur impeditus, qui de facili remouere potest impedimentum.
2 Institutus sub conditione potestatiua, repudiare non potest.
3 Quando difficile est remouere impedimentum, excusatur faciens quod potest.

Regula

REGVLA CXXXIII. VLPIANVS.

Qvi potest facere ut poßit[a] conditioni parere, iam posse uidetur.

VLTRA glo. exemplificari potest in. c. fi. de elec. vbi tempus statutum à iure ad eligēdum, currit illis qui prohibiti erant eligere absq; licentia superioris: quia in mora fuerunt nō petendo licentiam, quā de facili impetrare potuissent. & rationem ibi Abb. adducit per istam regulam qui potest. Et idem not. Bar. per illum tex. in l. sed & si per prætorem. §. j. versi. sed nec ad eos. s̄. ex quib. cau. ma. † dicens quòd non dicitur impeditus ille, qui de facili potest remouere impedimentum. & idem Bald. per illum tex. in l. quibus diebus. in prin. de condi. & demon. vbi vide Pau. de cast. vbi etiam alle. tex. in l. iij. §. quid ergo. s̄. de cōtra. iud. tute. vbi Bald. alle. concor. tex. in. d. c. fi. de elec.

¶ Et regula ista videtur habere locum, quando astringitur ad aliquid faciendū: ꝑut loqtur tex. in. d. c. fi. de elec. aliâs si non astringitur secus videtur. & ita videtur procedere limitatio glo. per. l. is qui hæres. §. j. de acquir. here. vbi † institutus sub conditione potestatiua, non potest repudiare: quia ante implementum conditionis, nō dicitur delata: poterat tamen facere quòd fuisset delata: quia in potestate sua erat conditionem implere: & tamen talis potestas ibi non consideratur: quia nō erat astrictus ad actū de quo ibi agitur, cum actus esset voluntarius. vel ibi agitur de implemento conditionis in potentia pro actu accipitur. l. iij. §. sed & si sic. de statulibe.

¶ Secundò regula intelligitur, quando impedimētum de facili remoueri potest: prout iura. s̄. alleg. loquūtur. Secus † si esset difficile remouere impedimentum: quia tunc excusatur, si fecit quod potuit. l. qui commeatus. & quod ibi Barto. de re mili. & quia reputatur impossibile, quod cum maxima difficultate fieri potest. l. apud Iuliannm. §. fina. de lega. j. Philippus Decius.

A Posſit. Significari hoc verbo ait Alcia. in l. nepos proculo. ff. de ver. sig. simplicem potentiā nulli necessitati subiectam ex sermonis ꝓprietate ex quo nihil huic sententiæ repugnare videtur, quin posse videatur qui liberam potentiam ad conditionē habent. Petrus Coruesius.

NOTABILIA.

1 Repudiare potest, qui potest acquirere.
2 Conditione pendente, hæreditas repudiari non potest.
3 Non omnis qui adire potest, repudiare potest.

§. QVOD QVIS SI VELIT.

QVOD *quis si uelit habere non potest, id repudiare non potest.*

ET econtrà † is potest repudiare, qui etiam acquirere potest l. is potest. de acquir. hæred. repudiatio enim est quædam priuatio, quæ præsupponit habitũ. l. manumissione. § de iusti. & in. c. ad dissoluendum. de despon. impu. & ideo qui non potest adire, nõ videtur nolle adire. l. nolle adire. de acquir. hæred. & facit. § eod. in regu. eius est velle. & quæ ibi dicta sunt. Et † ideo pendente conditione, hæreditas repudiari non potest. l. is qui hæres. §. j. de acquir. hæred. & idem in legato conditionali, quia ante conditionem repudiari non potest. l. si ita scriptũ. §. si sub conditione. de lega. ij. Et cum talis repudiatio sit nulla: non impedit quominus postea purificata conditione, hæreditas adiri posit ab eo qui repudiauit. l. homine legato. de optio. leg. no. per glo. in l. nec is qui. §. fi. in glo. fi. de acquir. hæred. Barto. in l. is qui hæres. in fi. de acquir. hæred.

¶ Et regula ista negatiua, videtur semper procedere: quòd non potest repudiare qui non potest adire. Sed affirmatiua non ita indistinctè procedit, † quia non omnis qui adire potest, repudiare potest; vt tradit Bar. in l. is potest. vbi videndum.

NOTABILIA.

1 Seruos ciuilibus officijs non fungi.
2 Seruus executor non fit.
3 Seruus non fit tutor, arbiter, neque testis,
4 Seruus non potest esse miles.
5 Seruus non potest esse absens causa reipublicæ.
6 Seruus tabellio esse non potest.
7 Seruus procurator esse non potest.
8 Prædicta de seruis, quomodo limitentur.
9 Valet testamentum in quo serui fuerunt testes, qui pro liberis reputabantur.
10 Seruus an habilitari posit ad munus iudicis?

REGVLA CXXXIIII. VLPIANVS.

IN *omnibus officijs quæ fieri per liberas personas leges desyderant, seruus interuenire non potest.*

ET AD istam regulam vide dicta. § in l. quod attinet. & in l. in personam. §. eo. Et ad istam regulam facit tex. in l. cum prætor. §. fi. § de iudi. vbi dicitur, † quod serui ciuilibus officijs nõ funguntur, ideo iudices esse non possunt: vt ibi dicitur: & seruus non habet communionẽ iuris ciuilis in totum; nec edicti prætoris. l. qui testamento. §. seruus. de test. vbi dicit Imol. esse not. quia ius prætorium est fundatum in naturali æquitate. & adde. l. j. de iur. deli. vbi dicitur, quòd serui apud prætorem pro nullo

nullo habentur.

¶ †Et seruus non potest esse executor. Quod not. Bal. in l. id quod pauperibus. colum. ij. q. j. C. de episco. & cle. idem tenet Card. in cle. j. quæst. xvij. de test.

¶ Similiter †non potest esse seruus tutor, arbiter, neq; testis, vt in gloss. dicitur.

¶ †Et adde quòd non potest esse miles. l. penul. §. fi. C. qui mili. nō pos. tempore tamen Hannibalis legitur, quòd post bellum Cannēse permissum fuit propter penuriam hominum quòd serui militarent: vt refert Lucas de penna in l. pe. C. qui mili. non pos.

¶ †Similiter adde quòd seruus non potest esse absens causa reipublicæ. l. fina. infrà eod.

¶ †Similiter seruus non potest esse tabellio. C. de tabel. lib. x. in l. generali. priuatam tamen scripturam seruus facere non prohibetur. l. seruus. suprà de testa.

¶ Et eodem modo seruus † non prohibetur esse procurator. l. seruum quoq;. §. j. versi. ex contrario. de procura. & in arbitratorem potest seruus compromittere: vt not. Barto. in l. licet. §. seruus. ff. de pecu. licet secus sit in arbitrum: vt not. glo. hîc.

¶ Et omnia quæ prohibita sunt seruis: vt. s̄. dictum est, limitari debent nisi †communis error interuenisset: vt not. per gloss. in. d. l. fi. infrà eod. per. l. Barbarius Philip. s̄. de offi. præto. vbi seruus qui communi opinione reputabatur liber, præturam gessit. & in l. j. C. de testa. vbi †valet testamentum in quo erant testes serui, qui communi omnium consensu liberi reputabantur: vide quæ dixi in. c. suscitatus. de rescri. † an seruus habilitari possit tacito cōsensu partis vt iudex esse possit: vide ibi quę dixi.

Philippus Decius.

§. NON DEBEO.

NON *debeo melioris cōditionis esse, quàm auctor meus, à quo ius in me transit.*

VIDE dicta s̄. in l. aliud est vendere. in. §. absurdum est. ad idem infrà. in l. qui in ius. & in l. nemo plus. j. eo.

NOTABILIA.

1 **Permitti non debet, vt propria autoritate sibi quis ius dicat.**
2 **Decem casus in quibus quis potest sibi ius dicere remissiue.**
3 **Occasio tumultus, quòd debeat remoueri.**
4 **Propter seditionem & tumultum, incidere aliquos in crimen læsæ maiestatis.**

Regula

REGVLA CXXXV. VLPIANVS.

NON EST *singulis concedendum quod per Magistratum publicè fieri poßit: ne occasio sit maioris tumultus faciendi.*

EXEMPLIFICATVR secundũ gl. †quoòd non debet permitti alicui, quòd eius propria authoritate ius sibi dicat. & est text. in l. extat. ff. quod met. cau. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & in l. nullus. C. de iudę. in. c. j. §. j. incip. si quis verò. de pa. iu. fir. & Bal. ibi not. plures casus in quibus ista reg. non procedit. & idem tradit Bart. in l. generali. C. de decu. lib. x. vbi Bart. ponit. x. casus in quibus † quis potest propria authoritate ius sibi dicere. & adde glo. in. c. ius gentium. j. dist. quæ dicit quòd quis potest rem suam propria authoritate accipere quando aliter per iudicem illam consequi non potest: idem gl. fi. in. d. l. nullus. & est dictum Inn. in c. olim. el. j. de rest. spo. circa fi. & Abb. in col. fi. & Bar. in l. si alius. §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. cũ simi. vt tradit Alexã. in l. j. §. qui iudicati. de re iudi. & in no. casu tradit Alexan. in consi. cxxxv. circa primum dubium lib. j. vbi materiam latè prosequitur. & in eo. casu consuluit Barto. veroñ. in consi. xxvj. magnifice ac generose prætor, de muliere quæ accepit propria authoritate eius salarium. & in eo. casu tradit idẽ Bar. veroñ. in consil. iiij. visa querela quãdo quis eius domũ propria authoritate intrare posſit. Et secundum reg. consuluit Alex. in consi. lxxiiij. visa facti narratione. col. j. lib. ij. Et limitatur: vt per Alexan. in consi. lxiiij. & si celeberrime. col. fi. lib. iij. & in alio casu no. Io. de Imo. consi. xvj. viso casu. Et limita: vt per Abb. post alios in. c. j. col. iij. de do. & contu.

¶ Et not. tex. quòd † occasio tumultus, remoueri debet. & facit tex. in l. pe. ff. de sica. in fin. ibi: nisi fortè tumultus aliter sedari non posſit. facit tex. in. §. j. ver. deinde. de manda. prin. † quia propter seditionẽ & tumultũ, qs incidit in crimẽ læsæ maiestatis. l. j. in fi. ff. ad. l. iul. maie. Et de pœna seditionis[a] & tumultus: not. Ang. in l. ij. C. de sedi. habetur in l. si quis aliquid. §. authores seditionis & tumultus. ff. de pœ. fit enim seditio concitando plebem. Et dicitur seditio quasi seorsum itio: quia in diuersum vadunt & alios trahunt: vt not. Domini. post Archi. & Io. and. in. c. decet. col. ij. ver. quæro qualiter fiat seditio. de immu. eccle. in. vj. not. Archi. in. c. seditionis. xlvj.

Philippus Decius.

A ¶ Seditionis vide Bart. in l. capitalium. §. nonnunquam.

§. INFINITA.

INFINITA *est æstimatio libertatis, & neceßitudinis.*

De li

DE libertate.s̄.dictum fuit in l.libertas.s̄.eo.Necessitudo hîc accipitur,pro coniunctione sanguinis. vt est tex. in l.fi.s̄.de iusti.& iur.in l.in fideicōmissi.§.cum Polidius. de vsur.in l.si filium.C.de libe.cau.insti.ad tertul.in prin.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Successor particularis,etiam iure domini vti debet.
2 Priuilegium datum loco,transit in successorem loci.
3 Ius personale, singularem successorem non sequitur.

REGVLA CXXXVI. VLPIANVS.

QVI *in ius dominium'ue alterius succedit,iure eius uti debet.*[a]

FACIT [b] quod.s̄. dictum est in l. nemo plus.& in l.hæredem.s̄.eod.

¶ † Et videtur hæc regula loqui etiam in successore particulari & singulari: quia loquitur de illo qui succedit in ius vel dominium alterius. & exemplificari potest ista regula in l. si aquæductus.ff. de contrah. emp. vbi seruitus aquæ ducendæ quæ debetur prædio,transit in emptorem prædij.& in l.forma.§.quanquàm.de censi. vbi immunitas loco concessa ad successorem loci porrigitur. & facit text.in l.j.§.permittitur. versi. planè.de aqua quotid. & æsti.& not.Bald.in l.omnia.in princip.C.de episco.& cle. vbi concludit † quòd priuilegium datum loco, transit in successorem loci. & facit quod not. per glo. fina.in.c.bonæ.el.ij.de postu.præla.cum simi.vt dixi in consi.lxxviij. & vide dicta suprà in reg. in omnibus.s̄. eod. & ad regulam hîc vide text. in l. qui fundum. la.ij.§. eum qui.s̄. de contrahen.emp.

¶ Et hoc quod dictum est, procedit in iure reali : prout text.loquitur. † Secus est in iure personali, vel in obligatione personali, quæ non sequitur singularem successorem.l.j.§.si hæres percepto fundo.ff. ad trebel.vbi Bart. l.fina.§.fina.ff.de contrahen.emp.l.fi.C.de hæred. act.l. æris alieni. C.de dona.quod limitatur: vt tradit Alexā. in dicto.§.si hæres.

A Debet. Cū ius & dominiū sua æqtate innitens, immutabile sit, licet personæ quę in eo succedūt varient: aut aliâs videretur concedi singulis,ꝙ nouū quilibet & propriū sibi ius faceret,contra regulam. c.xxxv.suprà nō est singulis. Pet.Coruesi.

B ¶ Facit. Et quod not. Dy. in reg. si qs succedit. isto titu. lib.vj.

Et quod

¶ Et quod dicitur de singulari successore procedit, quia verba legis hoc ostendunt, dum loquitur regula de iure vel dominio: aliâs verò quod dicitur de successore simpliciter, de vniuersali intelligitur. l. quædam. §. nihil. ff. de eden. limitando & declarando vt per Alex. & Moder. ibi.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Ignorantia iuris etiam à dolo excusat.
2 Ob prohibitionē & resistentiam legis, quis in dolosa ignorantia esse videtur.
3 Iuris peritum ignorantia iuris non excusat.
4 Scientia superueniente, non excusatur quis ex iuris ignorantia.

§. NEMO.

NEMO *uidetur dolo facere, qui ignorat causam cur non debeat petere.*

VIDE dicta. s̄. in regula qui in alterius. s̄. eodem. Et regula ista etiā videtur habere locū in illo, qui ignoraret causam per ignorantiā iuris: † quia etiam ignorantia iuris excusat à dolo. l. sed & si lege. §. scire. s̄. de petri. hæred. vbi dicitur dolo caret: licet in iure errauerit. & ad idē tex. in. l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ver. & si sciens. s̄. ad syllan. & ad idem tex. in. l. si quis id quod. ver. doli. de iuris. om. iud. vbi Alex. & adde tex. instit. vi bon. rapt. in. §. quia tamen. vbi Ange. aret. † Et hoc intelligitur nisi lex prohibeat & resistat, quia tunc videtur in dolo. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. xj. & in reg. qui contra iura. de re iud. in. vj. & ita Bart. concludit in. d. §. scire. cum simi. vt tradit Feli. in. c. de quarta. de præscrip. col. x. versi. tertia restrictio.

¶ Et quod dictum est de errore iuris, qui excusat à dolo: limita vt tradit Alexan. in. l. si quis id quod. de iurisd. omn. iud. vbi inquit † hoc nō procedere in iure perito. l. ij. vbi Ange. s̄. quod quisque iur. Similiter reg. procedit in dolo vero, secus est in dolo præsumpto. vt notat Bart. per illum tex. in. l. diuus Claudius. s̄. de fal. & not. Dy. in reg. iuris ignorantia. eod. tit. in. vj. col. ij. & adde quòd excusatur durante ignorantia. Secus † si superueniat scientia: quia si perseuerat non excusatur. l. cum ancillis. C. de incest. nupt. vbi Bal.

Philippus Deccius.

NOTABILIA.

1 Regula accessorium de reg. iur. in. vj. vnde sumpta fuerit?
2 Regula ista non procedit in rationibus contrarijs.
3 Contractus principalis licet sit inutilis, confessio tamen quæ in eo continetur valet.

REG

REG. CXXXVII. VLPIANVS.

CVM *principalis causa non consistat, plerunq; nec ea quidem quæ sequuntur, locum habent.*

CONCORDAT tex in.l.nihil dolo.in.§. cum principalis.j. eo.† & hinc sumpta est regula accessorium. eo. titu.in.vj. [a] facit tex.in.§.liberis.instit.de vulg.& pupil. cum simi.alle.hîc in glo.& in.d. reg.accessoriū.ad idem tex.in.§.si seruus.instit.de leg.in.l.ij.ff. de pec. leg. facit text.in.l.Lucius.§.qui po.in pign.in.l.Aurelius.§. legatum.de lib.leg.in.l.non dubium.C.de legi.

¶ Et ideo rescisso principali, rescissum videtur accessorium: vt not.per glo.in.l. si patronus.§. si patronum.§.si quid in frau. pat. Et si non tenet contractus principalis, nec precarium valet quod eo accessoriè cōtinetur: vt no. Bal.in.l.ex testamento.C.de fideicom. Alexan.in consi. lxxxj.lecto & discusso.col.iiij.lib.ij.& no.Bar.in.l.nemo potest.col. iij.de leg.j. Rom.in consi.ccxlvj. clarissimè accessor.& idem Rom.in consi.xv.viso compromisso.in ij.dubio.cum simi.quæ not.sunt.

¶ Et quandoque tamen regula ista non procedit: vt innuit text.hîc dum dicit plerunque.nam regula intelligitur † vbi est eadem ratio: secus si diuersa: vt not.Bar.in.l. ita stipulatus.in.xij.oppo.de verb.oblig.& Bal.in.l non dubium. in.xiiij. opposi. C.de leg. Alexan.consi.iiij.circa primum.col. penul. lib.j. & hoc modo procedit text. alleg.glo.hîc in.l.& si is.C. de præd.mino.& in.l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig.

¶ Et hoc modo adaptari potest quod no.Bart.in.l.certi conditio.§.si nummos.ff.si cert.pet.vbi voluit † quòd licet cōtractus principalis sit inutilis, confessio tamen valet quæ in tali contractu continetur. idem Bar. in.l.si ita stipulatus.in.§.Chrisogonus.de verb.oblig.cum simi.vt tradit ibi Alex.col.viij. nam si stipulatio inutilis interponatur super alio contractu, aliâs de se valido, inutilis stipulatio non impedit oriri actionem ex illo contractu de se vtili. vt not.Bar.in.l.j.§. si qui ita.de ver.obli.cū simi. vt tradit

A ¶ In.vj. Vbi videas doct. & satis remissiuè per addi.Dyn. vltra quę vide latè Ias. in. l.j. C. de iudi. & i l.hmōi. §.legatum. de leg.j.p Hip.de mar. singul.xvij.& singul.cxxv. Alexan.in.c. si laicus.xxxj. dist. & in.c. qui sacrū. quinquagesima dist. & qđ not. tradit Soci.ī cōsi.xlj. inci.ī præsenti cōsulta.co. vj. in.iiij. vol.vbi per totū consiliū tractat materiā.l. Luci?. hîc alle. & do. Phil.in.c.præterea. de offic. de leg. col. vj. versi. in glo.fi. in prin.& in.c. prudentiā. §.si verò.ij.co.versic. in gl.ī ver. principali. & eundē in consi. cxcvij. in. iij. col.ver.secūdo diligenter inci. studēdo breuitati. & Bar. in q. xvij. final'r Anch. in repe. c.accessorium. isto tit. lib. vj.

vt tradit ibi Alex. tūc enim ſi nō valet quod ago vt agō, valet vt valere poteſt.l. certi conditio.§.quoniam.ſuprà ſi certum pet.& dicto. §. Chriſogonus.Bonus text. in.l. ſi ſtipuler.§.fin. de verb. oblig. nam tali caſu contractus qui à ſeipſo valere poterat, non videtur acceſſorius: vel eſt eadem ratio quòd vitietur: quia ſtipulatio fuit interpoſita ad maiorem confirmationem, vnde ſi non valet, non impedit oriri actionem. arg.l.iij. de teſtamen.mili. & eodem modò dicitur quòd vitiato expreſſo, non vitiatur tacitum, quando non eſt eadem ratio: vt not.Bart. in.l.fideiuſſor.in princip.de lega.j.& not.Bal.in.l.ſi tibi. § de pignore.s̄. de pact. & dixi in dicto.§.ſi nummos.in dictis caſibus, ille cōtractus licet videatur acceſſorius, eius tamen validitas non pendet à principali qui à ſeipſo valet. Secus eſt in terminis regulæ: quia validitas acceſſorij pendet à principali: vt colligitur ibi:nec ea quæ ſequuntur. Philippus Decius.

REGVLA CXXXVIII. VLPIA.

IN OBSCVRA *uoluntate manumittentis, fauendum eſt libertati.*

DE ISTA regula.s̄.dictum eſt in.l.quoties.eod.titu. & in.l.proxi.§.fin.de his quæ in teſta.delen.

REGVLA CXXXIX. VLPIA.

QVOD *iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt, quaſi ipſe ſoluiſſet, uel ipſi ſolutum eſſet.*

VIDE dicta.s̄.in regula.Is damnum dat.

NOTABILIA.

1 Relicta in teſtamento, an confirmentur per aditionē coactam?
2 Hæreditas ſi pro adita habetur, omnia deberi.
3 Regula hæc locum non habet, in legatis ad pias cauſas.
4 Teſtator an diſponere poſsit, quòd legata debeantur hæreditate non adita.

REGVLA CXL. VLPIA.

SI NEMO *ſubijt hæreditatem, omne ius teſtamenti ſoluitur.* a

A ¶ Soluitur. Vide Iaſ. in.l. eam quam. hîc allega. qui ponit.xij. limit. ad iſtam regulam.

ADDE tex.in.l.ſi nemo.la.j.s̄.de teſtamē.tut.& in.l. eam quam.C.de fideicomiſsis.in.l.ſed & ſi plures.§.ſi ex aſſe.ver.

asse.ver.nec enim.§.de vulga. & pupil. Ampliatur etiam in libertate. vt per Bart. in.l.j. in penul. charta. in versi. quartò quæro. C. de sacrosanc.eccle. Et sufficit, quòd ab vno ex pluribus adita sit.d.l.nemo.cum simi. vt per glo. hîc.& not. Ange.in.d.§.ex asse.vbi etiam alleg. tex.in.l. apud Iulia.§.idem Iulianus.ad Trebel.† Et ibi Alex.dicit quod relicta in testamento, confirmantur, ita per aditionem coactam sicut per voluntariam. Allegat etiam tex. in.l.nam quod.§.si quis compulsus.ad Trebel.

¶ Et regula ista limitatur primò † nisi hereditas pro adita habeatur in tit.si quis omil.causa testa.quia tūc omnia debentur.l.ij.§.planè. §. de vulg.& not.Bar.in.l.j.§.fin. suprà.de vulg. Secundò regu. fallit in milite.l. miles ita hæredem.§.fin.§.de testa.mili.

¶ Tertiò quando habetur pro adita, propter existentiam sui hæredis.l.si filius qui patri.§. de vulg. & ita no. Imo.in.d.§.ex asse.

¶ Quartò adde, quòd regula non habet locum † in legatis ad pias [a] causas: vt not. Bart. in.l.j. C. de sacrosanct. eccle.char.penul.in versi. quartò quæro. de quo no.Bal. in consi.cclxxxvij.dicta mulier.in fin.lib.iiij.& in consi. xx. super primo. lib.v. & consi. xxxix. viso testamento. col.ij.eo. lib.v. Roma.latè consi. ccccxxvij. In terminis propositæ quæstionis.& in consi.ccccxciij.in casu consultationis.Io.de ana.in consi.xxviij.visis.col.pen. Areti.in consi. lxiiij. diligenter.col. pen.& in.l. si filius qui patri. col.j.de vulg.& pupil. post Imo.ibi. And.sicu.consi.viij. scribitur.col.viij.ver.circa istā hæsitationē.lib.j.Aliquid Alexan.consi.iiij.venderetur.lib.ij.col.vij.

¶ Quintò testator pōt disponere, † quod legata debeantur hæreditate nō adita. Alex.in.l.nemo pōt. col.iij.in ver. & ista faciūt ad quæstionē. vbi tamē distinguit post alios quos ibi refert de leg.j. Philippus Decius.

A ¶ Pias cau-
sas. Vide Iasō.
in.l. eā quā. C.
de fideicō.col.
xj. ver. itē con
sidera. vbi di-
cit cōem opin.
cano.& legistā
rum esse cōtrà
Bar.i. d.l.j. C.
de sac.san.ecc.
imò quod etiā reli
cta ad pias cau
sas non debent
hereditate non
adita: quæ tn̄
opi. limitat vt
ibi per eū. idē
tenet etiā Ias.
in.d.l.j.in.j.le-
ctura. col. vj.
ver. extra glo.
& i.ij.lect.col.
fin. versi. vlti.
in quātum &c.
de qua quæst.
videas latiss. &
melius quàm
alibi Barba.
in rub.extra de
testa.col.lviij.
versi. nunc ad
vlti.quæst.vbi
etiā ponit.xxj.
limita.ad regu.
nostrā. & in fi.
incipit discute
re quæstionem
istam an legata
ad pias causas
&c. Hierony.
Chuchalon.

REGVLA CXLI. VLPIA.

QVOD *nullius esse potest, id ut alicuius fieret nulla obligatio ualet efficere.*

VIDEBIMVS statim in.l.impoſsibilium.ij.eodem.

NOTABILIA.

1 Licet poſt latam ſententiam ſolenniter nihil immutãdum ſit, tamẽ pro euidenti æquitate paſſo interdum ſuccurritur.
2 Iudex (ſi poſt condemnationem de innocẽtia appareat) quòd exequi non debeat pœnam in corpus.
3 Exceptio innocentiæ, nunquam videtur excludi.
4 Contumax propter abſentiam, an condemnari poſsit ſi de innocentia conſtat?
5 Superior an conſuli debeat, cum innocentia notoria eſt?
6 Innocens licet ſit punitus, non propterea liberatur delinquẽs.

A ¶ Vbi vide. as Hip. de mar ſi.col.xv. ver. nota etiã iſtum text. q per tres col. multa dicta doc. congerit vltra ea quę hic poſuit do. Phili. & adde ꝙ ſi princeps reſcribat alicui iudici vt talẽ decapitare faciat, vel ſuſpendere, & nõ apparet de cauſa, debet iudex ſuſpẽdere p. xxx dies. ita eſt tex. ſing. in. l. ſi vendicari. C de pęnis. intellige tñ ni ſi ſecũda iuſſio principis veniret: vt in. c. ſi qñ. de reſcript. vbi cano. & Iaſon in. l. puniri. in ſi. C. ſi cõtra ius vel vtilita. public.

REG. CXLII. MARCELLVS.

ETSI nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamẽ ubi æquitas euidens poſcit ſubueniendum eſt.

CONCORDAT & exemplum habetur in.l.penul.ff. de in integ. reſti. vbi not. Ange. quòd licet † poſt latam ſententiam ſolenniter, nihil ſit in ea mutandum. Sed illi inhærendum vt verba ſonant. l. iudex poſtquam. de re iudi. tamen propter euidentem æquitatem ſuccurrendũ eſt ei qui ſententiam paſſus eſt contra ſe. vnde dicit ipſe ſuccurritur capitaliter condemnato, contra veritatem: quia iudex debet ab executione abſtinere & imperatori reſcribere. l. j. §. fin. de quæſtionibus. & Bar.[a] ibi in verſi. item nota. dicit recurrendum ad dominos qui non recognoſcunt ſuperiorem. & ad hoc eſt bonus tex. in. l. diui fratres. ſuprà de pœnis. & ad idem text. in. c. j. de purg. vulg. & ibi Abb. circa fin. & not. Bal. in. l. j. col. fin. C. de confeſ. † quòd iudex etiam poſt confeſsionem & condemnationem ſi liquet de innocentia, non debet executionem facere in pœna corporali. alleg. Innocen. in. d. c. ij. Et iſta exceptio innocentiæ nunquam excluſa videtur: vt dicit Bald. in. l. aditos. col. ij. C. de epiſc. audien. quòd nunquam iudex debet exequi ſententiam capitalem ſi videt illam eſſe iniuſtam. Alleg. Innocen. in. c. paſtoralis. §. quia verò. de offic. deleg.

¶ † Et propter hoc exceptio innocentiæ nunquam excluſa videtur: vt not. Bal. in. l. edita. C. de eden. col. penul. ver. ex tribus autẽ. quia eſt etiã de iure naturali. & ſequitur Io.

tur Io.de ana.in.c. si aduersus.in fin. de hære.& in consi. lix.visa inquisitione.cum simi.vt tradit Alexan.in consi. cxiij.viso themate.col.ij.lib.v.

¶ Et propter innocentiã probandã, admittuntur testes inhabiles: vt not.Spec. in tit.de inquisi.§.j.ver.sed nunquid.Io.de ana.sequitur in.d.cõsi.lix.Alex.consi.xxiiij. animaduersis.co.penul.lib.ij.

¶ Et propter innocentiam, dicit Bar.in.l.absentem.ff.de pœnis.col.fi.† quod licet contumax habeatur pro cõfesso: tamẽ iudex cui cõstat absentẽ cõtumacẽ esse innocentẽ, non potest cõdemnare illum contumacem. & idem Bar. in consi.c.à domino Cy.col.fi.& Bartholo.verõ.consi. xxix.viso processu. col.v. in consi.xlvij. quanquam. col. fin.Areti.consi.cxlvj.visa consultatione.col.ij.&.iij.& facit quod not.Ange.in.l.ij.C.qui testa.cum simi.vt ibi tradit Alex.& Moder.& dixi in.c. at si clerici.in princi. col. iij.in versi.sextò limitatur. de iudi.& Pau.de castr.consi. xxxiiij. super primo quæsito. & Nellus in tractatu bannitorũ.q.xxxiiij.in.ij.parte secundi temporis, vbi limitat quod dictum est de innocentia.† Et adde quod non videtur opus consulere superiorem, si innocentia esset notoria. vt quia condemnatus fuit pro Titio occiso, & apparet illum viuere. dicto.c.ij.de purga.vulga. & in.l.inde Neratius.§.fina. suprà ad legem Aquiliam. de quo Areti.in c.de his.de accusat.& Feli.in.c.consanguinei. colum.fin. de re iudic. † Et not. quòd si innocens sit punitus, per hoc non est liberatus ille qui deliquit.l.seruum.ff. de interrogat. actio. vbi Bal. & idem Bal.in.c.j.§. iniuria.colum.fin. de pace iuramen.firman.& in.l.res inter alios.in fin.C. quibus res iudic. non noc. Angel. in.l. quoties.§. fin. suprà solut. matrim. Abb.in.c. penult.in.vij.q.de re iudic. Et ad istam regulam faciunt quæ suprà dicta sunt in.l.in ambiguis.§.quoties.suprà eodem.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Etiam naturalis obligatio, pro impossibili non oritur.
2 Naturalis obligatio quomodo remoueatur.

3 Stipulatio pœnalis adiecta dispositioni impossibili, an valeat?
4 Qui facit quod potest, non dicitur esse in mora.
5 Fideiussores an incurrant pœnam, facientes quod possunt.
6 Qui facit quod potest, à pœna excusatur, & de intellectu huius dicti nume. 7.

REGVLA CXLIII. MARCEL.

IMPOSSIBILIVM, *nulla obligatio est.*[a]

IDEM dicitur suprà.l.quod nullius esse potest, in regula nemo potest. eodem titulo. in. vj. ad idem text. in l.j. §. si id quod. suprà de action. & obligat. idem in iudicis præcepto.l. fin. suprà quæ sen. sine appel. † & adeò hoc procedit, quòd etiam naturalis obligatio non oritur: vt not.per gloss. in dicta regula nemo potest.in verbo obligari. quæ ponderat textus hic, in verbo nulla. & sic vniuersaliter loquitur. & hoc not.Bart.per illum tex. in.l. si sub impossbili. de fideiusso. & ratio videtur, quia non videtur habere animum se obligandi.l. non solum. de actio.& oblig.l. cum hæres.§.j. de statu liber. † vnde si deficit animus, remouetur naturalis obligatio.

A Obligatio est. Præter naturam id dici posset, vt quis ad ea se astringi vellet, quib⁹ proprijs virib⁹ incapax & insufficiens appareret: tantū abest vt qui similia spondeant pro insanis ferè apud vulg⁹ habeãtur. et quæ contra naturã sunt iuris ciuilis ratio non recipit. vt isti. de capit. dimi. §. cũ aũt. & infrà in regu. vbi repug. §. quæ rerum. Pet. Cor.

¶ Et eodem modo † stipulatio pœnalis adiecta præcedenti dispositioni impossibili, non valet.l. si homo mortuus. de verbo. obligat. secus tamen est in eo qui promittit factum alienum: quia licet promissio non valeat.l. stipulatio ista.§.j.in versi.nemo.de verbo.obligat.§.si quis alium.institu.de inuti.stipulat. tamen si pœna apponatur valet.dicta.l.stipulatio ista.§.j. in ver. mora faciendi. vt not.Bart.in.l.si duo.§.hæc verba.de constitu. pecu.in.l. si ita stipulatus.in.vij. oppo.quintæ partis. de verb.obli. cum simi. vt dixi in consilio.ij.

¶ † Et si fecit quicquid potuit, nõ dicitur esse in mora.l. quod te.suprà si certum pet.col.j.& ibi etiam col.iij.concludit quòd quando factum est in obligatione: indistinctè difficultas impedit moram committi.l. si vehenda.§. penul.ad legem Rhod.de iactu.in.l.j.§.iubet. ver.si frater. de colla. bon. & ideo Abb.in consi.xc. videtur quòd fideiussores.lib.j.concludit quòd † fideiussores qui promiserunt se facturos: & curaturos sub pœna, non incurrunt

runt pœnam, si fecerunt quod potuerunt. & idem Bartolus in consilio ccxxxvj. Martinus promisit. vbi ponit casum de eo qui † promisit se facturum quòd Berta contraheret matrimonium cum Titio sub pœna: si fecit quicquid potuit, excusatur à pœna. idem Federicus in consilio.cxxij.Martinus promisit. & sequitur Abb. post Antonium de Butr. in.c.gemma.de sponsal.colum.iij.versicu.ad vnum singulariter aduerte.idem Abb.in.c.significantibus.in fine. de officio deleg.Aret.in consilio.cxliiij.ex facto proponitur.colum.iiij.versicu.venio igitur ad primum.& ibi dicit hoc procedere,etiam si dictum sit cum effectu:quia intelligitur quòd curabit cum omni diligentia verè,& non fictè.Si tamen fecit quicquid potuit,excusatur.

¶ Et hoc intelligo † nisi constaret de voluntate partium quòd voluerit obligari ad pœnam vel interesse ille qui promisit in omnem euentum quòd non sit factũ quod fuit promissum:vt quia promisit conseruare indemnem, vel soluere de suo proprio. & ita procedit quod not. Aret.in. l. si ita stipulatus.§. possum. vbi tenet contra commnem opinionem.& quod not.Soci.in consilio. cclxxxviij.circa primam quæstionem in. v. q. Cuma. in consilio. clxxxvj. viso instrumento. & consilio clxxxix.testator. nam quando ita apparet de voluntate partium, videtur obligatus simpliciter sub euentu condit.quo casu quando quis incicipit à conditionis euentu,non consideratur mora : ideo obligatur.l.in illa.de verbo.obligat.Bart.in.l.continuus.§.illud.in fin.de verb.oblig. in dicta.l. si homo mortuus.& in dicta.l.si duo.§.hæc verba.de consti. pecu. & ideo in casu dictæ legis si homo mortuus fuisset, facta promissio ab euentu conditionis,promissio valuisset: & pari ratione quando constaret de voluntate partium:quia contractus ex intẽtione partium legem accipiunt.regu.contractus.eod.titu.in.vj. & in simili casu Abb. tradit in consi.xliij.quidam do.Anto.lib.j.

¶ De impossibilitate vide Batto. & Imo. latè in.l. j. de condi. institut. Ange.areti.in.§.impossibilis.institu.de hæred.instituen.glo. & docto. in dicta regula nemo potest.Et an gratia papæ vitietur,propter impossibilitatem.Roma. consi.cccxlviij.quæritur.

Philippus Decius.

REGVLA CXLIIII. CELSVS.

V AN I *timoris non iusta excusatio est.*

VIDE suprà in.l.in omnibus causis:suprà eodem.

REGVLA CXLV. CELSVS.

NIHIL *peti potest ante id tempus, quo per rerum naturam solui possit. Et cum soluendi tempus obligationi additur: nisi eo tempore præterito, peti non potest.*

VIDE suprà in l. cum in tempus.

NOTABILIA.

1 Sine liberis decessisse non dicitur, qui vxorem prægnantem reliquit.
2 In dubio creditur mulieri, si se prægnantem asserat.

REGVLA CXLVI. CELSVS.

SI QVIS *prægnantem uxorem reliquit: non uidetur sine liberis decessisse.*

NOTA † quòd non dicitur decessisse sine liberis, qui vxorem prægnantem reliquit. Et ideo substitutus decedenti sine liberis, non admitteretur: quia etiam si vnus tantum nascatur, conditio verificatur. l. non est sine liberis, de verb. sig.

¶ Et propter istam spem natiuitatis, mittitur ibi in possessionem. l. j. §. toties, vers. æ quius. & versi. Sanetius. de ventre in posses. mit. Et si partus nascatur secto ventre, substitutus excluditur: vt not. Bald. in consil. cix. verba testamenti. lib. iij. facit tex. in l. quod dicitur. de libe. & posth. licet ipsa non dicatur peperisse. l. anniculus. §. falsum est. de verb. sig. Et limitatur: vt per Bal. in prædicto consi. cix. lib. iij. vide Feli. in. c. sicut. in fi. de homi. † Et in dubio creditur mulieri dicenti se esse prægnantem: vt no. Ang. in l. illud. per glo. ibi, s̃. si pars hære. pe. & hoc videtur intelligendum concurrentibus coniecturis, aliâs ibi non creditur. l. j. §. j. ibi: nec dicere se prægnantem sufficit. Et not. glo. hîc quæ dicit, quòd ante natiuitatem, non dicitur conditio liberorum impleta: quia non dicitur homo ante natiuitatem, nec puniretur de homicidio. vide Fel. in. c. sicut. de homici. col. j. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Allegans contraria, non auditur.
2 Rusticum etiam non excusari.
3 Prohibita reprobatione testium, an videatur prohibita reprobatio quæ ex contrarietate insurgit?
4 Legislator quòd actum repugnantem in esse producere non possit.
5 Dispositio si fieri potest, ita intelligi & interpretari debet ne contradicat.

REGVLA CXLVII. CELSVS.

VBI *repugnantia inter se in testamento inuenirentur, neutrum ratum est.*

Exemplifi

EXEMPLIFICATVR per gl.in l.Titius.ſ.de condi.inſti.facit tex. in l.ſcripturę.C.de fide inſtru.in.c.ſollicitudine.de ap.& in l.j.C.de fur. vbi† allegans contraria, non auditur:& vbi eſt cõtrarietas,ibi non cadit executio nec ſimplicitas.† Ideo etiam ruſticus non excuſatur: vt no.Bal. in l.ſcripturæ.col.fi.verſi.quærunt docto.C. de fide inſtru. Et ideo remota nullitate vel exceptione,nõ videtur tolli nullitas vel exceptio quę habet in ſe contrarietatem: vt not.Ang.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.col.xv.verſi.vlterius iuxta prædicta quæro.ſ.de pac.

¶ Sic etiam† prohibita reprobatione teſtium,non videtur prohibita reprobatio quæ inſurgit ex contrarietate ipſorum teſtium: vt not. Domi. in.c.ij.§.fi.col.fi.de teſti.in.vj.allegat glo.quæ hoc dicit. iiij.q.iij.in.c.ſi quis teſtibus.in verbo arguere.& dicit Ange. in conſi.clxxxvij.hîc punctus prima fronte,circa fi.† quod legislator nec Deus ipſe poteſt actum repugnantem in eſſe producere. alleg. iſtam. l. vbi repugnantia. & hoc de contrarietate in l.bello.in no.caſu tradit Alex.in conſi.cxxj.viſo proceſſu.lib.j.& Ang.in conſi.xxxvj.pro deciſione quæſitorũ.col.ij.& Pau. de caſt.in conſi.cccxciij.viſo quodam libello.ſecundum primã formam, de quibus conſilijs dixi in l.edicta.col.xvij.

¶ Et quæ.ſ. dicta ſunt de contrarietate , procedunt quando eſt præciſa contrarietas quę tolli non poteſt:ſecus ſi remoueri poteſt diſtinguendo: † quia diſpoſitio ſi fieri poteſt,ita intelligi & interpretari debet ne contradicat:vt in inſtrumento probatur in. c. inter dilectos. de fide inſtru. in.§.cæterum.& in contractibus.not. Barto. in l.fi.§.idem quæſijt.ſ.de condi. indeb. & in poſitionibus not.Bald.in.c. cum falſa. in fi. C.de iur. & fac.igno.cum ſimi.vt tradit Alexan.in l.j.in prin. col.ij.ſ.ne quis eũ. Et in ſtatutis not.Abb. in.c. gratum. in prin. in.c. ſuper quæſtionum.in prin.in.iij.no.de offi.delega.Et in verbis ſententiæ no.Bar.in conſi.cxj. quæritur. col.iiij. ver. ſuper ſecundo. Et de ſecunda inueſtitura ſcribit Pau.de caſt.in conſi.clxij.circa id quod primò quæritur.col.ij.ver circa ſecundum,Et in omnibus diſpoſitionibus hoc habet locum,vt per diſtinctionem ſi fieri poteſt,contrarietas remoueatur:vt Alexan.concludit in conſi.cxlj.viſo teſtamento.col.iiij.lib.ij.vbi ad hoc plura inducit.

Philippus Decius.

§. QVAE RERVM.

QVAE *rerum natura prohibentur: nulla lege confirmata ſunt.*

DE HOC ſuprà in l.impoſsibilium.ſ.eod.titu.

NOTABILIA.

1 Pupillus quicquid videt ignorat.
2 Pubertati proximum, ex delicto obligari.
3 Infans vel infantiæ proximus, non obligat etiam naturaliter.

REGVLA CXLVIII. CELSVS.

PVPILLVS nec uelle nec nolle in ea ætate (nisi apposita tutoris authoritate) creditur: nam quod animi iudicio fit: in eo tutoris authoritas necessaria est. a

A ¶ Necessaria est, ne sibi ipsi pupillus sua imbecillitate præiudicet propter quod statutum etiam à Platone est in. vj. de legib. vel de legum latio. nequaquam deferendos orphanos absque tutore, quod si datus obierit, nisi intra decē dies affines aliū constituāt, dracma quotidie mulctari iubet: quousque orphanis tutorem præficiant. Pet. Cor.

ET ALIBI in l. j. C. de fal. mo. dicitur quòd † pupillus quicquid videt ignorat, & in tali ætate pupillus nec scire nec discernere potest. l. pupillus. de acq. hæred. & eo. titu. l. more. §. fi. dicitur quòd nō est consilij capax, & in omnibus rebus infirmum est eius iudicium, ideo tutore authore regitur. l. fi. ff. de manu. vin. & quia non sentit, ingratus æstimari non potest. l. si quis in suo. §. legis. in fi. C. de inoffi. testa. Et propter lubricum consilij, repellitur à testimonio l. iij. §. lege iulia. ff. de testi. Et testari prohibetur: quia nullum habet iudicium. §. præterea. insti. qui. non est permis. face. testa. & stabilem mentem nō habet. l. fina. C. de testamen. mili.

¶ Et ista regula cum simi. allegatis intelligitur in pupillo qui infans sit vel infantiæ proximus. † Secus videtur si pubertati proximus sit, per ea quæ. s̄. dicta sunt in regula pupillum. vbi dictum est, quòd ex delicto obligatur. Et concludendo pupillus an possit habere officium, dictum fuit. s̄. in l. fœminæ. §. item impuberes. s̄. eo. titu. An ex delicto dictum est. s̄. in l. pupillum in contractibus. † pupillus infans vel infantiæ proximus non obligatur etiam naturaliter. l. quòd pupillus. s̄. de condi. indeb. vbi glos. ad idem tex. in l. pupillus. s̄. de actio. & obliga. & facit tex. hîc cum similibus. Si verò sit proximus pubertati, obligatur naturaliter. l. j. ff. de actio. & obliga. & not. per glo. hîc, & Bar. in l. j. ff. de nouatio. cuius dicta refert Ange. aret. in. §. pupillus. insti. de inuti. stipula. & vide quæ dixi in l. non omnis. §. pupillus s̄. si cer. peta.

Philippus Decius.

Notabi

NOTABILIA.

1 In bonis etiam esse dicitur, quod bona fide possidetur.
2 Bona dotalia, in bonis mariti esse non dicuntur.

REGVLA CXLIX. CELSVS.

QVOD *euincitur, in bonis nostris non est.* a

GLO. in fi. intelligit quando euictũ sit: † tũc enim nõ dicitur esse in bonis, quia non sum dominus, nec bonæ fidei possessor. l. bonorum, §. in bonis. de verbo. significa. s̃. vbi etiam in bonis esse dicitur, quòd bona fide possidemus. & in l. rem in bonis. de acqui. re. domi. dicitur: quòd dicitur esse in bonis res, pro qua exceptio competit possidenti, & actio cõtra possidẽtem. & hoc largo modo: aliàs verò quædam dicuntur non esse in bonis nec extra bona. l. j. de vsufru. lega. & ibi Bart. & bona data in feudum, cõputantur in bonis vasalli: vt no. Bal. in. c. j. in prin. circa fi. in titu. per quos fiat inuesti.

¶ Et bona dotalia, † non dicuntur in bonis mariti. Bart. in l. Lucius. §. idem respondet. el. ij. ad muni. & cum res euicta sit, an agatur prima actione: vide Barto. in l. si quis aliam. s̃. de solu. Philippus Decius.

A ¶ Non est, quia euictio, abductio quędam vel amissio rerũ cẽsetur quæ emptę sunt: vel alio modo alienatæ vero domino inscio. vt eo. tit. ff. & C. quatenus igitur per euictionem dominum mutant, non in illius bonis esse censendæ sunt, à quo euincuntur. Pet. Coru.

NOTABILIA.

1 Priuilegium datum alicui tanquam viuenti, mortuo non competere.
2 Interpretationem priuilegij, ad concedentem spectare.
3 Mortuus, doctorari non potest.
4 Mortuo, an possit priuilegium concedi?

REGVLA CL. CELSVS.

NERATIVS *consultus an quod beneficium dare se quasi uiuenti Cæsar rescripserat: iam defuncto dedisse existimaretur? respondit non uideri sibi Principem quod ei quem uiuere existimabat, concessisset: defuncto concessisse: quem tamen modum esse beneficij sui uellet; ipsius æstimationem esse.*

DVO dicta colliguntur. † Primum quòd priuilegium datum alicui tanquam viuenti, mortuo non compepetit. Secundum † quòd interpretatio beneficij vel priuilegij, spectat ad principem qui concessit. Circa primum

gl.adducit simile quòd iudicium inchoatum pro aliquo, tanquam viuente: illo mortuo extinguitur.& ad idē tex. allegatus in glo.in l.penulti.suprà quæ sen.sine appel.rescin. Et regula videtur loqui,quādo vnus credebatur esse ille cui datum sit priuilegium:à fortiori si constaret illum mortuum esse,idem esset dicendum : quia mortuo legari non potest.l.j.§.in primo.de cad.tol.l.ij.§.j.l.diuus.§.fi. de iure codi. Et † mortuus, doctorari non potest : vt not. Abb.in.c.à nobis.de senten.el.ij.in.ij.col.in ver.item infero ad aliam quæstionem.& mortuo literæ dari non possunt: vt not.q.tradit Bald.in l.Arethusa.col.ij.ver.& prædicta faciunt ad quæstionem. de statu homi. Alia tamen ratio videtur, quando cogitabat illum viuum & sit mortuus: quia non cogitauit de illo mortuo. Secus si cogitauit illum mortuum,& priuilegium etiam mortuo conueniret: quia videtur quòd etiam mortuo cōferri posit priuilegium: gratia exempli: qui non potest stare viuus in ciuitate,etiam mortuus ibi non potest[a] sepeliri.l.ij.vbi Bar. l.ij.de cadaue. princip. & sepulchra hostium possunt violari.l. sepulchra. ff. de sepul. viola. † ideo videtur quòd etiam mortuo dari posit priuilegium quòd sepulchrum hostis violari non posit,vel quòd corpus mortui in ciuitatē deferri posit : vide dicta Aret.in.§.licet.ex qui.cau. maio.in vlt.not. Circa.ij.dictum.Adde tex.in.l.ex facto. in prin.de vulg. & pup. & in.c.cum venissent.de iudi.declarando: vt dixi ibi.

A ¶ Potest. De quo vide Iaso. qui plura congerit in l.ij. C. qui test.fa.poss. sunt. Hippo. de Marsi. in l.fi.suprà de quæstio. colum.antepenul. vsq; in fi.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Seruitutes prædiorum,pro parte non obligantur.
2 Pluribus hæredibus grauatis ad aliquid,omnes in solidum tenentur.

REGVLA CLI. MARCELLVS.

EA QVAE *in partes diuidi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur.*

EXEMPLVM habetur in l.viæ.suprà de serui.vbi dicitur, † quòd seruitus viæ,itineris & aquæductus pro parte in obligationem deduci non potest : quia vsus eorum indi

indiuiduus est:& ideo si stipulator decesserit pluribus hæredibus relictis, singuli insolidũ viam petunt. Et promissor si pluribus relictis hæredibus decesserit, à singulis hæ
A redibus[a] solida petitio est. & idem dicitur in l. ij. §. ex his. suprà de verborum obliga. ibi dum inquit:& ideo si diuisionem res promissa non recipit, veluti via, hæredes pro-
2 missoris singuli insolidum tenentur: † & ideo si plures hæredes grauati sunt à testatore ad faciendum opus, quilibet insolidum tenetur. l. fideicommissa. §. penul. incip. si in opere. de lega. iij. vbi Barto. & ratio videtur, quia facta indiuidua sunt, sicut seruitutes. l. stipulationes non diuiduntur. in princi. de verborum obliga. & de illo. §. penul. vide Alexand. in l. ij. §. & harum. col. j. de verborum obli. Et in indiuiduis quis consequitur ex ꝑsona alterius, quòd ex propria persona non competeret. l. si communem. ff. quemadmo. serui. amit. cum similibus. vt per Feli. in cap. primo. de præscrip.

A Hæredibus. Sic etiam mortuo vasallo hæredes eius tenẽtur iurare fidelitatem domino insolidum, licet possideant feudum pro parte. ita Ange. in. §. ex his hîc alle. arg. illius. §. & ibi Areti. in. ij. col. ver. ij. noto ibi quærit quid ecõtrà an vnus vasallus teneat iurare fidelitatẽ omnibus hæredibus patroni, & concludit secundũ cõmunem opi. ꝙ non tenetur nisi vni: & ꝙ erit in ei9 electione cui iurabit per gl. in c. j. §. omnes filij. si de feud. fue. cõtrouers. inter do. & ag.

Philippus Decius.

§. IN RE DVBIA.

IN RE *dubia benigniorem interpretationẽ sequi, non minus iustius est, quàm tutius.*

DICTVM est suprà in regula. semper in dubijs.

NOTABILIA.

1 In statutis, verba propriè intelligenda sunt.
2 Fictio non retrotrahitur, in alterius præiudicium.
3 Regula ficta locum non habet, vbi extrema habilia non sunt.
4 Filiusfamiliâs institutus si priusquàm adeat efficitur sui iuris, sibi acquirit & non patri.
5 Aditio quòd retro trahatur.

REGVLA CLII. CELSVS.

OMNIA *ferè iura hæredum perinde habentur: ac si continuò sub tempore mortis, hæredes extitissent.*

CONCORDAT text. in l. omnis hæreditas. infrà eo. & in l. hæres quandoq;. s̃. de acquiren. hæred. & in l. si ex re. §. fina. de stipu. seruo.

1 ¶ Et ista regula procedit secundum fictionem : vt dicit Barto. post gloss. in dicta. l. hæres quandoq;. † ex quo infert

fert quòd statutum quod loqueretur de dominio, non haberet locum in tali dominio quod hæres fingitur retro habuisse: quia in statutis verba propriè accipiuntur. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. vbi gloss. & Barto. in terminis huius regulæ loquuntur. Et ad hoc facit quod dicit Barto. in dicta. l. hæres quandoq;. quòd regula non habet locum in casibus in quibus veritas requiritur. declarando tex. in l. hæreditariæ. ff. de fur. alleg. glo. hîc & ibi. Et ex hoc infert Romanus in. d. l. hæres quandoq;. ad quæstionem de gabella in qualitate. ibi insistit Aretinus.

¶ Secundò infertur, † quòd talis fictio non trahitur retro in præiudiciũ alterius: vt not. Barto. per illum textum in l. nam & seruitus. §. qui negotio. ff. de nego. gest. facit quod not. Barto. in l. si indebitum. §. si procurator. & in l. bonorũ. ff. rem ratam habe. cum simi. vt dixi. ff. in regula semper qui non prohibet. §. j. ff. eod. 2

¶ Tertiò infertur † quòd regula quæ procedit secundum fictionem, non habet locum vbi extrema non sunt habilia quæ requiruntur in fictione translatiua de tempore ad tempus. l. deniq;. ff. ex quib. cau. ma. l. huic scripturæ. ad. l. aquil. in l. quoties. ff. de noua. & ideo quia quædam extinguũtur morte defuncti, quæ cum non reperiantur tempore aditionis nõ possunt ad hæredem pertinere: quia vltimum extremum deficit. l. hæres in omne. ff. de acquirenda hæredirate. cum no. ibi in glo. Quædam etiam non erant tempore mortis, & etiam iacente hæreditate inchoari non potuerunt, vt acquisitio vsusfructus. l. vsusfructus. de stipula. seruo. vel vsucapio. l. vsucapio. & l. ceptam. ff. de vsucapio. Et in istis ista fictio non habet locum. & ad istam resolutionem dicit Barto. in. d. l. hæres. quandoq; reducuntur contraria alleg. in glo. ibi & hîc. Et propter prædictos casus in quibus regula non procedit, hîc dicitur ferè. & in dicta. l. hæres. ad denotandum quòd regula non semper procedit. Et adde quòd regula ista etiam non videtur procedere quo ad personam cui hæreditas acquirenda sit. † quia si filiusfamiliâs sit hæres institutus, & priusquàm adeat, efficiatur sui iuris; hæreditas postea adita sibi acquiritur: nec illa aditio retrotrahitur vt patri acquiratur. l. non dubium. C. de iure deliberã. & facit tex. in l. si solus. §. fi. de acquirenda hæred. & cum attendatur tempus aditionis quo ad acquisitionem. 3 4

¶ † Ex supradictis infertur ad quæstionem, quòd ex quo aditio trahitur retro, quòd si procurator generalis eius cui erat delata hæreditas, intentauit iudicium nomine hæredis instituti: & opponatur quòd hæres non adiuit hæreditatem adeundo confirmatur iudicium: quia aditio retrotrahitur: 5

trahitur: vt notat Bal. & Imol. post Cynum in dicta. l. hæres quandoque. quod declaratur, vt ibi per Aretinum. & adde Imol. qui similem ponit quæstionem, quam dicit de facto huisse in l. si filius qui patri. de vulga. col. ij. in versi. & secundum hoc facit ad quæstionem. de vulga.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Conditio de dando hæredi, impleta dicitur, si hæredi hæredis detur.
2 Quòd quilibet Papa, dicatur Petri successor.
3 Verbum videtur, improprietatem denotat.
4 Quæ iuris sunt, verè & propriè, in hæredem hæredis trāsmitti.
5 Pœna hæredi imposita, non habet locum in hærede hæredis.
6 Alienādi prohibitio hæredi facta, ad hæredem hæredis extenditur: quod intellige vt nume. 7.

REGVLA CLIII. MODE.

QVI per successionem quamuis longissimam defuncto hæredes extiterint: non minus hæredes intelliguntur, quàm qui principaliter hæredes extiterint.

CVM ista regula concordat tex. in l. fi. C. de hæred. insti. vbi hæres hæredis, dicitur hæres testatoris. & in. l. iij. §. sed & si Titio. ff. de peti. hæredita. in l. hæredis appellatione. in l. sciendum. de verb. significa. in l. si quis filium. §. fina. de acquirē. hæreditate. † Ideo cōditio de dando hæ-
1 redi, impleta dicitur dando hæredi hæredis [a]. l. si pecu-
A lium. §. hæredi. ff. de statu. lib. & in l. cum ita datur. §. fi. de condi. & demonstra.

¶ Et quod dicitur hîc de hærede: idem est in alio successore: † qa successor Petri dicitur, quilibet Papa: licet quā-
2 plures in medio fuerint: vt not. Domi. in. c. j. in princip. in iij. nota. per illū tex. de homici. in. vj. idē Domi. in proœmio. vj. §. sanè per illum tex. & in. c. j. in prin. ne cleri. vel mona. in. vj. in. c. j. in. iiij. nota. de cleri. cōiuga. in. vj. in. c. cum expediat. in secundo not. de electio. in. vj. in. c. in præsenti. in princip. & in. c. penul. in prin. de præben. in. vj. ad idem tex. in clemen. dudum. in prin. de sepul. & facit tex. in l. j. ff. de castren. peculio. & quod per illum text. tradit Romanus in singulari. cccccclxxxiij. hæredes hæredis.

Et præ

A ¶ Hæredis. Contrarium tenuit in l. qui legata. suprà eo, in fi. verbis. vbi vide quæ posui in apostil. su per verbo hæredis. & Cor. cōsil. cclxxix. incip. videtur prima facie. iij. volu. & do Phili. consil. lxxxj. in j. colum. incip. in casu.

¶ Et prædicta largo modo & impropriè a procedunt, vt dicit glo. in.l. hæredis ap. de verb. signific. & ad hoc facit text. in dicta.l. si quis filium. §. fin. in verbo videtur. quod denotat improprietatem: vt not. per docto. in.l.j. §. deiecisse. de vi & vi arma. in.l. naturaliter. de acquir. possess. & ad hoc facit text. in. l. j. §. hoc edictum. suprà quorum leg. quem ad hoc allegat Aret. in.l. fin. §. fin. in verbo nota. de vulg. & pupil. dicens, quòd non est de proprietate verbi, quòd hæres hæredis dicatur hæres testatoris. & hoc confirmatur, quia dicitur hæres secundum quid: & non simpliciter dum appellatur hæres hæredis. dicta.l.fin. C. de hæred. institu. ergo non propriè: quia verba accipiuntur simpliciter, & non secundum quid. l. hoc legatum. vbi Bart. de leg. iij. 3

A Impropriè. Nam propriè & regulariter appellatiōe hæredū veniūt hæredes hæreditatis ipsius testatoris etiā extranei, vt tradit Corneli9 cōsi. cclxxij. inci. in hac cōsultatione, ij. col.

¶ Et hoc verum est, nisi agatur de his † quæ iuris sunt: quia verè & propriè in hæredem hæredis transmittuntur: vt not. Bal. in. d.l. fin. in. xxj. quæstione. vnde infert quòd hæres hæredis contraueniendo, incidit in pœnam quæ fuit promissa si hæres contraueniret. 4

¶ Secundò regula ista non habet locum, quando dicitur de hæredibus infrascriptis: b vt not. Bar. in.l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg. in fin. col. versi. quæro quid si testator: quia infrascripti dicuntur hæredes qui legi possunt. l.j. s̃. de his quæ in testamen. delentur. & idem Imo. in.l. si quis filium. §. fi. ff. de acquir. hære.

¶ Et hoc procedit, quando subest aliqua ratio particularis affectionis inscriptis hæredibus: aliâs secus: vt tradit Corneus in consi. lxix. quanquam. lib. iiij. Et ad istam distinctionē reduci possunt omnia iura, quæ contra Bar. adducūt Aret. & Moder. in dicta.l. qui liberis. §. hæc verba. Considerando in effectu an sit eadem ratio.

B ¶ Infrascriptis. Vide Ias. in.l. fi. C. de hæ re. insti. vbi ponit quatuor extensiōes ad istā reg. & oēs limitationes quas hic do. Philip.

¶ Tertiò fallit vbi agitur de pœna: † quia si hæredi imposita sit, non habet locum in hærede hæredis: vt notat Bart. in.l. mulcta. de condi. & demonst. in ver. & per hoc dicitur. & Bal. in.l. fin. in. q. xxij. C. de hære. instit. 5

¶ Prohibitio tamen alienandi, facta hæredi, ad hæredem hæredis extenditur: vt not. Bart. in.l. filiusfamiliâs. §. diui. 6

diui.colum.fin.in ver.quæro vtrum.de lega.j.& in.l.Lucius. §. Semproniæ. de lega. iij. cum similibus. vt tradit Roma. in consilio. ccccl vij. circa propositam consultationem.in primo dubio.

¶ Et hoc intelligitur † nisi nominatio hæredis facta sit proprio nomine, vt no.Bar.in.d.§.Semproniæ.cum simi. vt tradit Alex.in consi.lx.ponderatis his.in fi.lib.iij.

Philppus Decius Pisis.

NOTABILIA.

1 Effectum rei sæpenumero mutari.
2 Taciti & expressi, non est par virtus ad nullitatem actus.
3 Remissio iuramenti calumniæ expressè facta, non valet.
4 Error iuris expressus in sententia vitiat.
5 Expressio, quòd quandoque prosit.
6 Expressa renuntiatio, plus valet quàm tacita.
7 Re expressè legata, transfertur dominium in legatarium.
8 Expressa conditio in vltimis voluntatibus, impedit transmissionem.
9 Per pactum expressum, pignus ipso iure tollitur.
10 Expressi & taciti in contractibus, est par virtus.

REG. CLIIII. MODEST.

EXPRESSA *nocent,*[a] *non expressa non nocent.*

GLOSSA ad declarationẽ regulæ firmauit tres conclusiones.i.† secundum regulam vt verba sonãt.ad idem tex.in.l. nonnunquam in prin.& in.l.si in diem.§. fin.de condi.& demon.vbi dicitur, quòd sæpenumero effectus rei mutatur [b] ex eo quòd testator expressit quòd absq; expressione intelligitur.ad idem text.in.l.Semproniũ.ff. de hære. insti.& in.l.actus legitimi.ff.eod.

¶ Et ista conclusio procedit, quantum ad annullationem actus: quia magis inspicitur ex dispositione expressa, quàm tacita: † vnde quo ad nullitatem actus, non est par virtus taciti & expressi: vt dicit Bald. in.l. eleganter.§.si quis post. col.penul.ff. eo.de condi. inde.& colligitur in iuribus.ff.allegatis: † & videmus, quòd remissio iuramenti calumniæ expressè facta, non valet, & tacitè admittitur c.j.de iura.calum.in.vj. c. cæterum. de iura.calum. & in l.ij.§.sed quia veremur.C.eo.titu.

¶ † Et error iuris expressus [c] in sententia, vitiat: secus si tacitè

A ¶ Nocent, quia ex illis magis de mẽte liquet: cũ etiã lex interdũ expressionẽ verbi cõsideret & latior in eo plerunq;, quàm in tacito interpretatio fieri solet, vt copiosè no. Alciat. in.l.cũ quid mutuũ.ff. de reb.credit. Pet. Coruelius.

B ¶ Mutatur, Adde text. & doc.in.l. iij. §. filius autẽ. vbi Iason fi.col.de lib.et posth.

C ¶ Expressus Adde Soci. in trac. fall. ĩ reg. cccl. & Phili. Cor.cõsi. liiij. col.iiij. inci. pro decisione.& in consi.lxxj.col. ij.inci.super.in j.vol.& ĩ cõsi. lxij. inci. quinq;. ij.col.iiij. vol.

tacitè colligatur. vt not. in. c. j. de re iudi. & per gloss. in. l. ex diuerso. §. fin. ff. solu. matr.

¶ Et in casu. d. l. nunquam. cum simi. ff. alleg. nō procedit regula quæ dicit, quòd expressio eorũ quæ tacitè insunt, nihil operatur. l. iij. de leg. j. l. hæredis. §. tractari. ff. quando dies leg. ced. l. non rectè. C. de fideiusso.

¶ Quia in dictis iuribus, videtur aliter facta expressio quàm inesset: vt declarat Imo. in. d. l. si quis Semproniũ. & doct. latè tradunt in. d. l. iij. de lega. j.

¶ Secunda conclusio glo. est, † quòd econtra quandoq; expressio prodest. l. fi. C. de noua. cum simi. alle. in gl.

¶ Et expressa pupillaris substitutio, matrem excludit. l. Papinianus. §. sed nec impuberes. ff. de inoffic. testamen. in. c. si pater. de testa. in. vj.

¶ Secus est in tacita: vt no. in. l. precibus. C. de impub. secundum communem intellectum.

A ¶ Expressa. Et an cõtentũ sub generalitate verborũ dicat expressum, vide Bar. in. l. si fideiussor. de leg. j. & in. l. j. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. et per Dy. in auth. ingressi. C. de sac. sa. eccle.

¶ † Et expressa [a] renuntiatio plus valet, quàm tacita. glo. not. in clemen. sępe. in verbo partibus. de verb. signi. Et expressa repudiatio plus nocet, quâm tacita: vt not. Pau. de cast. in. l. j. C. qui admitti. per glo. in. l. j. §. sed videndum. de cuius intellectu dixi in. d. l. j. col. iij.

¶ † Et quãdo res expressè legata sit, transit dominium in legatarium. l. à Titio. suprà de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. de lega. j.

¶ Secus est si tacitè relictum sit: vt no. Bar. in. l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vendi. in versi. ex quo not. & in. l. seruum filij. §. fi. in fin. de leg. j.

¶ † Et expressa cõditio in vltimis voluntatibus, impedit transmissionem. l. j. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. secus est in tacita. l. conditiones extrinsecus. de condi. & demonst. & not. Bart. in. l. qui sub. conditione. §. fin. in princi. ff. de condi. instit.

¶ † Et per pactum expressum, ipso iure pignus tollitur. Secus est in tacito: vt no. per gl. in. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pact. Et procurator qui habet potestatem reuocãdi substitutum ab eo, potest expressè reuocare non tacitè: vt no. Oldr. in consi. cxxx. col. ij. de qua not. Domi. in. c. si

quem

quem. de procurat. in. vj. & Nellus in tracta. bannitorum in ix. q. tertiæ partis primi temporis.

¶ Tertia conclusio est, secundum regulam. l. cum quid. §. si cert. pet. † quòd in contractibus, par virtus est taciti & expressi. ad idem text. in. l. triticum. de verb. oblig. & hoc procedit in his qui sunt de natura contractus, de quibus partes videntur cogitare: non tamen propriè hoc videtur ex intentione partium: sed potius hoc videtur ex prouisione. l. sicut in interesse. quod tacitè venit in obligationibus facti non dicitur esse ex dispositione hominis: sed legis. vt not. Bart. in. l. cum stipulatus. de verbo. obligat. & facit text. in. d. l. cum quid ibi agi videtur. & ibi pro cauto habetur. ista enim verba denotant fictionem. & ita Areti. dicit in. l. iiij. §. Cato. col. xiiij. de verb. obliga. dixi in. d. l. cum quid. vbi plenè materia explicatur.

Philippus Decius.

REGVLA CLV. MODEST.

PRIVILEGIA *quædam causæ sunt: quædam personæ: & ideo quædam ad hæredes transmittuntur. Quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredes non transeunt.*

DE ISTA regula dictum est suprà in regula in omnibus causis id obseruatur.

NOTABILIA.

1 In contractibus considerari non solum quod licet, sed & quod honestum.
2 Ius honestatis ab omni reuerentia semper exemptum intelligi.
3 Subditos ad ea quæ honesta nón sunt, compelli non debere.
4 Mulier inhonesta, quòd possit de vicinia expelli.
5 Meretrices cogi posse, vt aliquod signum ad differentiam cæterarum portent.
6 Ratione honestatis compelli potest maritus, ad dimittendũ concubinam.
7 Vxor cõmittens adulterium, non perdit dotẽ, si maritus concubinam habeat.
8 Mulier dotem repetere potest, viro concubinam tenente.
9 Honestas quòd in contractibus attendatur.
10 Decipere quòd non sit honestum, nec bono viro conueniat.
11 De iure canonico etiam procedit, ꝙ liceat contrahentibus se decipere.

REGVLA CLVI. MODEST.

SEMPER *in contractibus non solum quod liceat considerandum est: sed et quod honestum est.*

NOTA quòd † in contractibus consideratur non solum quod licet: sed etiam quod honestum sit. nam vnum est præceptum iustitiæ quòd viuat quis honestè. l. iustitia. §. iuris præcepta. de iusti. & iure. & † ideo

ius honestatis ab omni reuerentia semper exemptum esse intelligitur. vt not. Bal. in. l. quod ex libera.. C. de oper. liber. vbi per illum text. infertur quòd † subditi alicui domino, non debẽt compelli vt eorum mulieres vadant ad domum domini ad tripudiandum ratione honestatis.

¶ Et propter hoc dicit Pau. de castr. in. l. nullus. C. de sũm. trinit. † quòd si aliqua mulier inhonesta veniat ad habitandum, vicini illam expellere possunt. alleg. not. in §. fin. in authen. de leno.

¶ † Et ideo meretrices, cogi possunt portare aliquod signum, vt discernantur ab alijs: vt not. Bal. per illum tex. in. l. minime. C. de episc. audien.

¶ † Et ratione honestatis ad instantiam vxoris & coniunctorum, potest compelli maritus ad dimittendum concubinã. vt not. Pau. de cast. post antiquos, vbi refert in. d. l. iustitia. §. iuris præcepta.

¶ † Et quando maritus tenet concubinam, si vxor committit adulterium, non perdit dotem. vt not. dicit Pau. de cast. in consi. cxxviij. [a] hæc mulier nõ debet excludi, Quia paria delicta, mutua compensatione tolluntur. l. viro [b] atque vxore. ff. solu. matrim. & in. c. significasti. de adulte.

A ¶ In consi. cxxviij. Al's in consi. ccccij. in primo volu. in nouissi.

B ¶ L. viro. Vbi videas doctores & l. cũ mulier. eo. titu. & Soci. in tracta. fallen. in regula. clxxxvj.

¶ † Et quando maritus tenet concubinam, potest vxor agere ad separationem thori & dotem repetere: & debet lucrari donata propter nuptias. vt Rapha. cuma. concludit in consi. clxxv. domina Andriola. in fi.

¶ Et ad text. hic qui dicit, quòd honestas attenditur in contractibus, dicit glo. † quòd licet iura permittant contrahentibus se adinuicem decipere. l. in causæ. la. ij. §. penulti. suprà de minori. l. item si pretio. §. fina. ff. loca. † non tamen hoc honestum est: & non conuenit bono 1
viro. & in hoc glo. ista est not. quam Bal. sequitur in auth. ad hæc. in penul. col. s̃. de vsur. in. c. quanto. de iureiur. in c. proponente. de rescript.

¶ Et dicit Bal. in. l. cum ipse. in princip. C. de contrahen. empt. in princip. quòd ad bonam fidem spectat iusto pretio vendere.

Et per

¶Et per istam glo. not. cautelam tradit Ioan. de ana.in.c. in ciuitate. col.viij.de vsur. dicens apud Ferrariam cõsuluisse vt interrogetur ille qui minus iusto pretio emit, an sit bonus vir: & si confitebitur hoc quod verisimiliter non negabit, tenebitur ad iustum pretium.

¶Istam cautelam videtur reprobare Feli.in.c.fin. de præsump.col.iiij. quia nõ videtur quod cogatur illi positioni respondere: quia cõtinet turpitudinẽ: iuxta no.per gl.& doc.in.l.qui iurasse.§.si pater.de iureiur.

¶Sed responderi potest, quòd ista non videtur turpitudo, ex quo iura permittunt.arg.l.Gracchus.C.de adul.

¶Videtur tamen, quòd alia ratione non teneatur respondere: quia illa positio captiosa videtur: ideo illi non est respondendum: vt per glo.in c.ij.in ver.rationabili.de confes.in.vj.

¶Vlterius ad istam glo.considerandum est, quòd licet glo.dicat quòd non couenlat bono viro: non per hoc sequitur quòd cogatur ad istud pretium in foro contẽtioso: quia glo. videtur loqui de honestate vel in foro conscientiæ. ¶Propterea † regula quæ dicit licitum esse contrahentibus se decipere: etiam procedit de iure canonico.c.cum dilecti.c. pen. de empt. & vend. ergo videtur permissum etiam in foro conscientiæ: vt per glo.in.c.cũ contingat.de iureiur. Et certè si quis vendit scienti valorẽ rei, nõ videtur læsa cõscientia: vt dicit Sali.in auth.ad hæc.in.xxj. q.C.de vsur.& no.Imo.in.c.j.de empt.& vẽd.& dixi in.l.pe.C.de pact.

¶Et si in foro conscientiæ hoc licet, ergo etiam bono viro hoc permissum videtur contra glo.hîc, quia conscientia idem est quod bonus vir. vt no.Bal.in.c.cum causam.el.ij.in fi.de testi. Et ad supradicta de honestate: no. Lucas de penna in.l. retractare. in prin.C.ne fiscus rem quam vend.lib.x. Philippus Decius.

REGVLA CLVII. IABOLENVS.

NEQVE *interdicto, neq; in cæteris causis, pupillo nocere oportet dolum tutoris siue soluendo est, siue non est.*

ISTA regula declaratur secundum distinctionem Bart. in.l. si dolo tutoris.ff.si quis omis.cau.testa.& in.l.j.§. si procurator.s.si quis ius dicen.non obtempe.supplendo ibi vt per Alexan.

REGVLA CLVIII. IABOLENVS.

NON *potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtẽperat.*

FACIT tex.in.l.j.s.si quis ius dicen.& in.l.iniuriarum.§.si quis.suprà de iniur. & regula ista declaratur quatuor modis: vt tradit Pau.de

cast. in. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. & vide dicta in. l. non videtur. §. si qui iussu. ff. eodem titu. & vide Abb. & quæ dixi ibi in. c. si quando. de offic. deleg.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Qui sui iuris non est, alium sub se habere non potest.
2 Filiusfamiliâs quòd possit esse tutor.

REGVLA CLIX. VLPIANVS.

QVI IN *seruitute est, usucapere non potest:* [a] *nam cum poßideatur, poßidere non uidetur.*

A ¶ Nõ potest Quid si vsucapiat dño sciente & non prohibẽte, an sibi præiudicet? vide do. Bartho. Brixien. in suis quęstion. in dominical. quæstio. 78. num. 4. tract. volu. 12. Pet Corue.

AD IDEM tex. in. l. homo liber. §. quicquid. ff. de acquir. re. domi. ibi: nec possidere intelligitur, qui ipse possidetur. & in. l. sic eueniet. ff. de adult. dicitur † q' ille qui non est suæ potestatis, alium in potestate habere non potest. & secundum Bar. ibi: hoc intelligitur in eadem qualitate potestatis: secus in potestate diuersæ qualitatis: vt patet in filiofamiliâs qui est in potestate patris: & tamẽ † potest esse tutor qui habet pupillum in potestate. ita arguit glo. in dicta. l. si eueniet. Sed Bart. respondet hoc esse propter diuersam qualitatem potestatis.

¶ Sed contra istam resolutionem, videtur text. hîc vbi agitur de diuersa specie potestatis: & tamen argumentũ procedit.

¶ Et idem probatur in. d. l. homo liber. §. quicquid. & ideo ratio subiectæ materiæ debet considerari. nam in tutore agitur de vtilitate publica, quo casu patria potestas non attenditur: vt not. Areti. institu. qui dare tuto. in princip. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Donatio licet inter virum & vxorem sit prohibita, non tamẽ prohibetur possessio transferri.
2 Alienatio quòd dicatur, quando dominium transfertur.
3 Largo modo alienare videtur, etiam qui possessionẽ trãsfert.

REGVLA CLX. VLPIA.

NON ALIENAT, *qui duntaxat omittit possessionem.*

ET ISTA reg. habetur in. l. item si res. §. sunt & alia.

supra

A ¶ Si vir. Vbi videas doct. & ibi Iaf.in.iij.col.in.ij. nota.qui facit plures illationes.& ex ista regu. videtur etiã dicendum ꝙ vasallus seu quicunq; alius prohibitus alienare si tradunt possess.sine titulo, ꝙ non cadat in pœnam, si verò ex inutili contractu,tunc secus videtur dicendum per ea quæ dominus preceptor meus concludit in tract.feud.in.iiij parte.in.xvij.q.quem omnino videas.Hier.Chucha.

suprà de alien. iud. mut. caus. fact. vbi eadem verba habentur.† Et ideo licet donatio sit prohibita,quo ad dominium inter maritum & vxorem. l. iij. in.§.sciendum. de dona.inter vi. possessio tamen non prohibetur transferri.l.j.§.si vir.[a] de acquiren.possessio.& facit text.in.l. fistulas.§.fundum. de contrahen. empt. vbi possessio potest transferri,licet non dominium. Et ratio videtur manifesta: † quia alienatio dicitur, quando transfertur dominium.[b] l. alienatum. s̃. de verbo. signifi.l.j.C.de fun. dota.c.nulli. de re.eccle.non alienan.

¶ † Et ista regula intelligitur propriè : largo modo tamen etiam alienare videtur,qui transfert possessionem. l. non solum. in princip. suprà de alie.iud.facit text.in.l. mulier. §. qui possessionem.s̃. quod met. cau. Et ideo si per rescriptum committatur,quòd alienata ad ius & proprietatem ecclesiæ reducãtur,etiam de possessione occupata poterit cognoscere,licet propriè non dicatur alienata: vt est dictum Inno. in.c. episcopi. de re.eccle.cum simi.vt tradit Feli.in rubri.de rescrip.

Philippus Decius.

B ¶ Dominiũ. Adde tex. quẽ ibi no. pro fin. Bar. & Bal.in l. fin. C. de re. alie. non alie.q vult ꝙ ꝓhibita alienatione intelligatur ꝓhibita omnis translatio siue iuris directi,siue vtilis,siue alterius cuiuslibet iuris : & q̃ propriè dicatᷣ alienatio , & quot modis capiatᷣ,vide Iaso. remi.in.§.item si qs in fraudẽ. de ac.insti.col. iij.in fi.& Fel. in rubr. de fid. instr.iij. col.& prohibita alienatione rei censetur etiã ꝓhibita diuisio.ita Feli. in. c.quæ in ecclesiarum. de cõsti.pe.co. versi.generalᷣr. melius q̃ alibi. Bal.in.c.j.col. fi. de alie. feud. Hier.Chuch.

REGVLA CLXI. PAVLVS.

NEMO *plus commmodi hæredi suo relinquit, quàm quod ipse habuerit.*

VIDE dicta.s̃.in.l.heredem.eodem titu.

REGVLA CLXII. PAVLVS.

QVI NON *facit quod facere debet: uidetur facere aduersus ea,quia hoc non facit.Et qui facit quod facere non debet : non uidetur facere, id, quod facere iussus est.*

FACIT tex.in l.non quicquid.§.iudex.ſ. de iudi. cum ſimi.alleg.in gloſſ. Et vide per iſtam regulam quod decidit Bald. nouellus & Cor. in conſi.xcix.do.Bald.in prin.lib.j.

¶ Et nota hîc, quòd non facere dicitur facere.& hoc etiam in pœnalibus procedit.vide Alex.qui reprobat deciſionem Pet. de anch.quam ibi refert in l.vbi autem.§.ſi id quod.de verb.oblig.

Philippus Decius.

REGVLA CLXIII. CAIVS.

LIBERTAS *omnibus rebus fauorabilior eſt.*

VIDE dicta.ſ.in l.quoties.& in l.in obſcura voluntate.eod.titu.ſ. & not.limitationes glo.hîc.

NOTABILIA.

1 **Alieno nomine agere, quot modis intelligatur.**
2 **Nomine proprio & ad vtilitatem alterius, an agere quis poſsit?**
3 **Nomine alieno, an quis poſsit defenſionem ſuſcipere actore inuito.**

REGVLA CLXIIII. VLPIANVS.

NEMO *alieno nomine agere poteſt.*

AD declarationem regulæ notandum eſt, † quòd alieno nomine quis agere duobus modis intelligitur: vt not.Bar.in l.j.C. de obſequi. Et regula hîc videtur intelligenda, quando quis agit pro alio & nomine alterius: quia agere non poteſt ſine mandato: vel niſi ratione officij; vt in l. quæſitum.ſ.de in ius voc.in l.tutorem.de his quib.vt indig.

¶ Et ideo de ſuo quis, & non de alieno iure agere debet: vt dicitur in l. vti frui.in prin.ſ.ſi vſusfru.pet.& facit tex.in l.cũ te.C.ſi cer.pe.vbi duo mutuo dederunt centum, vnuſquiſq; quinquaginta: non poteſt vnus agere niſi pro ſua parte niſi mandatum habeat: & tunc agit partim nomine ſuo, & partim nomine alieno: etiam in eodem libello; vt not.Bald.ibi: & ad idem tex.in l.planè.ſ.fami.erciſ.

¶ † Et licet nomine alieno quis ſecundũ regulam agere non poſsit, quandoq; tamen quis agere poteſt nomine proprio ad vtilitatem alterius. l. non ſolum.§.interdum.de procura. 2

¶ Et licet nomine alieno quis agere non poſsit, vt hîc: † nomine tamen alieno quis poteſt defenſionem ſuſcipere: etiam inuito actore: vt no.per gloſſ.in l.Iulianus.ſ.qui ſatiſ.cog.vbi Angel.limitat niſi animo nouandi ſuſcipiat defenſionem: quia hoc, inuito actore non poteſt.de quo not. Bar.in l.ſolutionem.de ſolu.& ſicut defenſor admittitur ſuper tota cauſa: ita ſuper vno articulo: vt no.Bar.in l.ij.in fi. C.de neg.geſt. 3

Et regu

¶Et regula fallit in coniunctis. l. exigendi. C. de procu. l. sed & hæ. ff. de procura. declarando: vt dixi in. c. cum. M. de constitu. col. iiij.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Consuetudo semel firmata non tollitur licet bis contrafactum sit.
2 Consuetudinem facientes si contrarium actum faciant, illi derogare videntur.
3 Vltima possessio simpliciter attenditur.

§. TEMPORALIS.

TEMPORALIS *permutatio ius prouinciæ non innouat.*

NOT. ex tex. secundum † glo. quòd consuetudo si firmata sit, nõ tollitur: licet semel vel bis contra factum sit, & not. Bar. hîc: & pro ista glo. Bald. not. tex. in l. fi. C. de serui. & aqua. in princip. cum similibus: vt tradit Alex. in l. ij. in principio. ad finem. ff. soluto matrimonio. & latè Fel. in. c. cum accessissent. in vltima charta. in ver. septimò limita. de constitutionibus. & dixi ibi addendo Cardi. in consi. cxxxj. videndum est primo. in fine. Abb. in consi. xciiij. videtur primo. in fin. lib. primo. Alexan. in consi. v. si vera sunt. lib. v. col. iij. Aret. in consi. xxiij. in præsenti consultatione col. fina.

¶Et ista conclusio limitatur non procedere, † quãdo illi inter quos inducta fuit consuetudo collegialiter & scienter facerent actum cõtra consuetudinem: quia tunc in illo actu videretur derogatum cõsuetudini: vt not. Abb. in. c. pro illorum. in vltimo notabili. in fine. de præbendis, & dixi in dicto capitulo cum accessissent.

¶Secundò fallit in consuetudine, quæ non requirit præscriptionem, videlicet in consuetudine patrisfamiliâs, quia vltimus actus attenditur secundum Baldum in. c. j. §. notandum est. columna secunda. qui feud. dare possunt. vbi alleg. l. mella. §. primo. de alimẽtis & cibarijs legatis. de cuius intellectu dixi in rubrica de consuetudinibus.

¶Tertiò † non habet locũ in possessorio, quia vltima possessio simpliciter attenditur: & ita glo. istam limitat Bald. in. c. j. de cog. feu. col. j. dicens illam procedere in petitorio & non in possessorio. allegat not. per Ioan. and. in. c. cum ecclesia. de elec. & idem Old. in consil. cccxij. thema quæstionis. circa fi. vbi alleg. tex. in. c. cum ecclesia sutrina. de causa pos. & proprie. & Fede. in consi. ccxxxiiij. super primo. in. j. dubio. Calde. in consilio. xij. in titu. de iu. patro. & idem Abb. in cõsil. liiij. videtur primo. col. ij. lib. j. vbi allegat. c. consultationibus. de iure patro. & c. querelam. de electio. & dixi in consilio. cxxix. & consilio. cxxxiiij.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

2 Mutus quòd posit procuratorem constituere item & matrimonium contrahere.nu.2.
3 Mutus & surdus, non prohibentur donare.
4 Mutus quòd posit pacisci.

REGVLA CXLV. VLPIANVS.

Vbi non uoce,[a] sed præsentia opus est: mutus si intellectum habet, potest uideri respondere. Idem in *surdo: hîc quidem & respondere potest.*

GLO. restringit tex. vbi præsentia necessaria sit. Sed tamen tex. videtur cõsiderare præsentiam pro intelligentia: vt in l.coram.de verb.sig.& intentio regulæ fuit dicere, quòd vbi non est opus verbis sed consensu & intelligentia, mutus obligari põt secundum primũ intellectum glo. ¶ † Et ideo mutus procuratorem constituere potest.l.mutus.in prin.de procu.& hæredes institui possunt.l.j.§.mutus & surdus.de hære.insti. hæreditatem adire possunt.l. mutum.s̃.de acquir.hæreditate.in prin.& † matrimoniũ contrahere possunt.l.mutus.de iure do.c. cum apud.& in c.tuæ.de sponsa.† Et mutus & surdus donare non prohibentur.l.qui id quod.§.mutus.s̃.de dona.Et mutus † pacisci potest.l.itẽ quia.ff.de pactis.Et ista declarari & suppleri debent: vt per Alex.in l.j.in prin.de verb.oblig.

Philippus Decius.

A Voce. Vt in stipulationibus in quibus mutum contrahere est prohibitũ per.l.j. ff. de verb. oblig.& ratio est, qa stipulatio confici non potest nisi vtroq; loquente, ppter quod etiã mutis prohibitum: in quibus verò horũ defectus nõ requiritur, (hábiles alioqui itellectu) recipiuntur vt hîc. Pet. Coruesius.

§. FVRIOSVS.

FVRIOSVS *absentis loco est.* Et *ita Põponius lib. j.Epistolarum scribit.*

VIDE dicta suprà in regula: In negotijs.

NOTABILIA.

1 Rei fauorabiliores sunt, etiam si probationes actoris in aliquo excedant.
2 Absens licet condemnari non posit, si tamen de eius innocentia constat potest absolui.
3 In fauorem fisci, in dubio pronuntiandum est.
4 In præparatorijs iudiciorum, magis actori quàm reo faueri.
5 In medio causæ, à pari procedunt actor & reus.
6 In pœnis nocentem melius est absoluere, quàm innocentẽ condemnare.
7 Qui malæ conditionis est & famæ, in incertitudine pro veritate

te habenda, torqueri potest.

8 Damnatum ad mortem (si de innocentia protestetur, & miraculosè cadat) absoluendum.

REGVLA CLXVI. CAIVS.

A ¶ Interpretandum est. Ciuilis huius sciētiæ summa ratio & æquitas in his habet, vt in atrociorib⁹ & quæ naturæ hominū aduersant, quod minus acerbitatis habeat, obseruandū velit. item & in dubijs: vt suprà in reg. semp in dubijs. quod multiplicibus locis in iure id replicatum est, vt in l. maiorē. ff. de pact. & in l. placuit. C. de iudi. & infrà in reg. quoties cū etiā sęuire & omnia in peius trahere, feris & barbaris hominib⁹ sit magis propriū, quàm quibus æquitas, & naturalis ratio, ad omne factū pcipua esse debent. Pet. Cor.

Et in

¶ Et in pœnis, quia liquida & plena probatio requiritur, nunquam iuramentũ defertur in defectum probationis: vt not. Bal. dicit in. l. j. col. ij. verſi ex hoc patet. C. de his quæ pœnæ nomine.

¶ † Et odio pœnæ ſi pœna ex conuentione pro vna parte ſit appoſita, ad aliam partem non extenditur: vt not. Bald. concludit in. d. c. j. col. j. verſi. & ſume hîc argumẽtum qualiter dominus proprieta. priue. feudi. Et † idem in teſtatore, quia ſubſtitutio quæ aliàs extenditur de vno caſu ad alium, non habet locum ſi pœna apponatur: vt not. Bar. in. l. pater Seuerinam. in princ. per illum tex. de condi. & demonſt. Et odio pœnæ à perſona non receditur: vt no. Bar. in. l. mulcta. de condi. & demonſt. & Bal. in. d. l. j. in. iij. oppo. C. de his quæ pœnæ nomine.

¶ Et pœna quia odioſa eſt, † ſi in vno capitulo apponatur, non videtur in alio repetita: vt not. Bar. in. l. in teſtamento. ſ̃. alleg. in princi. & idem Bal. in. l. cum pater. §. pater certam. de leg. ij. & ad idem eſt glo. in cle. ij. in verbo ſanctioni. de vit. & hon. cler. & in cle. fi. de pœñ. in glo. fina. & hoc tamen declarandum eſt vt dixi in. c. ij. requiris. de appel.

¶ Et dato † quòd diſpoſitio principalis extendatur: pœna tamen quia odioſa eſt, extendi non debet: vt no. Ioan. andr. in. c. diſpendia. in prin. de reſcriptis. in. vj. & Domi. ibi col. iij. in. ver. not. incidenter. hoc dictũ ſequitur pro dicto not. do. Abb. in. c. j. de locato. colum. fina. Domi. in. c. ſi fortè. colum. ij. in ver. not. incidenter. de elect. in. vj. & idem tenet Imo. poſt Anto. de butr. quem ibi refert in. c. fina. colum. iij. de reſcript, de quo inferius dicam.

¶ Et in pœnis † vt pœna euitetur, attenditur initium. l. ꝙ ait. §. quod ait lex. ff. de adult. vbi Bar. in. ij. not. & no. Domi. in. c. auaritiæ. in glo. eo ipſo. de elect. in. vj. & facit quod no. Bar. in. l. j. C. de nundi.

¶ Et licet † nomine venditionis, etiam alij contractus comprehendantur. l. ſtatuliberi. §. quintus. ff. de ſtatuli. tamẽ in materia pœnali ſtrictè accipitur pro cõtractu venditionis: vt no. Bar. in. l. qui duobus. ſ̃. de fal. Specu. in tit. de empt. & vend. §. nunc videndum. verſi. ſed pone. & not. in. c. j de exceſ. præla. in. vj. Et licet † appel. hæredis veniat hæres hæredis. l. fi. C. de hæred. inſti. hoc non habet locum vbi agitur de pœna: vt not. Bal. in. d. l. fi. q. xxj. & not. Bar. in. l. mulcta. ſ̃. de condi. & demonſt. & dixi in. l. qui per ſucceſsionem. ſ̃. eo. tit.

¶ Et pœna † non habet locum, niſi ſtatuta ſit. l. & ſi quis. §. diuus. ff. de religio. & per illum tex. dicit Bal. in. l. iij. C. de ſac. ſanct. eccle. in princ. quòd pœnæ odioſæ ſunt, & non habent locum niſi in caſibus expreſsis

in iure

in iure.& quòd in pœnis non fiat extensio no.Domi.in.c.quanquam.de electio.in. vj.& in.c.j. colum.fin. versi ex his not.de biga.in.vj.in.c.si ciuitas.in princip.de senten.excommu.in.vj.& in.c.j.colum.j.de temp. ordi.Et secundum regulam arguit Ange. in consi. centesimo. præmitto. in princi. Cuma. in consi.xlj. ad primum.in tertio dubio. Fulgo.in con.vij.iam pluribus annis.col.penulti.

¶ Et regula ista limitatur non procedere, quantum ad vim verborum: † quia quatenus verborum proprietas significat, fit extensio etiam in pœnis: vt not. Aret.in.l.cum lege.per illum tex.ff.de testa. & idem not. Calde.in consi.j. in tit. de consang.& affin. Secus si ageretur de lata significatione: quia tunc illa in materia pœnali non attenditur: vt dixi in reg. semper in obscuris.ff.eo dum ibi dictum fuit de pœna capitali.

¶ Secundò etiam ibi regula ista limitatur † non habere locum, in pœna excommunicationis per.c. penul. de senten.excom. de cuius intellectu dixi in dicta regula semper in obscuris.

¶ Tertia regula fallit, † quando agitur de remouendo fraudem: quia tunc etiam in pœnalibus fit extensio: ne dispositio elusoria redderetur. c.si ciuitas.& ibi Domi.in.ij.not.de sent.excõ.in.vj. & ad hoc glo.not. in glo.fin.in.c.quanquã.de vsuris.in.vj. ibi dum inquit aliâs facilè esset hanc constitutioñe eludere:& illam glo.no.Domi. ibi.col.penul.versi. not.bene istam glo.ad idem glo. in cle.j. in verbo. sepelire.in fin.de sepulturis.& facit text.in.l.j.§.fin.ff.de calum.& in.l.sed Iulianus.§.mutui dationem.ff.ad senatusconsul.Macedo.

¶ Quartò fallit † vbi agitur de vtilitate publica: quia tunc etiam in materia pœnali, extẽsio fieri debet, ne delictum sit impunitum.l.ij.§.exercituum.per illum tex.ff.de his qui not.infa.& idem not.Bar.in.l.quemadmodum. in.v. nota.per illlum text.C. de agrico.& censi.lib.xj. cum simi.vt dixi in consi.lxv.& idem tradit Roma.in consi.cv.viso themate.col.fin.& Pau.de cast.in consi.xxiij.viso puncto.col.penul.

Quintò fallit,† quando duo sunt æquiparata de iure antiquo: quia pœna statuta in vno, habebit locum in alio: & ista extensio est facta à lege, vt no.Bar.in.l.si quis seruo.C. de furt.per glo.ibi.& in.l. vt tantum.ff. de ser.corrup.gloss.in.c.si postquam.in gloss.fin.de elect.in.vj.& in.c. de multa.de præben.& ibi Abb. & debet æquiparatio fieri per viam regulæ: vt no.Matthesi.in tract.extẽsionis, quem refert & sequitur Ang. aret.in.§.ius autem ciuile.char.antepe.col.iij.versi.tertiò fallit.

¶ Sextò fallit,† vbi agitur de fauore ecclesiæ: quia constitutio pœnalis extendi

extenditur: vt no. per glo. in c. sciant cuncti. & not. ibi Domi. circa fin. in ver. no. primo ex hac gloss. de elec. in vj. & not. Abb. in c. nihil. col. antepen. de elect. in versi. Secundò principaliter potest responderi. Et eodem modo si agatur de fauore fidei, vt not. Abb. in. c. ij. in fin. de diuortijs. similiter si agatur de fauore animarum, constitutio pœnalis extenditur: vt not. Ioan. andr. in c. ex tenore. & ibi Abb. in ver. no. singulariter. qui fil. sint legit. not. Bart in authen. sacramenta pub. col. penul. ver. quæro vtrum. C. si aduer. vend. cum simi. vt Feli. tradit in c. translato. de consti. col. fi. & adde Ro. cōsi. cclxxxv. omnia. in fi. Imo. in cōsi. cxxiij. in causa. col. ij. Alex. in consi. xlij. super præmisso. lib. j. in fin.

¶ Septimò fallit, † si ratio sit expressa: quia tunc etiam in pœnalibus, extensio fieri potest: vt not. Alexan. in l. cum mulier. per illum text. in v. not. ff. solu. matr. & idem not. Domi. in c. si ciuitas. §. j. in princip. de sentent. excommun. in vj.

¶ Octauò generaliter † dici potest, quòd etiam vbi agitur de pœna fiat extensio de similibus ad similia ab identitate rationis: vt not. Bald. per glo. ibi in l. si quis id quod. s. de iuris. omn. iudi. & Alexā. ibi. col. penul. & ad hoc est text. in c. j. §. porrò. in tit. quæ fuit prima causa bene. amit. & Bal. ibi. col. iij. dicit illum tex. esse meliorem. de iure: ibi tamen text. ex noua prouisione vlterius procedēdo in illo casu videtur statuere, ita ꝙ absq; illa noua dispositione aliud fuisset dicendū. ad. §. porrò. respondetur dupliciter: vt per Imo. in l. si verò. §. de viro. col. viij. sol. mat. tamen pro ista conclusione, ꝙ fiat extensio. etiam in pœnalibus sunt glo. tredecim, quas alleg. Ang. aret. in. §. ius autem ciuile. in penul. char. col. ij. de iusti. & iur. & ibi etiam duodecim glo. contrarias adducit.

¶ Et pro resolutione, recurrendum est ad ea quæ scribit Ioan. de imo. in l. si verò. §. de viro. s. solu. matr. Ex cuius dictis firmari potest regula negatiua, ꝙ vbi agitur de pœna, non debet extensio fieri per istum tex. cum simi. s. alleg. Subtilis Decius.

NOTABILIA.

1 Procurator inuitus non constituitur.
2 Aduocatus patrocinium suscipere cogitur.
3 Aduocati largo modo dicuntur procuratores soliti se exercere in palatijs.
4 Sindicus vniuersitatis quòd cogatur officium suscipere.
5 Notarium instrumenta suscipere compelli.
6 Notarius recusans officium suum, eo priuari potest.
7 Hospes inuitus cogendus ad munus proprium.
8 Doctor cogitur consulere. idem in alio artifice, num. 9.
10 Omne officium vtilitate & authoritate publicum, recusari non potest.

REG.

REGVLA CXCVII. VLPIA.

INVITVS, *nemo cogitur defendere.*

ET INVITVS † procurator non constituitur.l. inuitus.C. de procurat.& in.l.filiusfamiliâs.§. inuitus.ff. de procur. Et idem in executore,qui inuitus non cogitur officium executoris suscipere.not. Bart.in.l. at si quis.in versi.credo tamen.de relig.ff. & not.Cardi.in clemen.j. in quarta.q.de testa. † Secus est in aduocato, qui cogitur patrocinium suscipere: vt no.Bal.& Sali.post Goffr.in.l.inuitus.per tex.in.l. prouidendum.C.de postu.no.per glo.in.l.j.§.ait prætor.ff.de postu.in verbo habebunt.& ibi Ange.not.illam glo. Et idem est † in procuratoribus,qui soliti sunt exercere se in palatijs, qui largo modo dicuntur aduocati. & ita dicunt Fulgo. Pau.de cast. & Alex.in.d.l. inuitus. facit tex.in.l.j.§. aduocatos.ff.de var.& extraor.cog.

¶ Et idem est † in procuratore fisci,seu reipublicæ secundum Sali.in.d. l.inuitus.arg.l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.& in.l.si quis magistratus.ff. de mune.& hono.Et ideo syndicus vniuersitatis, cogitur officium suscipere:vt not.Bal.in.d.l. filiusfamiliâs.§.inuitus.in princi.

¶ Et idem dicit Ange.in. d.§. ait prætor. † in notario qui compellitur instrumēta conficere:vt not.Bar.in.l.j.ff.furti aduer.nau.& Bal.in rub. C.de fide instru.col.ij.versi.sed dubitatur.Idē Hosti. in summa.de fide instru. in.§. ex quibus.versi. & hi qui.† vbi dicit, ꝙ si recusat suscipere rogatus,est periurus:& potest priuari officio,& hoc dictū refert & sequitur Cardi.in clemen.j.in versi. dudū.in.xiij.not. de iureiur.† Et idem dicit Ange. in.d. §. ait prætor. in caupone,hospite, & tabernario:quia etiā inuitus cogitur hospites recipere.& idē no.Bar.in.d.l.j.ff.furti aduer.nau.& in.l.j.§.j.ff.nautæ caupo.in.l.j.§.cura carnis.de offi. præfec. vrbis.Sic etiam † doctor cogitur consulere: vt not. per gloss. in.l.ij.in verbo consensum. C. de proxi. sacro. scri.lib.xij. & ibi Bart. & glo.ibi alleg.l. sancimus. la.j.C. de aduoca. diuer. iudi.& Sali.ibidem dicit.& idem Bar.in.l.proximè.in princip.ff.de his quæ in testa.delen.& Anto. de but.in.c.si pro debilitate.col.iiij.de offic.deleg.

¶ Et idem videtur † in meretrice, quæ sit in lupanari, & in artifice qui tenet signum artis per rationē quæ allegat in hospite per Bart. in. d.l.j. furti aduer.nau.& Bal.in.d.l. filiusfamiliâs.§.inuitus.concludit in glo. j.ibi:† ꝙ omne officium vtilitate & authoritate publicum: vel vtroque modo publicum, dicitur officium necessarium: & recusari non potest.

& ad not.glo.ibi facit tex.in.l.munerum.§. iudicandi.ff. de mune.& hon. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Actio & exceptio eidē cōpetit, si nō sit diuersa ratio. & nu.3.
2 Quando actio & exceptio ad eundem finem tendunt, si datur actio, similiter & exceptio competit.
4 Spoliatus ante omnia restitui debet.

A ¶ Debet. Vide ad istā reg. Soci. in tract. fallē. in regula ccclxxix. vbi ponit.xij.limitatiōes. et Hip. de marsi.q ponit alias duas in sing.xj.et in singula. cxcix. dec.in.l. naturaliter.§. nihil cōe.de acquir. poss. vbi Bald. posuit.xij.limitatiōes quas refert ibi Alexā. in. viij. col.cū seq. & Spec.in titu. de pet. & posse.§.fin.vbi ponit.xxij.fal. Lanfr.de oria. in repe. rub.de cau.poss.& ꝓpri.in.viij.col. in fi. vbi ponit xj.fall.et Corsetū. i trac.fal. ad reg.spoliat⁹ ante oīa &c. vbi ponit quinquaginta fallē. qui tract. est in ij. volu. tract. diuersorū doctorum. Hiero. Chuthalon.

§. CVI DAMVS.

Cvi damvs *actionem: eidem exceptionem competere & multò magis quis dixerit.*

Haec regula etiam habetur in. c. qui ad agendū.eo. tit.in.vj. & probatur in.l.j.§. his autē.ff. de superficie. & in.l.creditori.in fi.& gl.ibi per illū tex. C. de pac.& secūdū reg.arguit Bal.in consi.ccclxxxv.sup eo.col.ij.lib.iiij. ¶ Et ista regula procedit, † vbi ratio diuersitatis non datur: secus est vbi sit ratio diuersitatis, ꝓpter quā actio datur, & exceptio denegatur: vt no.Abb.post Ant.de but.in c.debitores per illū tex.de iureiur.vbi exēplum habetur. ¶ Secundò principaliter, † regula limitatur procedere, & declaratur quando actio & exceptio tendunt ad eundem finem: quia tunc si actio datur, à fortiori exceptio videtur competere: quia in exceptione est reus, cuius causa fauorabilior est.l.fauorabiliores.ff.eod. & in.l. Arrianus.ff.de actio.& obliga. & quia in exceptione agitur de retentione, quæ facilius conceditur.l.per retentionem. C.de vsur.l.ij.vbi Bal.in tertio not.C.de fideicom. † Secus est si exceptio & actio tendunt ad diuersa: quia tunc exceptio vno respectu denegatur: & tamen actio alio respectu concedi potest: vt not. Innoc. & Hostiensis in. c. inter dilectos. de exces. prælat. & Abb.ibi. in fin. & Pet. de Ancha. & Ioan. de ana. in.c.accedens.col.j.de accusa. Et hoc modo omnia resoluuntur, quæ in contrarium allegari possunt. † nam in iudicijs possessorijs recuperandæ possessionis, ille qui spoliauit: non potest exceptionem apponere ad impediendum restitutionem possessionis: quia spoliatus ante omnia restitui debet,[a] c.in literis. de restitu. spoliat. l. si quis à se fundum. C. vnde vi.

Sed facta

Sed facta restitutione, datur sibi actio respectu proprietatis: & si actio & exceptio diuersa recipiunt: & ita etiam videtur procedere tex.in.l.si quis conductionis. C.loca. & hoc modo etiam videtur procedere text.in.d.c. debitores.& adde tex.in.d.c. indemnitatibus. §. verum.& ibi glo.in verbo facultas.de electio.in.vj.vbi gloss.dicit esse speciale ibi:in monialibus.& regula ista nõ habet locum. Sed potest responderi,quod ille text.procedit secundum no. in.c.accedens. de accusa.& in. c. constitutus. de appella.

Philippus Decius.

§. CVM QVIS.

CVM QVIS *in alicuius locum successerit: non est æquum ei nocere hoc, quod aduersus eum non nocuit: in cuius locum successerit.*[1]

DE ISTA ista regula, dictum fuit. s̃. in regula quod ipsis qui contraxerunt.

§. PLERVNQVE.

PLERVNQVE *emptoris, eadem causa debet esse circa petendum ac defendendum: quæ fuit auctoris.*

DE ISTA regula glo. hîc se remittit ad supradicta, in regula,nemo plus iuris.

NOTABILIA.

1 Beneficium inuito non datur.
2 Notarius prohibitus salarium accipere,an ab sponte soluente recipere posit.
3 Vbi non potest quis exigere,ita nec à sponte soluente recipere potest.
4 Quando licitè exactum fuit,remitti non potest.
5 Pari pœna punitur qui accipit à sponte dantibus, & ille qui exigit.
6 Notarij puniuntur,si vltra debitum aliquid accipiant à sponte soluentibus.
7 Statutum prohibens salarium accipere, etiam sponte soluentem comprehendit.

§. QVOD CVIQVE.

QVOD *cuique præstatur inuito,non tribuitur.*

1 QVIA beneficium † inuito non datur [a] in regula inuito.suprà eodem.

A ¶ Inuito nõ datur. Exemplificat Alciat.in l.cum quid mutuũ. ff. de reb. credit. in vino veteri meliore nouo, an inuito creditore reddi posit? & dicit non posse, hac rõne, quia etiã quod melius est inuito collatum, deterius censet esse. Pet.Corue.

¶ Et not. dictum Bar. hîc, qui per glo. hic infert † quòd si notarius prio rum nō potest salarium accipere de aliqua scriptura: quòd etiã à sponte soluentibus accipere non licet. & ad hoc facit text. in. c. exigit. de censi. in. vj. † vbi sicut non potest quis exigere, pariter à sponte soluente reci- pere nō licet. & gl. ibi: in verbo volente. ad idem facit tex. in. c. statutũ. §. accessorem. in ver. si quis autem. de rescrip. in. vj. † vbi quando licitè exactũ fuit, remitti non potest. ad idem tex. in cle. nolentes. de hære. & ad idem est glo. in. l. vnica. C. publicæ lætitiæ vel consul. lib. xij. in ver. accipientẽ. quæ etiam dicit † quòd pari pœna punitur ille qui accipit à sponte dantibus: & ille qui exigit: & illam not. ibi Ioan. de pla. & idem not. Bal. per illum text. in authen. sed hodie. C. de episc. & cler. vbi col- ligit argumentum, quòd † notarij puniuntur si vltra debitum aliquid accipiant à sponte soluentibus.

¶ Et ista conclusio videtur procedere, vbi agitur de interesse publico, & in casibus à iure expressis: aliàs secus videtur: quia quædam honestè accipiuntur quæ inhonestè petuntur: vt dicit tex. in. l. j. §. proinde. de var. & extraor. cogni. & glo. in. l. ij. circa fin. in verbo sed præstare. suprà de orig. iuris. per illum tex. ibi: hoc non peti, sed præstari solere: & idem glo. in dicto. c. exigit. de censi. in. vj. in dicto verbo voluntate. quæ di- cit hoc regulariter procedere. & alleg. suprà in contrarium habere lo- cum in quibusdam casibus. & ad idem text. cum glo. xviij. distin. in. c. de eulogijs. in glo. fin. & in. c. dilectus. el. ij. in fin. de simoniacis.

¶ Item dictum Bar. hic videtur procedere (prout ipse loquitur) † quan- do statutum prohibet salarium accipere. ista verba generalia sunt: & comprehendunt etiam sponte soluentem. Secus videtur si quis esset prohibitus petere: quia non prohibetur accipere ab eo qui spōnte solue ret. dicto. c. dilectus. cum simi. suprà allegatis.

Philippus Decius.

REGVLA CXCVIII. VLPIANVS.

AD EA *quæ non habent atrocitatem facinoris uel sceleris, in ijs ignoscitur seruis siue dominis, siue ijs qui uice dominorum sunt: ueluti tutoribus & curatoribus obtemperauerint.*

VIDE dicta suprà in. l. velle non creditur.

§. SEMPER.

SEMPER *qui dolo fecit quominus haberet, pro eo est haben- dus, ac si haberet.*

vide

VIDE dicta suprà in.l.qui dolo.

§. IN CONTRACTIBVS.

IN CONTRACTIBVS, *successores ex dolo eorũ quibus successerunt, non tantũ in id quod ad eos peruenit: uerùm etiã insolidum tenẽtur: hoc est ut unusquisq; pro ea parte qua hæres est, conueniatur.*

VIDE dicta suprà in.l.hoc iure.§.finali.

NOTABILIA.

1 In dubio eligendum quod minus præiudicat.
2 In dubio pronunciandum appellationem non esse desertam.
3 In dubio pronuntiandum appellationem admittendam.

REGVLA CXCIX. VLPIA.

QVOTIES *nihil sine captione inuestigari potest: eligendũ est quod minimum habet iniquitatis.*

VIDE dicta.s.in reg.in obscuris. & adde regulã quã tradit Pau.de cast.in.l.j.ff.si quis cau. per illũ tex.† ꝙ in dubio, eligi debet quod sit minus præiudiciale. vnde infert † ꝙ in dubio pronuntiandũ sit appellationẽ non esse desertam: & pari ratione † in dubio est pronuntiandum appellationem admittendam.& not. per glo.in.c.vt debitus.de appel.cum simi.vt dixi ibi.

¶ Et ad regulam hîc faciunt iura quæ dicunt, de duobus malis minus esse eligẽdum.l.si procurator rei. & ibi glo. s.de excep.doli. cum simi. alleg.in glo.hîc.& in.c.j.xiij. distin.in princ.& in.c.ij.in fin.ea. distin.& glo.ibi in ver. minimus.allegat istum text.& ad idem tex. in.c. non solum.xxxiij.q.iiij.& glo. ibi similiter allegat istum tex.

Philippus Decius.

REGVLA CC. VLPIA.

OMNIA *quæ ex testamẽto proficiscuntur, ita statũ euentus capiunt, si initium sine uitio ceperint.*

VIDE dicta suprà, in regula quod ab initio.

NOTABILIA.

1 Diffinitio, quòd ponere debeat substantiam rei diffinitæ.
2 Bona diffinitio est quæ cum suo diffinito conuertitur.
3 Diffinitio non est bona, si causa per effectum diffinitur.

REGVLA CCI. VLPIANVS.

OMNIS *diffinitio in iure ciuili periculosa est*[a]*: rarum est enim, ut non subuerti posśint.*

GLO. intelligit, omnis diffinitio pro reg. sed capiendo diffinitionem, vt verba sonant, dicendum est: vt not. Bar. in l. j. col. j. ꝟ. de testa. † quòd diffinitio debet ponere substantialia rei diffinitæ, & per hoc debet continere genus, sub quo res est diffinita.

¶ Item debet cõtinere differentias, vt appareat quòd res diffinita differt ab alijs speciebus contentis sub illo genere: vt patet in. d. l. j. de testa. & in alijs diffinitionibus. & idem Bald. in l. cum quis. col. ij. C. de iu. & fac. igno. & in rub. C. qui admit. col. ij.

¶ † Et illa est bona diffinitio, quæ conuertitur cum diffinito. l. ij. §. dolum. vbi Bart. ff. de dolo. ad idem est tex. in l. mortis causa capitur. in prin. ff. de dona. causa mor. in l. quintus. la. ij. in. § cum aurum. ꝟ. de auro & argen. lega.

¶ † Et non est bona diffinitio, si causa diffinitur per effectum: vt not. Bar. in l. j. in prin. col. vij. ꝟ. de appella. quod dictum declaratur, vt dixi in rub. de proba. col. v.

¶ Et propter hoc dicitur hîc, quòd diffinitio est periculosa in iure, quia difficile est explicare quiditatem & essentiam rei diffinitæ: secundum quod Philosophi veram diffinitionem perscrutantur considerando quiditatem & essentiam rei diffinitæ.

¶ Sed secundum Legistas, videtur quòd diffinitio non sit ita periculosa: quia dato quòd quiditas & essentia rei non exprimatur, satis est diffinitionem constare ex genere & differentijs. ideo quandoque res diffinitur considerando rem, prout est in fieri. l. libertas. §. seruitus. de statu homi. & in l. v. §. stipulatio. de verb. obliga. & dixi in dicta rub. de proba. col. iij. Philippus Decius.

A ¶ Periculosa est. huius periculi, tres rationes aducit Alciat. lib. ix. parerg. c. xxj. videlicet quia in diffinitionib⁹ verba sunt propriè intelligẽda: aut quia oportet ijs oẽs casus etiam speciales comprehendi. tertia est, quia ex proprio & differentijs, diffinitio consistit, in quib⁹ discernendis magna subtilitate op⁹ est, quibus & quartum addo ex Arist. in. vj. topico. nõ esse diffiniẽs, quod non diffinit per priora atq; notiora: cũ diffinitio assignetur, eius cognoscẽdi gratia quod dicitur, & qui ideo id nõ præstant, parum est vt nõ subuertãtur. Pe. Cor.

NOTABILIA.

1 Procurator pœnam quam ex suo delicto passus est, recuperare non debet.

2 Victus victori, non tenetur ad expensas.

3 Fideiussor an repetere à principali poterit vsuras, quas soluit sua culpa?

Regu

REGVLA CCII. POMPONIVS.

QVOD QVIS *ex culpa sua damnum sentiret, non sibi imputare debet.*

EADEM regula habetur in regula damnum. eod. tit. in. vj.

¶Et vltra glo. hic facit tex. in. l. qui proprio. §. item. ſ. de procu. vbi dicitur quòd † procurator, pœnam quam ex suo delicto passus est, recuperare non debet. ad idem tex. in l. si communis familia. ſ. de noxa. in l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ſ. fami. ercis. cum simi. vt per Dyn. in. d. regula damnum.

¶Et per iura prædicta infert Albe. hic † quòd victus non tenetur victori ad expensas in quibus condemnatus fuit propter eius contumaciam: quia culpa sua habuit illud damnum. & idem dicit Spec. in tit. de expen. §. nunc. de expensis. versi. cæterum. & idem Bar. in l. si pignore. ſ. de pig. ac. Abb. in. c. finem litibus. de do. & contu. col. vj. versi. insuper quæri. & not. Imo. per illum tex. in l. damni infecti quidam. §. cum parietem. in prin. ſ. de damno infecto.

¶Eodem modo infert Alb. hic, † quòd fideiussor non poterit repetere à principali vsuras, quas soluit culpa sua: eo casu quo illas soluere non cogebatur in quo latè disputando insistit: de quo vidēdum est quod Alex. scribit consi. ccxix. quoniam in. q. lib. ij Philippus Decius.

REGVLA CCIII. POMPONIVS.

MINVS *est actionem habere quàm rem.*

ISTA regula declarata fuit. ſ. in regula qui actionē, vbi videndū est.

NOTABILIA.

1 Statum de præsenti considerari, nec attenditur quòd resolui posSit.
2 Res legata sub conditione cum interim sit hæredis, quòd posSit alienari.
3 Certa venditio dicitur, quæ certum habet pretium.
4 Executio de represalijs quando fieri posSit facta reformatione quod debeant reuideri.
5 Clausula plus & minus, an sententiam conditionalem faciat? & nu. 6.

REGVLA CCIIII. POMPONIVS.

PLERVNQVE *fit, ut etiam ea quæ à nobis abire poßunt: perinde in eo statu sint, atq; si nō eßet eius conditionis ut abire poßint: & ideo quod fisco obligamus: & uendicare interdum, & alienare: & seruitutem prædio imponere poßumus.*

NOTO quòd † status de præsenti consideratur: nec attenditur quòd status qui est de præsenti resolui posSit: † vnde res legata sub cōditione,

cum interim sit hæredis, alienari potest. l. fina. §. sed quia. C. cōmunia. de leg. & not. per gloss. hîc.

¶ Et adde tex. in l. ij. ff. de in diem adiec. † vbi venditio de præsenti, est pura licet sub conditione resolui possit. ad idem tex. in l. hæc venditio. §. fi. de contrahen. empt. vbi venditio fuit facta pro cētum. & quanti plurimi postea repertum fuerit, interim dicitur certa venditio quæ certum habet pretium, licet illud alterari in futurum possit.

¶ Et ad hoc facit nota quæstio quā tradit Bar. in l. Iulianus. in fi. de condic. indeb. vbi concludit † quòd facta reformatione, quòd omnes represaliæ debeant reuideri: & quæ fuerint reprobatæ non valeant, interim executio fieri potest licet in futurum possent reuocari: & idem in simili casu not. Bar. in l. iudex postquàm. ff. de re iud. in fi. † de iudice qui condemnauit reum in certa quantitate, addita clausula plus & minus secundum formam statutorum: nam talis sententia non est conditionalis sed resoluenda sub conditione. d. l. ij. de in diem adiec. & sic de præsenti est certa. & idem Bal. in rubrica. C. deposi. in. vj. q. † vbi inquit: si mercator scribit se debitorem in. x. ex causa depositi, & plus & minus prout in libro rationum continetur: illa confessio dicitur certa de præsenti per. l. publia. §. fina. ff. depo. & quod ibi Bar.

¶ Quæ omnia dicta confirmantur per istam regulam, quę secundū glo. intelligitur quòd dispositio considerato præsenti statu, fieri possit cum sua causa, & cum illa conditione resolutiua. l. si debitor. C. de distr. pig. & ad hoc facit, quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pig. no. Bal. in. c. j. in consi. not. de alie. feu. Imo. in consi. viij. in casu præmisso. col. penul. Alex. consi. xxxviij. consideratis his. col. ij. lib. ij. in consi. clxxij. viso themate. col. iij. eod. lib. ij. in consi. xj. ponderatis his. col. xj. lib. iij. Bal. consi. ccclxxj. Massiolus. lib. j. Soc. consi. lxxxv. viso compromisso. col. penul. Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Dolo malo facere quando quis dicatur.
2 Pupillum in eo obligari, in quo effectus sit locupletior. idem in ecclesia, nu. 3.
4 Statutum exceptionem tollens, quando locum non habeat.
5 Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi potest, etiam post biennium.
6 Regula hæc, in quibus non procedat.

REGVLA CCV. POMPONIVS.

IVRE *naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.*

HAEC regula habetur in l. nam hoc à natura. de condic. indebit. & in

reg.

reg.locupletari.eod.tit.in.vj.

¶Et licet tex.hîc copulatiuè loquatur.tex. in.d.reg. lo-
A cupletari loquitur alternatiuè,[a] & sic sufficit quòd alterũ verificetur.l.cum pupillus.de condi.& demon.c.inter cæteras.de rescriptis.

¶Et pro regula facit tex.in l.si quis mancipijs.§. fi.ff. de
1 instit.vbi dicitur,† quòd dolo malo facere dicitur, qui ex aliena iactura lucrum quærit.

2 ¶Et ista ratione † etiam pupillus obligatur in eo in quo factus sit locupletior.l.j.§.j.in fi.ff.de autho.tuto.& in.§. sin autẽ. insti. qui alie.licet.& in l.fi.C.de vsuca.pro emp.

3 ¶Et pari ratione† etiam obligatur ecclesia,si facta sit locupletior:vt no per gl.& ibi Bar.in authẽ.qui res.in versi. eum.C.de sacrosan.eccle.Bal.in l.iubemus.§.sane.in princip.C.de sacrosan.eccle.in l.si prædium. C. de præd.minor.Abb. in.c. si quis præsby. in fi.de reb. eccle. non alie. Alexand.consi.iiij.viso processu.col.j.in fi.lib.iij.And.sicu.in consi.xl.col.x.lib.j.

4 ¶Et hac ratione† si statutum tollit exceptionem,non habet locum si contingat alium lucrari cum iactura alterius,quia tali casu officiũ iudicis potest implorari:vt not. Bar.in l.planè.in fi.ff.de peti.hære.Abb.in.c. ex parte.el. ij.de offi.delega.cum simi.vt dixi ibi post Moder.

¶Et hac ratione, iudex ne quis lucretur cum iactura alterius,mouetur etiam ad priuatam vtilitatẽ: vt no. Abb. post alios in.c.ad nostram.col.ij.de iureiur.

¶Et eadem ratione concludit Dy. in.d. reg.locupletari.
5 in fi.†quòd de æquitate canonica,[b] exceptio non nume-
B ratæ pecuniæ potest opponi etiam post biennium.& not. Bal.in l.si ex cautione.in.ix.q.in l.in cõtractibus. in prin. C.de non nume.pecu.

¶Sed tamen idem videtur de iure ciuili, quia militat ratio regulæ, ne creditor lucretur cum iactura debitoris.

¶Et hoc si ipse debitor probet se pecuniam nõ recepisse: quia potest probare,etiam post biennium:vt no. per glo. in l.in cõtractibus.in prin.in ver.nullo modo. C.de nõ nu me.pec.cum si.vt tradit Alex.consi.clviij.in causa & lite.

A ¶Alternatiuè. Et an & quomodo differant inter se copulatiua & alternatiua. Vide Barto. in l.j.§. sed si mihi. ff. de verb. oblig.

B ¶Canonica. Hæc est magis cõmunis opin. de qua vide satis latè additio. Dy. in reg. locupletari.hîc alle. super ver. biennium. sed vltra ea quæ ipse alleg. vide Ias. in l. cum quis. C. de iu.& fac.ig. col.viij. in pri. ver. sed hîc moneo. vbi tenet contra Dyn.& communem.

col.penult. lib. ij. de quo videndum est quod scribit Feli. in.c.si cautio.de fide instr.in.iiij.charta.

¶Et regula limitatur non procedere, † ex causa ,put in vsucapione seu præscrip.glo.dicit. & in.d.l. nam hoc natura.& in dicta regula locupletari. 6

¶Et in casibus in quibus quis priuatur iure suo, propter vtilitatem publicam: vt in l.item si verberatum. §. item si ager.ff.de rei vendicatione.& in l.lucius.ff. de euict. in l. venditor.§.si constat.s̃. cõmunia prædio. cũ simi. vt not. in.c.quę in ecclesiarum.de consti.& in l.fi. C.si contra ius.

¶Et idem est in eo, qui in alieno solo ædificat: vt in.§.& ex diuerso.insti.de rerum diuisione.& in l.si is cõtra quẽ. C.de ædifi.priua.nã imputatur illi qui in alieno solo sciẽter ædificauit: vt per Dyn.in dicta regula locupletari.Et quando quis dicatur locupletior. dixi. s̃. in regu. ex pœnalibus causis.suprà eodem.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Res iudicata dicitur propriè, quando appellari non potest, & pro veritate habetur.nu.1.

3 Rescriptum principis quando contra sententiam non valeat.

4 Renuntiari rei iudicatæ, quòd posit.

REGVLA CCVI. POMPONIVS.

Res *iudicata pro ueritate accipitur.*

QVIA regula loquitur de re iudicata. Notandum est †quòd res iudicata dicitur[a] propriè quando appellari nõ potest: vt not.per glo.in.c. non solum. in verbo innouata de appella.in.vj.& Do.ibi princi.dicti. c.non solum.in fi. no.illam glo.ad statuta quæ de iudicato loquũtur.& no. Bar.in rub.C.de re iudi.Abb. in rub. de re iudi. facit tex. in.c.dilecti.in fi.de elec.in.c.quod ad consultationem.de re iud.in l.eleganter.§.si quid post.ff.de condi.indebi.

A ¶Dicitur. Adde Iaf.in l.j. suprà,de re iud.

¶Et in no. casu Ro. tradit in consi. cccxxxiiij. circa primum.col.ij.& Alex.in consi.xciiij.in causa & lite.in principio.lib.ij. vbi propter hoc concludit, quòd licet dicatur non obstante priori sententia, nõ per hoc videtur esse derogatum rei iudicatæ.

Et ta

¶ Et talis res iudicata, pro veritate habetur: vt hîc. † Et ideo ſententia lata contra rem iudicatam,non valet.l.j.C. quando prouo.nõ eſt neceſ. & † reſcriptum principis non valet contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam.l.fi.C.ſen.reſcin.nõ poſſe.l.cauſas vel lites.C.de trãſac. & bonus tex.in.c.expoſita.de arbit.

¶ Et hoc intelligitur, niſi preciſè conſtaret de mente principis quòd voluiſſet derogare rei iudicatæ: quia poteſt,cum illud ſit ius quæſitum de iure ciuili:vt no.Bald.in l.fi. col.ij. in ver. ſed immediatè opponitur.C. ſen.reſcin.non poſſe.Ang.in l.lucius.ff.de euic.Pau.de caſt.in l.cum hæredes.de acqui.poſſeſ.cum ſimi.vt tradunt Moderni in.c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& dixi ibi.col.xj.& hoc modo regula limitatur.

¶ Secundò † regula fallit,ſi renuntiatum ſit rei iudicatę,quia illi renuntiari poteſt:& valet renuntiatio.l.iuriſgẽtium.§.ſi paciſcar.ff. de pactis. Et non ſolum expreſsè,ſed etiã tacitè renuntiari poteſt:quia ſi quis fuit admiſſus ad probandum de iniquitate ſententiæ. & ita probatum fuit parte non opponente, iudex debet primam ſententiam quæ tranſiuerat in rem iudicatam reuocare:vt no.voluit Inn.in.c.cum dilecti. de reſcri. in.c.cum Bertoldus.de re iudi.& ſequitur Alex.in l.iudex poſtquã. col. ij.ver.vj.fallit.de re iudi.& idem Alex.conſi.lxxvij.in cauſa & lite. col. fi.lib.ij.& in conſi.ccxij.viſo.in prin.lib.ij.& no.Anto.de but.in.c.quoniam cõtra.col.fi.& Abb. ibi de proba.& idem Ant.in conſi.xxvij. viſis. col.iij.Abb.in conſi.lxxxix.in.q.lib.j.Roma. conſi. clxxiiij.ampliſsime doctor.in fiu.Aret.conſi.lxxij.diligenter.col.ij.& hoc declaratur vt dixi in.d.c.quoniam contra.char.v.verſi.quartus caſus.

Philippus Decius.

REGVLA CCVII. PAVLVS.

NON *poteſt uideri deſiiſſe habere, qui nunquam habuit.*

DE iſta regula dictum fuit in regula non videtur rem amittere.ſ.eod.

NOTABILIA.

1 Seruitus,morti aſsimilatur.
2 Seruus pœnæ,manumitti non poteſt,& eſt omnino incapax,nu.3.
4 Seruus priuati,domino acquirit.
5 Seruus pœnæ non habilitatur dato quòd reſtituatur.
6 Propter delictum,hodie nullus ſeruus pœnæ efficitur.

REGVLA CCVIII. VLPIANVS.

SERVITVTEM *mortalitati ferè comparamus.*

ET ſeruitus † morti aſsimilatur:vt dicit text.in l. interdicit in fin. de condi.

condi.& demonstra.& in l. cum hic status. §. si donator:ibi, licet seruitus morti comparetur:& ista regula videtur generaliter procedere, siue quis efficiatur seruus pœnæ:prout loquitur tex.in.d.l.interdicit.siue efficiatur seruus alicuius priuati.dicta.l.cum hîc status.§.si donator.ad idẽ text.in l. res vxoris.C.de donatio.inter vir.& in l.ex facto.§.si quis rogatus.ver.sed si seruus pœnæ.ff. ad Trebellia. & in l.j.§. filius qui mortis.suprà ad Tertul.facit text. in l.qui in vltimo.suprà de pœnis.Aliâs tamen est differentia†:quia seruus pœnæ manumitti non potest:vt no.Io. 2
and.in.c.ita quorũdam.de iudę.& ibi Abb.in fine. per tex.in l.ij.C.qui. ad libe.procla.non licet. & hoc dictum pro singulari tradit Ro.in singulari.cccccclxxvj.nullus qui ex suo delicto.

¶Et†seruus pœnæ est omnino incapax.l. si in metallum.ff. de his quæ 3
pro non scrip.l.si quis mihi bona.§.si quis planè.de acquirenda hæreditate.non sic in seruo priuati: † quia domino acquirit.l.si paterfamiliâs. 4
ff.de hæredi.institu.& not.Barto.in l.si cognatis.de rebus dubijs.in prin. 5
& ibi propter hoc dicit†quòd seruus pœnæ non habilitatur: dato quòd restituatur.l.interdicit.in fine.de condi.& demonstra.Secus in seruo priuati.l.ex facto.§.fina.de vulga.& pupil.& Imo.ibi.sequitur.col.ij.quod tamen limitatur & declaratur: vt per Barto. in l.j.§. filius qui mortis.ff. ad Tertullianum.

¶Et quæ dicta sunt de seruo pœnæ procedunt secundum iura antiqua: Hodie verò†propter delictum nullus seruus pœnæ efficitur:authen.sed 6
hodie.C.de dona.inter virum.

¶Et hoc intelligitur in illis qui viui remanent post condemnationem: puta in deportatis. Secus est in damnatis ad mortem:vt no.Barto.in.d. authen.sed hodie.& in.d.l.qui vltimò.de pœnis.in. d.l. si eius.§. si cui. de testa.& in l.si quis mihi bona.§.si seruus.de acquiren.hæred.& idem Ange.in l.si quis filio.§.irritum.ff.de iniusto rupto.

Philippus Decius.

REGVLA CCIX. LICINIVS.

QVAE ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere non potest.

DE ista regula dictum fuit generaliter in regula quod ab initio.suprà eod.& quantum ad institutionem,de qua specialiter tex.hîc loquitur regula procedit quando est defectus in substantialibus. Secus est si defectus sit in accidentalibus qui extrinsecus contingit:quia tunc confirmatur

tur institutio, quæ à principio fuit nulla. l. qui soluendo. la. j. vbi Bart. hoc dicit. ff. de hære. insti. ad idem facit tex. in l. pignori. ff. eod. tit.

Philippus Decius.

NOTABILIA.

1 Seruus an reipublicæ causa abesse possit?
2 Vbi agitur de vtilitate publica, etiam inhabiles admittuntur.
3 Inhabiles an ad feudum aliquo casu admittantur.
4 Statutum quòd quilibet admittatur ad accusandum de homicidio, etiam inhabiles comprehendit.
5 Conuentio facta inter priuatos nō attenditur, vbi tractatur de vtilitate publica.
6 Promissioni de non offendendo an quis contrauenire dicatur offendendo bannitum?

REGVLA CCX. PAVLVS.

SERVVS *reipublicæ causa abesse non potest.*[a]

ISTA regula videtur procedere prout loquitur, † quando abesset titulo honorabili, aliâs videtur, quòd seruus cum possit esse procurator ad negotia. l. seruum quoque. §. primò. suprà de procurat. quòd etiam pro republica procurator constitui possit: quia officium procuratoris vilissimum est. §. fi. insti. de excep.

¶ Et hoc saltem videtur procedere, quando non esset alius æquè idoneus. argumen. l. generaliter. §. spurios. ff. de decu. & facit tex. in. c. inter quatuor. de relig. domi. cum simi. vt dixi in. c. ij. de iudi. col. v. in ver. & retenta communi opi.

¶ Imò quod fortius est, videtur quòd etiam absolutè seruus abesse possit causa reipublicæ. † quia vbi agitur de vtilitate publica, etiam inhabiles admittūtur[b]. l. si quis in graui. §. vtrum. in ver. hi quoque. ff. ad silla. vbi Bartol. dicit quòd lex vel statutum quod respicit vtilitatem publicam non recipit restrictionem de habilitate personæ.

¶ Et ideo si proclamatum sit, † quod quicunque ceperit talem bannitum, habeat castrum in feudum: etiam inhabiles, ad feudum tali casu admittuntur: vt Alexander conclu

A ¶ Non pōt. Cū (vt inquit Plato in. vj. de legib. vel de legum latio.) nihil in animo seruiente integrū sit: neq; quicquā seruorū generi esse credendum. & paulò pòst ex autoritate sapientissimi Poëtæ subdit, Dimidium mentis Iupiter illis aufert, qui seruitutis sorti subiecti sunt. quò fit, vt non ab re à similib⁹ causis quæ alicuius momenti sunt ꝑ republica, meritò abstinere debeant. Petr. Coruesi.

B ¶ Admittuntur. Vide Ias. in l. j. C. de sa. san. eccl. col. ver. regula est &c.

A Guil. de cu. cuius opi. cõiter est approbata, vt dicit ibi Ias. i. l. istud notabile. & cum istis finẽ impono lucubrationib⁹ nostris ad laudẽ omnipotentis Dei & gloriosissimæ intemeratæq́ eius genitricis virginis Mariæ aduocatæ nostræ.

concludit post Guil. de cu.[a] in. l. si filiusfamiliâs. ꝟ. si cer. A
pet. Et si statutum dicat, † ꝙ quilibet admittatur ad accu 4
sandum. de homi. etiam aliâs inhabiles admittuntur. vt not. Bal. in rub. C. qui accu. col. penul. quæro si statutum. ergo pariter esset dicendum ꝙ seruus propter vtilitatem publicã, causa reipublicæ abesse possit. nisi dicamus hoc non procedere in officio honorabili legationis: vel quia ita specialiter hîc expressum sit. Vel dicamus vt dixi in dicta. l. si filiusfamiliâs. quòd inhabiles nõ admittuntur. & patet: quia multi sunt inhabiles ad accusandum. l. senatusconsulto. l. non prohibentur. C. qui accu. non pos. in. l. j. in. l. qui accusare. ꝟ. de accu.

¶ Et non obstat tex. in. d. l. si quis in graui. §. vtrum. quia nõ probat illud quod Bar. & doct. dicunt: quia loquitur in eo seruo, qui alienatus erat cum illa conditione, ne manumitteretur ab emptore, & sic ab homine: meritò nõ habet locum in manumissione, quæ procedit ex dispositione legis secunndum senatusconsultum sillanianum: quia verba prohibitionis ne manumitteretur ab emptore, non conueniunt manumissioni quæ inducitur à lege propter
vtilitatem publicam: † quia conuentio facta inter pri- 5
uatos, non attenditur vbi tractatur de vtilitate publica:
vt not. Bart. in. l. qui seruum. de verb. oblig. † de illo qui 6
promisit aliquem non offendere. nam si ille bannitus sit, offendendo illum bannitum non dicitur conra facere: vt latius dixi in dicta. l. si filiusfamiliâs. Et per illum. §. vtrum. non bene infertur ad quæstionem de feudo: quia inhabiles ad feudum erant prohibiti à lege. & per illa verba generalia, non videntur habilitati. quia statutum satis operatur in habilibus: ergo debet restringi ad habiles. l. vt gradatim. §. & si lege. de muneribus & honoribus. Secus si aliâs statutum nihil operaretur. & ita videtur procedere quod not. Bal. in. d. rub. j. qui accusa. & latius dixi in. d. l. si filiusfamiliâs. vbi videndum est.

FINIS.

HABETIS feruentiſsimi ſcholares Adnotationes quaſdam, ſuper hoc titulo. ff. de regulis iuris: quas inſtantiſsimis precibus veſtris deuictus, coactus fui præcipitato ſtudio abſoluere. Et in his non potui diligentiam maximam adhibere, propter onus lectionis quod aſsiduè mihi incũbit. Licet enim multa dicta ſint, plura omiſſa fuerunt.

¶ Polliceor tamen vobis in maiori ocio, ſi Deo placuerit, operi imperfecto addere ſupplementum: ita ꝙ illud quod nunc in rudi maſſa editum eſt: expolitum magis reddetur.

¶ Scio etiam quòd hæc induſtria mea à pleriſq; non commendabitur: ex eo quòd dici ſolet laborioſum eſſe hoc opus potius, quàm ſubtile: mihi autem ſatis erit ſcholaſticis meis aliqua ex parte ſatisfeciſſe. Quibus à me vti de me benemeritis nihil qualiſcunque meæ facultatis ſit denegari poteſt. Philippus Decius Piſis. Ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

PETRVS CORVESIVS BENEVOLO LECTORI S.


ONGVM ESSET, lector humanißime, aut penè dixerim infinitum, si quis hoc sermonis uel additionum genere (quod apud omnes ferè Iuris interpretes longa obseruatione iam increbuit, labore magis quàm inuentione difficile) ad omnem occasionē, uellet ad uaria intendere & digredi: in quo tempus & horas suas committere, pro communi studiosorum cōmodo, non debere etiam improbari putarem: si in eadem sententia omnibus, uel maiori parti aut saniori conueniret, recipienda & admittenda similia pro utilibus. Cùm igitur non dubitarem, hoc ipsum in quæstione esse, mediā sequi uiam libuit, et ad eos qui rationem præcipuam habent parte aliqua digredi. ratus ad ea quæ certo ductu à suis naturalibus principijs deriuantur, intellectum & mentem hominis inclinari & cōsentire facilius, quàm ad ea quæ quasi per speculum in ænigmate contemplanda mandantur: stilum tamen in toto opere utrunq; sequuti & qui cōmunis est, & rationabilium, uelut Architectus aut Pictor, primos modulos & primam faciem tibi exhibemus: ut te uel in hāc sententiam trahamus (si iusta sit) uel ut in reliquis communius & rationabile magis iudicium sequantur, qui operam & studium suum in similibus collocare statuerint. Vale lector optime, his fruere interim, dum tibi aliquantò ampliora paramus.

Decio - In Titulum de Regulis.....